sit superflua illi sunt debita tamquam sua quantum ad ipsius necessitatem pertinet.
Si vero non habens sit extrema communi necessitate tunc dare non cadit sub precepto sed
sub consilio hic probatur homo et apparet in primo quod factus est in magis.
Vir dicit Gregorius tamen tranquillitate temporis non dat per deus tunicas suas quod in
perpetuitate datus est aliam suam. Virtus ergo caritatis ut invicta sit in persecutionibus
in cognitione nutriatur per multum in tranquillitate quibus comparati dei ipsum discat
fuit nutriatur nutritur cum fuit nutrita roboratur cum fuit roborata perficitur
cum ad perfectionem pervenit qui dicit mecum vivere cupimus et mori lucrum ope-
tabam dissolvi et esse cum Christo ad Philippenses primo. Incipit ipsa caritas fiet ut

incultos meritum volebat
No(ta) 2m Raba(nus) Secunda pro virtute ad dignum prime fructum faciendum
eos ad humilitatem provocabat sive quia ultimus penitere potest Et quia doctor virtutis non solum
debet vicia confidentur arguere sed eciam penam predicare· unde qualiter romanis assignatur ad primam
in presenti et cito faciendam monuit sibi dicens Iam enim securis .i. sencitur dive iusticie
ad radicem arboris posita est ad precidendum peccatores obstinatos de presenti vita ad comburendum
eos in gehenna· vel securis .i. finitus vite succedentis ad radicem id est nativitatem arboris
et cuiuslibet arboris hominis posita est· quia ab ipso nativitatis inicio incipit homo tendere
ad cesuram. Nam vii Augustinus Nichil aliud est vivere quam de vita tempore et ad mortem tendere
ad cesuram. Nam vii Augustinus Nichil aliud est vivere quam de vita tempore et ad mortem tendere
Nox enim quasi vivus expectans de dicta arbore tollit unum copulum et dicit similiter alium
quot enim diebus et noctibus vivit homo tot minus habet vivere· et ad ultimum necesse habet cadere arbor
et hec ubicumque cadit ibi remanebit· Secunda ut est civitas sive cecidit lignum ad austrum
sive ad aquilonem sive inferni in quocumque loco cecidit ibi erit Naturaliter
scilicet ad locum paradisi sive ad aquilonem scilicet inferni in quocumque loco cecidit ibi erit Naturaliter
vero cadit arbor ad partem ad quam magis inclinat eam rami et fructus Sic et homo cadit.
ubi magis inclinatur mens per affectiones et opera sua seu actus vii Dicitur Sive ad austrum sive
ad aquilonem arbor cadit ibi erit· Auster et calor et lenitas in sacra scriptura hominis
solet signare prefiguracionem Ab aquilone vero panditur omne malum porro hominis sic arbores
videt aliquis excidi ergo arbor in morte et quacumque parte cadit ibi erit quia ibi iudicabitur
te deus ubi te invenit ibi iudicabit dumtaxat· videat quo cesura sit arbor antequam
cadat· quia postquam cecidit non adiciat ut resurgat Secunda parte cesura sit arbor si
sic volumus ramos eius attende· vii maior est copia ramorum et ponderosior inde
capturam ne dubites si tamen sine tue excepta· Rami vero depedua mea sunt quibus ad
austrum extenduntur si spiritualia sunt· si carnalia sunt ad aquilonem que vero propon
deant medium corporis indicant illa preponderant que secum traxerint corpus hominis dubius

Et subiungit Johannes Omnis arbor .i. omnis homo quamvis sine sceleribus personarum acceptione
non faciens hic fructum bonum semper sine timoris admonicione decidetur a cetu fidelium
finaliter in morte et in ignem inextinguibilem mittetur eternaliter sine redempcione que est pena
contra culpam. Per hoc ergo patet quod sola obmissio dampnat hominem de hoc dicitur in sermone pigro
Et inde caritas est quod in iudicio fiet contra malos de obmissionibus tamen comparacio Non ergo
sufficit homini declinare a malo nisi faciat caritatis bonum. Nichil enim infructuosum diligit
deus, nichil in orto suo, nichil in vinea sua, nichil in agro suo vult infructuosum.
Sicut nec in paradiso erat arbor infructuosa quod ex hoc patet quia primi parentes iubebantur
comedere ex omni ligno paradisi preter quam de ligno sciencie boni et mali. Si autem ille qui non
facit fructum bonum in ignem est mittendus quid de illo erit qui malum facit. Arbor ista
est generaliter sive homo qui est ut arbor transversa. Quedam vero arbores sunt
aride omnino et steriles ut pagani et increduli, quedam virides ut christiani. Et inter
has virides quedam infructuose sunt et nullum fructum faciunt ut ociosi, quedam faciunt
fructum sed inutilem et non bene maturum ut ypocrite, quedam faciunt fructum non tamen inutilem
sed malum et venenosum ut heretici qui predicando fructum faciunt et pariunt sed mortiferum
et hec omnia incendio apte sunt et dampnabiles. Quedam vero bonum fructum faciunt
ut catholici boni obedientes verbo dei. Radices arboris sunt cogitaciones quibus
plantati vel sursum celo sustolluntur vel ad yma inferni mittuntur. Vel radices
sunt voluntates bone et male ex quibus sicut ex radice prodeunt tamquam fructus bona vel
mala verba et opera que voluntatis sunt testimonia. Igitur ut dicit Ambrosius faciat fructum
qui potest quia securis iam prope adest dominus qui fructum requirat, fecundos remuneret, steriles
reprehendat.

de suis superfluis tribuat egenti in angustys aliquibus constituto habet itaque
acceptam si verbo dei et spe future vite mitteris pruciat ad illam perfectam
ut patrem pro animam tuam ponere pro fratribus tuis secundum Augustinum ergo pigeat di-
vites subvenire pauperibus quia per divitiarum utilitatem pauperes fecit deus ut probi-
tas carere mereantur ipso vitam compararet ut Crisostomus Ne putes quod propter utilitatem
quod care mereatur ipso mutam compararetur Crisostomus Ne putes quod propter utilitatem
pauperum deus divites fecit quos et sine divitibus poterat sustentare Sed
propter utilitatem divitum pauperes fecit qui infructuosi et steriles erant
nisi pauperes facti fuissent secundum Crisostomum Johannes itaque tribus et rudibus non du-
riora pauperes facti fuissent secundum Crisostomum Johannes itaque tribus et rudibus non du-
difficilia scilicet vigilias et ieiunia imponit quia opera misericordie ad dignos fructus
penitencie ducit propter quibus deus in Judicio discepturus est de quibus alibi
Et date elemosinam et omnia munda sunt vobis ut Beda Media predicandi
aptissimum est ut per primam elemosinam id est opus misericordie Ille enim a deo mise-
ricordiam impetrat qui proximi indigentis vicem valeat ipse
penitens ut sui misereatur impetrat quod proximi indigenti quam valeat ipse
miseretur non tardat Qui autem claudit aurem suam ne audiat pauperem ipse
clamabit et non exaudietur et Johannes baptista eis tribus suadet ne multo sue
salutis in igne mittentur dignos penitencie fructus esse faciendos inter quos
salutis quantitatibus adiungit atque ait Qui habet duas tunicas det una non
habenti et qui habet escas similiter faciat Ubi secundum ut ait Gregorius docendum est
quanta opera misericordie valeat cum ad fructus dignos penitencie ipsa potius proponitur
Et hic in ecclesia fuit de tunica quod tunica que est et de necessitate tegimi-
plus quam pallium est necessaria et adhuc magis necessaria est esca Ad fructus
ergo dignos penitencie pertinet ut non solum exteriora et minus necessaria sed ea ipsa
valde necessaria cum proximis dividamus et escam qua vivimus et tunicam qua vestimur
habet hoc argumentum Cum si habens duas tunicas precipitur unam dare non habenti
ergo multo fortius qui habet duo habitacula tenetur unum dimittere non habenti Et
magis ideo quia duabus magis sunt alterius Et si habens escas superfluas
mihi dare non habenti ergo qui habet duo stabula quod sibi necessarium est vel admi-
consilio tenetur de duobus erogare egenti Per tunicas possunt virtutes que
consilium tenetur quas habens debet applicare ad bonum proximi
Et per escas possunt intelligi sacre scripture que sunt spirituales esce quas
habens debet spiritualiter proximis inde pascere Venerunt autem et publicani scilicet dati
que de negociis ad publicum pertinentibus se intromittunt ut qui publica vectiga-
lia theolonea pedagia et tributa colligunt sine quorum horum et redditum
vel rerum publicarum conductores sunt inter nos et hii quod scilicet huiusmodi lucra per ne-
gocia scilicet per mercaturas fiunt et huiusmodi querunt per iniquos preces veniunt
ad maiores ut baptizarentur ab eo Et dixerunt ad illum Magister quid faciemus
scilicet ut vitam eternam habeamus Et ille dixit nichil amplius in tributis et vecti-
galibus ab aliquo exigatis quam quod constitutum est vobis scilicet a legibus et con-
suetudinibus approbatis Hoc autem dixit quia collectores talium solebat esse
prui ad plus colligendum quam eis sit promissum vel mandatum ut quod amplius
fuit eis remaneat non per monet eos de elemosinarum largicione sed ut
caveant a rapina rei aliene Inquo dicit quod prius declinandum est a
malo et postea faciendum est bonum Et sic prius restituenda est res aliena
quam sit facienda elemosina ut Beda publicanos ab agenda fraude
cohibet ut deus primo se ab alienorum temperant appetitu tunc ad propria
cum proximis communicanda pertingent Per publicanos possunt intelligi officiales

Et qui ergo mores timent viri ecclesiastici debent, alios a potentibus et baronibus vacat et subditos opprimunt nomine officii et offendunt meliore de honestate [?]. Fiunt statuta pro ut dominus [?] ancient [?] et ecclesias [?] putrerum [?] causas fructus ab antiquis innovent et ut excommunicatos non timeant

duorum et sponsi qui non debet a populo exigi nisi quod constitutum est secundum ordinem
iustitie. Interrogaverunt autem et milites quid faciemus et nos scilicet ut publicani similiter.
Et ait illis Neminem concutiatis scilicet sub pretextu officii vestri pauperes qui se
defendere non possunt opprimendo vel terroribus affligendo vel indebite terrendo neque
calumpniam faciatis falsa crimina divitibus et potentibus imponendo, et eos in
causam trahendo et sic pecuniam et bona eorum que per aliam viam a talibus
capere seu rapere et habere non potestis extorquendo et contenti estote stipendiis
vestris que pro defensione patrie et reipublice habetis, preter hoc autem sine oppressione
et per crimina falsa imposita a nullo tollatis et comitatus [?] vestros vel servi-
torum exigendo. Ad predicta autem videlicet tenentur [?] Johannes milites quia ad gravia
primi esse solent, rapientes insidiando predam ab hiis quibus militando prodesse
debent. Unde Petrus Blesensis: hoc militaris disciplina pressius [?] exigit [?].
Olim se milites iuramenti vinculo obligabant quod starent pro republica statu
quod in acie non fugerent, et quod vite proprie utilitatem communem preferrent. Sed et hodie
enses suos recipiunt de altari ut profiteantur se filios ecclesie atque ad honorem
sacerdotii, ad tuitionem pauperum, ad vindictam malefactorum et ad patrie liberationem
se gladium accepisse. Porro res in contrarium versa est. Nam ex quo hodie militari
cingulo decorantur statim insurgunt in christos domini, seviunt in patrimonium crucifixi,
spoliant et predantur subditos christi pauperes et miserabiliter atque immisericorditer
affligunt pauperes et miseros ut in doloribus alienis illicitos appetitus et extraor-
dinarias impleant voluntates. Hec Petrus. Olim quippe rectores et gubernatores
terrarum a milite usque ad regem et imperatorem utilitati reipublice magis
quam private intendebant, pauperes se tueri non valentes defendebant. Sed pro dolor
hodie de republica et pauperibus parum curant, terras et res alienas invadunt
et occupant ut alios compulsis [?] dominiis propria ditent et augeant et pauperes mi-
serabiliter affligunt. Et ideo timendum est eis ne imposterum a terra viventium alie-
nentur et a regno celorum quod pauperum est excludantur. Dicit autem sanctus Augustinus [?] libro
contra adversarios [?] legis: si amplius quam decretum est eis exigunt tamquam calumpni-
atores et concussores Johannes prava condempnat. Milites cum christo sumus [?], per mili-
tes autem possunt intelligi predicatores quos armat apostolus dicens Accipite arma-
turam dei et gladium spiritus quod est verbum dei. Ipsi enim neminem concutiant nimis
asperum predicando et sic ad desperationem adducendo. Neque calumpniam faciant predi-
cationem subtrahendo reputantes eos indignos exhortacionibus verbo, et contenti estote
stipendiis vestris quia sunt redditus assignati predicatoribus, ac possessiones fratribus et
elemosina datur mendicantibus. Usque [?] scilicet tales vocatores [?] vel publicani et mi-
lites essent. Si habent doctrinam Johannis abstinuit [?]. Unde quis est qui de duabus
tunicis unam dedit non habenti. Quis est qui sine fraude merca-
tiones faciat et aliena bona sibi commissa non invadat. Ubi est qui ma-
ioribus qui minoribus calumpniam non faciat, qui fratres non concutiat et de stipendiis
suis contentus existat. Quis est officialis qui ultra suum non accipit. Rare tales
inveniuntur. Et nota quod Johannes cum audientium dispositionem attendebat
sermonem ut diu minora proficiunt tamen ad maiora pertingent. Unde Crisostomus: Vole-
bat autem Johannes quoniam publicanis et militibus loquebatur ad alia maiora
perfectionem eos traducere. Sed quia non diu audiunt ad illa idoneos in medio reservat
ne si perfectiora proferret neque illis intenderent et hiis autem privarent. Sed quibus
maiora sunt que talibus preparat verba ad publicanos et milites ut quivis
ad eius pertineat. Unde Ambrosius: de singulis quibusque generibus hominum quid teneant sancte baptista

rusticum vero omnibus ita publicanis ne ultra prescriptum exigant / militibus ne
calumpniam faciant predam reservant / Sed et aliis officiorum precepta singulorum
misericordia quia est virtus ideo commune preceptum omnibus officiis omnibus etati-
bus necessaria et ab omnibus desideranda est Non publicanus non miles excipitur
non agricola vel urbanus dives vel pauper omnes in commune ammonentur ut conferant
non habenti / misericordia enim plenitudo virtutum est Et ideo omnibus est proposita perfecte virtutis
forma ne vestimenti alimenti quod suis parcant / mire tamen ipsius pro possibilitate
conditionis humane mensura servatur ut non sibi unusquisque totum eripiat / sed quod
habet cum pauperibus partiatur secundum Ambrosium Sed hic primum esse videtur quomodo prima
utrum baptizatus sine digno fructibus penitentie possit salvari / 2a utrum certi qui
non baptizantur in forma ecclesie salventur / 3a utrum ficta intentio impediat effectum
baptismi / 4ta utrum penitentia quam predicat Johannes remittebat peccata / Vta utrum
possit quis cognoscere se facere fructus dignos penitentie / 6ta utrum sit concludendum de
posse quis cognoscere / Ad primum est dicendum quod hoc est dubia propter verbum Crisostomi
nobilitate progenitorum / ad primum est dicendum quod quia dubia propter verbum Crisostomi
quod dicit cum phariseorum et saduceorum per confessionem peccatorum currebant ad aquam
baptismi credentes veniam consequi peccatorum per aquam baptismi sine dignis fructibus penitentie
quia non resipiebant / quia purgatio facta est digestio imputatarum malorum humorum
a bonis adhuc est necessaria superaddito medicine baptismi / ergo non videtur sufficere
homini ad salutem sine digno fructu penitentie Ad quod breviter est dicendum quod dignus
fructus penitentie duplex est Interior cum quis dolet de peccatis commissis et non committit
committenda cum in proposito habet / Et exterior cum quis commissa peccata confitetur et satisfacit
ecclesie et ad plenam satisfactionem eorum arbitrio se committit Sine ergo primo fructu
penitentie baptizatus salvari non potest / quia 2am Augustinum nullus potest inchoare
novam vitam / nisi eum veteris vite peniteat / Sed cum quis baptizatur cum proposito
et voluntate peccandi non incorporatur Christo / nec efficitur membrum eius / et per quod
non salvatur / Et de isto fructu digno penitentie loquitur Crisostomus Sed sine 2o fructu
baptizatus salvatur / quia baptizatus non tenetur ad confessionem peccatorum nec ad satis-
baptizatus salvatur / quia baptizatus non tenetur ad confessionem peccatorum nec ad satis
factionem / Est enim hic sicut in virtute passionis Christi que pro omnibus nobis satisfecit
Ad 2am est dicendum quod planum est grecos non uti forma qua utitur ecclesia in
baptizando quia non exprimunt personam baptizantis ad vitandum quod fuit de primitiva
ecclesia Aliqui namque attribuebant virtutem baptismi dignitati et auctoritati ministrorum
baptizantium Unde quorum quidam dicit apostolus 1 ad Corinthios 1 Ego quidem sum Pauli ego
vero Apollo / ego vero Cephe / Unde dicunt quod de forma baptismi primum est invocatio
Trinitatis / cum expressione actus baptizandi et nominatione persone baptizate propter quod
baptizatur sub hac forma baptizetur famulus Christi N in nomine patris et filii et spiritus sancti Aliqui
ergo dicunt grecos sub tali forma baptizatos non baptizatos rebaptizandos
non esse / quia non immutatur aliquid quod sit de essentia forme eo quod sola expressio
actus baptizandi cum invocatione Trinitatis est de essentia forme / maxime vero exprimitur
dicitur in qua persona prima vel 3a et in quo casu nominativo vel alio est
ex institutione ecclesie ideo licet ipsi peccarent ritum et formam ecclesie non servando unitatem
baptismi conservant et si contingat latinum sub forma illa baptizari / similiter peccaret
baptizati tamen utrique rebaptizari non debent Aliqui autem alii dicunt Thomam
asserentes quod baptizatum vel ministrum baptismi consistere pertinere ad essentiam
forme ex ipsa institutione Christi qui dixit docentes baptizantes omnes gentes in
nomine patris et filii et spiritus sancti Ideo greci personam baptizantis non exprimentes pretermit-
tunt aliquid pertinens ad essentiam forme / et per consequens non baptizant / et bapti-
zati sub illa forma essent rebaptizandi sub / Secundum autem de hoc tenendum sit

Dicit quod beatus Augustinus in libro de vera religione in hiis que pertinent ad sacram scrip-
turam et sancta ecclesie et universalia ad totam fidem catholicam falsa semper sunt
respuenda, vera semper tenenda, dubia vero tamdiu tenenda sunt quamdiu ipsa esse
respuenda vel doceat ratio vel precipiat sancte matris ecclesie auctoritas. Cum igitur
dubium est an hereticis uti debita forma et utrum baptizati secundum illam formam sint
rebaptizandi, et nondum ecclesie auctoritas hoc dubium determinaverit esse acceptandum
vel respuendum, pie dicitur, cum ecclesia aliud dicat, credendum est eos baptizare vere et
baptizatos iterum rebaptizandos non esse. Ad secundum est dicendum quod ficcio potest esse
vel ex parte illius qui baptizatur si est adultus habens liberum arbitrium vel ex
parte ministri baptizantis. Primo modo si aliquis ficte recipit baptismum ita quod non
intenderet novam vitam inchoare et presentis vite mori, nec recipit caracterem
baptismalem nec graciam que est secundarius effectus baptismi, quia secundum beatum Augustinum
in hiis qui veniunt requiritur voluntas qua penitet eum veteris vite, ita in
eo requiritur voluntas qua intendat novam vitam inchoare. Et si constet
baptizatum talem intencionem non habere rebaptizandus esset. Si autem ficcio sit ex parte
ministri baptizantis dupliciter hoc potest contingere, sicut dicunt possunt quibus ficte aliquem
baptizare. Primo quod non servaret ritum in baptizando et formam ecclesie nec intendit
facere quod facit ecclesia. Secundo quod non intendit nec credit esse verum quod facit ecclesia,
primo credit nil esse quod facit. Prima ficcio impedit baptismum et effectum baptismi,
sed secunda ficcio non impedit primum effectum baptismi qui est caracteris impressio.
Unde baptizati ab hereticis qui non intendunt verum esse quod ecclesia facit et tenent
vel facere etiam rebaptizandi non sunt eo baptizati, ymmo dicitur de consecratione di-
stinctione quarta auctore Beda: Sive hereticus sive scismaticus sive facinorosus quisque
in nomine sancte trinitatis baptizet, non valet ab aliis catholicis rebaptizari
ille qui baptizatus est, ne confessio vel invocacio tanti nominis videatur annul-
lari. Sed tamen effectum baptismi qui est infusio gracie baptizati a talibus non
recipiunt ex quo faciunt contra mandatum ecclesie ab eis sancta suscipiunt.
Ad tercium dicendum quod penitencia quam Johannes predicabat non erat sacramentum
penitencie a Christo institutum, quia Johannes non fuit legifer nec sic institutor
sacramentorum sed fuit precursor et annunciator Christi, cui summo potestate plenarie fuit
ad sacramenta instituenda. Non igitur predicabat penitenciam peccata remittentem, sed
penitenciam ad peccatorum remissionem habendam preparantem. Nec ipse Johannes per illam penitenciam
sic peccata remittebat, sed ad consequendam remissionem peccatorum per sacramentum
penitencie instituendum per Christum disponebat. Et si dicatur quod semper penitencia fuit re-
medium quo peccatores poterant deo reconciliari a principio quo homo peccavit, quia
misericordia dei clausit homini viam salutis, cum si vellet penitenciam agere de peccato
commisso deus sibi indulgeret, etiam ante adventum Christi. Non igitur est penitencia
solum instituta a Christo. Sed dicitur quod penitencia data homini in remedium peccati
in lege nature et in lege scripta facta est peccatorum remissio, quod dicitur quod in
lege nature non fuit taxatus aliquis modus penitendi, sed per aliqua signa et
per aliquam protestacionem remissionis peccatorum penitere et penitenciam de peccato ostendere
prout sibi placebat. Quam deus acceptabat magis ex devocione penitentis
quam ex virtute illius signi vel protestacionis, quia per modum penitere credebat.
In lege vero Moysi modus penitendi fuit determinatus, sed non talis qualis est insti-
tutus a Christo, nec ex virtute clavium ille modus penitendi peccata dimittebat.
Unde dicendum est quod penitencia quam Johannes predicabat non remittebat peccata sed
disponebat, nisi si remittebat hoc non erat ex virtute clavium absolucionis.

nec virtute penitencie que sacramentum est per christum institutum. Ad vicesimum est dicendum quod 7
digni fructus penitencie sunt illi qui deo sunt grati et accepti, non enim alia opera
mea sunt digna et meritoria nisi quatenus a deo accepta sunt. Cum ergo aliquis
se sciat facere dignos fructus penitencie dupliciter potest intelligi, primo quantum ad genus
operis ex parte facientis, 2o quantum ad operis meritum ex parte acceptantis. Primo modo
potest quis scire se dignos fructus penitencie facere quantum ad genus operis satisfa-
ctorii quantum ad oracionem ieiunium et elemosinam, quia quantum ad genus operis ne-
scit si sunt fructus penitencie digni secundo quantum ad meritum ex parte acceptantis per tri-
nullus scire potest, sed nullus scire potest an deus valde per cum acceptans opera nostra
sint meritoria et digni fructus penitencie, et dico per tria. Ex quo concluditur quod potest scire
si opera sunt deo grata et sunt digni fructus penitencie. Si enim quis videat se
in devocione conteri de peccatis et vitam in melius convertere et opera satisfactoria
operari coniecturari potest quod quia tam contritum et humiliatum deus non spernit
opera talia, opera sunt digni fructus penitencie et sunt opera deo accepta, potest
coniecturari, sicut patet per revelacionem factam Cornelio Actuum x: Cornelius dictum
est per angelum: elemosine tue et oraciones tue accepte et commemorate sunt
in conspectu dei. Et Thobie dictum est: cum orabas cum lacrimis et sepelie-
bas mortuos et faciebas elemosinas ego obtuli oracionem tuam domino. Et quo-
niam acceptus eras deo, necesse fuit ut temptacio temptaret te. Conclusio ista potest
per hoc accepta eius deo, nisi fuit alicui revelatum quod opera sua non essent deo grata nec essent fructus penitencie
illius de quibus dicitur Vae patribus cum multiplicaverit oraciones vestras non exaudiam
quia manus vestre sanguine plene sunt. Ad vicesimum est dicendum quod templum gloria- .6.
reprehenditur in sacra scriptura, prima de nobilitate progenitorum, 2a de sanctitate
fundatorum, 3a de dignitate ministrorum. Prima reprehenditur Osee xiiii ubi in
persona quorundam stultorum nobilium ubi dicitur: tota gloria eorum a partu ab
utero et conceptu. Et ubi pertractatur Crisostomus ait: Communiter dicitur quod cum quod quis fu-
derunt maiores gaudia clara, sunt quando noverat illi gaudia ignobiles que
maiores acquirunt. Assecutus est enim aliam ut in eo glorientur parentes quod filium tale
habent, sed ut ipse in parentibus glorietur. Secunda reprehenditur Math. viii. ubi iudei
gloriabantur de Abraham quia fuerat fundator et pater hebreorum, dicentes Abra-
ham pater noster est, sicut eciam multi religiosi gloriantur de sanctitate fundatorum
quorum Christus dicit: Si filii Abrahe estis opera Abrahe facite. 3a reprehendi-
tur 1 ad Corinthios 2o ubi in persona eorum qui gloriabantur de dignitate ministrorum dicit
apostolus: Ego quidem sum Pauli, ego vero Apollo, ego autem Cephe. Et hoc
quia gracia non est bona quia sacramentum non maiorem efficaciam habet datum a
maiori ministro quam a minori. Sequitur textus.
Ego quidem baptizo vos in aqua in penitenciam, qui autem post me venturus est
fortior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare. Ipse vos bap-
tizabit in spiritu sancto et igne. Cuius ventilabrum in manu sua et permun-
dabit aream suam et congregabit triticum in horreum suum, paleas autem com-
buret igne inextinguibili. In ista parte ponitur instructio in fide iustit-
ie primo respectu adventus primi, 2o versu 2o ibi Cuius ventilabrum, primo
ergo primo respectu adventus primi et quidem ex triplici comparacione sui distinctus a christo, tangens
in se defectum triplicem, primo imperfectionis in officio, 2o infirmitatis impotencie
ibi Qui autem post me venturus est, 3o indignitatis in gracia ibi Cuius non
sum dignus. Christi potestas, 3a magnificacio christi, primo in potencia ibi Qui post me

Primo in gratia ibi Cuius non sum dignus 2o in efficacia ibi Ipse baptizabit
dicit ergo Ego quidem baptizo q. d. vere arbor que non facit fructum bonum exscindetur
et in ignem mittetur et hoc non auctoritate mea sed auctoritate illius quem predico. quia
ergo quidem baptizo aqua 2o. Beatus Augustinus tamen aliter continuat. cogitantibus autem
omnibus illis quod Johannes esset Christus cum sic comminaretur. Respondit Ego quidem bap-
tizo vos in aqua tantum non in spiritu in penitentiam i. doceo vos penitentiam agere non
potens vos a peccatis absolvere 2m glossam. vel sic Ego quidem baptizo vos de aqua
tinctos corpora lavo que quidem lavacio est signum penitentie fiende Et ideo dicit in penitentiam
Explicat beatus Johannes baptismi sui officium quia baptizo modo quia in aqua
fructum quia in penitentiam s. signandam et indicandam glossa dicit sic Ego quidem baptizo
vos in aqua i. tantum corpora lavo quia peccata solvere nequeo. Queritur hic utrum
baptismus Johannis conferebat gratiam et videtur quod sic quia Marci primo dicitur quod erat predicans in
remissionem peccatorum Contra dicit prius Johannes quidem baptizat aqua vos autem
baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies Et hoc idem patet sic per glossam
Item sic queritur utrum baptismus Johannis imprimebat caracterem quia si non remit-
tebat culpam nec conferebat nec imprimebat caracterem frustra videtur fuisse Respondeo
quod baptismus Johannis propter tria fuit institutus. primo ad prefigurandum baptismum Christi 2o ad
preparandum et ad assuefaciendum homines ad baptismum Christi 3o ad preparandam materiam
baptismi Christi per sanctificationem aquarum quia contactu carnis Christi quem baptizavit. Et quia
non aliud efficiebat quam ad quod fuit institutus et ideo nec peccatum tollebat
nec gratiam conferebat nec caracterem imprimebat Ad argumentum Marci primo quod dicit in remissionem
peccatorum non effective sed preparative quia preparabat ad baptismum Christi in quo fiebat re-
missio peccatorum Item queritur utrum baptizati baptismo Johannis erant rebaptizandi
Respondeo Quidam dixerunt quod baptismus Johannis in nomine Christi susceptus ad fidem trinitatis
et impositione manuum compellebatur baptismo Christi unde tales non erant rebaptizandi quia
non baptizati per fidem Christi sed per aquam et illius opinionis dicitur fuisse magister in 4o
distinctione ix. Sed communius et verius dicitur quod tales rebaptizandi erant et licet ab initio
fidem trinitatis haberent tamen caractere carebant. et ideo dicit beatus Augustinus baptizat
Johannes et baptizatus non est. et baptizavit Judas et baptizatus est. Et beatus
paulus rebaptizavit baptizatos baptismo Johannis Actuum xix quos utique cum baptismum
in fide trinitatis instruxit si prius instructi non erant Secundo Ueniet autem post me. Notandum
est s. ad predicandum, ad baptizandum, ad moriendum, Remigius dicit Sciendum autem est
quod quinque modis venit Christus post Johannem, nascendo predicando baptizando morien-
do ad inferos descendendo. Sequitur fortior me est Remigius Pulchre autem fortior dicit
Johannes quia ille purus homo hic vero deus et homo. Ac si diceret secundum Raba-
num Ego quidem fortior sum ad penitentiam invitando. ille peccata remittendo. ego regnum
celorum predicando. ille dando. ego in aqua. ille in spiritu baptizando. Sed ad an-
dicere secundum Crisostomum quod fortior me est ille non estimes 2m comparacionem me hoc
dicat nequaquam cum inter servos illius ordinem sum dignus ut vilissimum ministerium
suscipere proclamavi Et ideo subdit cuius non sum dignus calciamenta portare
Matthei primo Luce 3o Johannis primo Sic habetur cuius non sum dignus corrigiam calcia-
mentorum vel calciamentorum solvere. Patet autem Johannes baptista utrumque dicat vel
diverso vel eodem tempore et hic unus evangelista alius aliud assumens enarravit
tamen omnes verum narraverunt. unde glossa cuius non sum dignus calciamenta portare
Alii scribunt cuius non sum dignus corrigiam calciamenti solvere. Patet autem Johannes
utrumque dicat vel consequenter i. continuo vel diverso tempore. nec alius evangelista hoc
alius aliud assumens. omnes tamen verum narraverunt. Unde beatus Augustinus 2o libro
de concordia evangelistarum que verba Johannes baptista prius dixerit utrum illa que

Ego baptizo vos in aqua q.d. non mirum est quando de baptismate meo
non enim est aliquid magnum quod sit in aqua et tantum extrinsecus Et non tamen xpus intelligi
ostendo gratiam dubitaret forte aliquis que effectum fuerit baptismus Johannis si
ostendo gratiam non conferebat gratiam nec sufficiebat ad sa-
lutem tantum lavabat extrinsecus Dicendum in Gregorium quod non conferebat gratiam nec sufficiebat ad sa-
lutem unde oportuit baptizatos baptismate Johannis iterum baptizari baptismate xpi ut dicitur Act. 2°
Sed contra dicitur Marci primo fuit Johannes in deserto baptizans et predicans baptismum penitentie
in remissionem peccatorum igitur adhuc Dicendum quod illa duo scilicet baptizans et predicans
non sunt referenda ad idem nam aliud predicabat aliud conferebat unde est sensus
baptizans scilicet baptismo aquae tantum et predicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum
scilicet a xpo conferendum Et tamen hoc intelligitur quod hic dicitur Ego baptizo vos
aqua tantum Medius autem vestrum stetit qui scilicet baptizabat vos non in aqua tantum
sed in spiritu et ~~virtute~~ virtute Et tunc queritur ad quid baptizabat Johannes Dicendum quod
quinque rationes prima est ut signaret baptismum xpi et sic fuit sicut signum sacramentalis | 1
secunda est ut ex nomine baptizandi | 2
et hanc rationem tangit Augustinus super Johannem tertia est ut ex nomine baptizandi
plures convenirent ad Johannem quibus annunciaret de xpo Et hanc non dixit 3
quarta est ut per baptismum Johannis homines assuescerent ad baptismum xpi Et hanc
rationem tangit Gregorius d. docens ait ut qui nascituro nascendo preveniebat | x
baptizaturum baptizando preveniret quinta ut per baptismum Johannis homines similia
venirent ad baptismum xpi Et hanc rationem tangit Beda d. Dicendum baptismum Johannis
fuit sicut cathecismus respectu baptismi xpi unde Act. in medio Dicendum baptizabantur
libere confitentes peccata sua Et Act. xiii dicitur quod Johannes baptizat baptismo penitentie doctos
in eum qui venturus erat ut crederent Sexta est ut baptismus xpi manifestaretur in | 7
baptismo Johannis voce patris et spiritu sancto Et hanc rationem assignat Johannes dicens ut
manifestaretur in Israel propterea veni ego in aqua baptizans Joh. 1° Nonum autem
quod potestas baptizandi nulli xpo est prima est autem quia deus ulli committat nec
potestas baptizandi quia deus nulli committat Secunda est potestas ... de hac dicitur Joh. 1° hic est qui baptizat
committere potuit sed non potestatem excellentie de hac dicitur Joh. 1° hic est qui baptizat ut ait beatus
Sed xpo in quantum homo quia ut homo non dedit spiritum sanctum sed accepit ut ait beatus
Augustinus est prima autem quia potuit dare hominem ingenuum sed noluit alii dicunt quod non
potuit quia implicat potestatem creandi scilicet gratiam tertia est invocationis sed dare
potuit ita passus deus si vellet quod baptismus daretur in nomine sancti pauli vel petri
sed deus hoc noluit ne spem in homine ponerent de hac [illegible] paulus
pro nobis crucifixus est aut in nomine sancti pauli baptizati estis tertia quod excellentia
facta quod unus baptizaret efficaciam alio quod tamen nemo est concessum ne frustra
inflabant quidam [illegible] ego sum pauli ego sum cephae [illegible]
[illegible] quod dedit ministris eccl. ut ait vlt. [illegible] quia sunt xpo cum hoc
[illegible] ministris ecclesie ut ait vlt. in [illegible] magister intelligit in medio et suscepi
~~[illegible]~~ pecuniam instituit prestituit ante ipsum [illegible] magister intelligit in medio et suscepi
misit ut ait vlt. [illegible] quam habet Johannes de qua hic
Et nota quod dominus venit post Johannem sicut forma specialis post dispositiones
accidentales sequitur enim post talem fit sed igitur sit gratiam post xpm conferendum que
est forma spiritualis in esse spirituale nos constituens prius debent aliqua dispositio
que nos de proximo ad hoc disponeret et fuit hic baptismus et predicatio penitentie

Ista prius ymago prius figura, primo enim pictor figuram depingit postea colores
apponit et ymaginem format sic hic. Item prius sol prius lucifer. Item
prius splendor prius lumen. Item prius iudex preconem, sponsus prius amicum. Deus
prius fecit verbum prius vocem. Tertio tangit Christi venientis dignitatem et progressum
qui ante me factus est, id est in dignitate ante positus est secundum glosam. Et sic exponendo
cessat argumentum quia argumentabatur sic: videntes quod verbis Johannis dei filium
esse creaturam Johannes dicit Christum ante se factum aut igitur intelligitur hoc quantum ad huma-
nitatem aut quantum ad divinitatem, non quantum ad humanitatem quia Christus non fuit homo ante Johannem
secundum carnem. Nam sexto mense conceptionis Johannis facta est conceptio Christi ut habetur Luce primo. Ergo
intelligitur quantum ad divinitatem, nam quod Christus ante Johannem factus sit, sed omne factum est creatura,
igitur dei filius creatura est ut dicunt Arriani. Contra hoc argumentum evacuatur exponendo
sic dictum est quod exponendo quantum ad humanitatem nullum inconveniens sequitur quia licet ante non dicit
prioritatem temporis sed dignitatis et valet [illegible] salvari aliqualiter quod Christus conceptus sit ante
Johannem ut licet ante idem sit quod tercio minori tempore concepto enim Christo fuit tota simul et
in instanti [illegible] Johannes fuit in tempore [illegible] sic [illegible] una [illegible] et
hoc ista [illegible] quod illud sic possum dicere quod illa septima est ante illam quia
minori tempore apposita est ad factionem [illegible] quam illius [illegible] ante [illegible]
Ante me factus est, id est vir perfectus gratia et virtutibus quia cum facta fuit [illegible] matris
statim repletus perfectione. Et tunc adhuc non erat Johannes. Unde [illegible] ante me factus
est, id est factum est [illegible] ante me esse vel aliter salvari potest etiam ad literam quod Christus
factus est ante Johannem ut dicatur quod prius Christus factus fuit homo in utero matris quam Johannes
homo fuit in utero Elizabeth quod sic declaratur [illegible] ut dictum est supra in hoc tempore
generantur ex commixtione seminum embrio primis sex diebus est sub forma lactis deinde
novem diebus fit sub forma sanguinis et postea duodecim diebus consolidatur in carnem et exinde
decem et octo figurantur membra et organizantur [illegible] sex in lacte dies sunt sex in
sanguine tunc [illegible] semi solidat semi membra figurantur. Isti dies coniuncti sunt
45 in quibus embrio stat sub forma corporis mixti [illegible] postea 45 diebus alius stat
sub anima vegetativa, inde stat sub anima sensitiva quibus omnibus diebus scilicet 45 completis
infunditur anima rationalis scilicet 46 die completa anima sensitiva in [illegible] forme
specialis. Et hoc 46 dies est primus dies sexti mensis a conceptione [illegible]
lunaribus ex 21 die constantibus [illegible] 21 [illegible] 137 et
isti sic [illegible] tertio die qui fuit primus dies mensis sexti a conceptione prima
creatus est Johannes anima rationali et eadem die annunciatus est Christus conceptus et mox
annunciatus perfectus homo perfectus in utero virginis prius tamen quam Johannes creatus aliquibus
horis eiusdem diei unde dicebat angelus Marie: Et hic mensis est sextus illi qui
vocatur sterilis. Simul hoc ergo in eadem die factus est Christus homo quo et Johannes
conceptus beata virgo petivit ascendere in montana ad Elizabeth et tunc in ipsa
salutatione creatus est Johannes anima rationali et exultavit in utero matris. Postea vero
nato Johanne ex utero Elizabeth redijt beata virgo et prius pluribus mensibus peperit
Christum. Et ita ad literam salvatur quod Christus prius est homo factus quam Johannes
ex utero in medium quia postea natus

mathei scribit cum quis corrigiam cum quis bonus / et si dixerit solve ubi q matt
scribit cum alii non vere dixerint per ablationem vel cum Rudis dominum ante se
abesse ab illo et dicit non solvam eam quem nuncando premitur sed circa
que absconsideo / et qui aliquem dno dicunt eandem sententiam per alia verba sed alia
tum ambo vere dicunt. Et dicit beatus Augustinus utrumque modo se in materia gene=
raliter non esse mendacium / cum quisque veraciter eius explicat de quo alius nar=
rat / eciam dicendo aliquid ad quod ille non dixit. voluntatem tamen suam explicat.
... Si autem vel mutavit Johannes vel de calcea=
mento ... ille cum verba commedit ... et ... quod illorum ... dixit
... dicit nisi ... et ... Johannes ... dixisse
eandem tamen ... tenuit. Et tamen vere ... exponitur vel hec litteraliter et mistice / litteraliter Lra
sine alio tempore sine ... Exponitur vel sic
sic Crisostomus non sum dignus ei solvere ... infimo
ministerio ut est ... vel calciamenta portare / ut alii ... de ...
deo sine nisi per graciam ... / Sicut garcio non est dignus ... igitur
nisi ... assumeret eum per graciam in ... nec est ... per te
calciati ambulant / sed est modo ... aliquis se comparat
alium ... est in ... / Crisostomus non sum mistice
dignus calciamenta solvere / id est non sum dignus ... predicando ... =
ferre. non enim habebat ... officio predicandi quod non fuit ei datum vel concessum
... hoc dicit apostolis reservatum / Et ... calciamenta quod ...
pedes id est affectus / vel non fuit dignus explicare ... quo ad domini
unionem / sed ... calciamenta ... Augustinus ... ad nos calciata
... vel non sum dignus nomen sponsi portare vel nomen sponse usur=
pare ita dicit glossa / et ... sic ... dicitur ... 1
... non sum dignus corrigiam calciamenti eius solvere / per calciamentum ...
... per ... domini et est ... non sum dignus explicare modum
unionis ... et ... in ... 2
Alius modo sic Crisostomus non sum dignus calciamenta id est predicacionem ... portare
per ... dignus ... non habebat in officio sed apostoli ...
vel hoc dicit quod nullus ... dignus ... tanto digno officio reputare / 3o modo sic 3
Crisostomus non sum dignus corrigiam calciamenti solvere vel calciamenta portare id est dis=
calceare eum et nomen sponsi michi usurpare / quod non sum dignus esse
sponsus ... sed ... sponsi id est ... / Augustinus ... glossa ...
legis et est dictum beati ... in lege ... ut ... sibi
in ... accipere nullus ... ei calciamentum solvit / ... ad
... Johannes ... non est sponsus ...
... non sum dignus corrigiam calciamenti eius solvere / et ... dicat
... non valeo ... / quod nomen sponsi ... non usurpo
vel ... accipere ... sponsum / quod non essem dignus ... accipere
Sed ... glossam ... discalceabat ... sponsabat
in ... Ruth ... in ... ut
si ... alteri ... discalceabat se et dabat alteri cal=
ciamenta ... portabat ... aut non / si non / tunc ipse discal=
ceabat se ut dicit Ruth ultimo. Si ... aut alius volens eam ducere ...
... tunc ipse discalceabat illum ut ... / aut ... tunc ipsa mulier
discalceabat eum ut dicit ... / ... Ipse vos baptizabit in spiritu

Sancto et igne baptizabit vos in spiritu sancto et igne. Ostendo quod non
per quem fuit nisi dei et igne quia super baptizatos de nouo in pentecoste
caelum sicut apparebat spiritus sanctus in specie visibili ignea sicut apparuit
super apostolos in linguis igneis. vel secundum glossam Ipse baptizabit vos in spiritu
sancto quia purificabit a peccatis et igne id est amore accendet de quo igne dicitur Luce
xii Ignem veni mittere in terram vel igne tribulationis de quo in psalmo
Igne me examinasti. Item glossa in spiritu sancto id est in spiritu sanctificationis
et igne tribulationis et probationis quia omnis tribulatio que contingit pro iustis
fit baptismus ignis. vel spiritu in presenti ablutione post si qua macula remanserit
igne purgatorio exurit. Item glossa Johannes ut premisi spiritum dare non
poterat quem tradidit ipse Christus qui vero dat quia deus et ideo dicit ipse bapti-
zabit in spiritu sancto. Est enim triplex baptismus fluminis flaminis et sanguinis
fluminis in aqua flaminis in penitentia sanguinis in martirio. Sequitur Cuius venti-
labrum. Hic instruit in fide secundi adventus quantum ad triplex iudicium primo
discretionis secundo examinationis ibi Et permundabit tertio comparationis ibi
Et congregabit. dicit ergo sic Cuius ventilabrum id est discretio iudicii secundum glossam vel
examen iudicii. Ventilabrum est instrumentum quo grana separantur a paleis
et significat sententiam iudicis qua dividuntur electi a reprobis. Jeremie xv ventila-
bo eos ventilabro et dispergam eos. Ventilabro et Augustinus super psalmum Congregabunt enim
omnes gentes et separabit eos ab invicem sicut pastor separat oves ab
edis. Nota tamen secundum glossam Veni non tradit hic ventilabro non removent quia
iam iudicati sunt. Sequitur In manu sua id est in potestate eius secundum glossam Johannis v.
Pater omne iudicium dedit filio quia deus in forma humana iudicabit. Et
permundabit aream suam permundabit id est perfecte mundabit aream suam id est ecclesiam
ergo enim in ecclesia presenti mixti mali cum bonis sicut in area palee cum
tritico. nunc deus multas distribuendo mixtos non mundo sed tunc mundo et multos
infra per iudicium. Exibunt angeli et separabunt etc. Area secundum Ysidorum a radendo
dicitur eo quod debet esse rasa et planata. vel dicitur ab arendo quia debet esse ari-
da sic et ecclesia debet esse abrasa per equalitatem iustitie et arida per virtutem
abstinentie. Sequitur Et congregabit triticum id est electos diffusos electos
qui ad modum tritici sunt intus candidi per munditiam extrinsecus rubicun-
di per passionem mollibus hiis a spe eterne durabiles firmi utiles in hor-
reum suum id est in celeste habitaculum. Paleas autem id est leves per vanitatem pa-
lidos per invidiam frigidos per iracundiam aridos per avaritiam mollis per
carnalem corruptionem. Has paleas comburet igne inextinguibili. Duo hic opposita
actiue et passiue. passiue quia non extinguetur. Ysaias Vermis eorum non
extinguetur. Actiue quia non extinguet id est non occidet sed comburet ipse non
consumet depascet eos. Unde glossa quia non extinguere neque extinguetur dia-
tis sed cruciat puniet ideo dicit igne inextinguibili. Sed hic possunt esse sex
Dubia dubitationes. prima utrum in baptismo Johannis dimitteretur peccatum originale. secunda
utrum baptismo Johannis salus Christus debuit baptizari. tertia utrum baptismus Johannis
statim debuit cessare Christo baptizato. quarta utrum baptizati baptismo Johannis
essent rebaptizandi baptismo Christi. quinta utrum Johannes dixerit verba ista magis de
calumnie Christi vel verba aliorum ... sexta utrum in presenti vita
area Christi possit perfecte mundari. Ad primum est dicendum quod ideo mouetur
dubia quod maioris efficacie debeat esse baptismus Johannis quam circumcisio data

Alia est autem conclusio data alia que distabat plus a Christo quam Johannis baptismus
peccatum originale dimittebat, ut patet secundum Augustinum contra Julianum et ponitur
de conse. dist. iiii. Nullomagis inducitur quod baptismus Johannis hoc originale
peccatum dimittebat. Ad hoc igitur videndum Christus d. contra tres rationes quare baptismo
Johannis peccatum non remittebatur, nec gratia conferebatur, primo quia hostia non dum
erat oblata, per cuius oblacionem pro originali peccato est solutum. 2o quia spiritus
sanctus non dum super aquam descendebat per cuius descensum facta est donorum
collacio et peccatorum remissio. 3o quia nondum aquam baptismi purgandi peccata po-
tuit nisi tactu divini corporis prius sanctificatam fuisse. Et ista racio ponitur
de conse. dist. iiii. Baptizabat quidem Johannes ante Christum ut inde ... ipse
non sanctificabat quod erat ab antiqua omni malorum ad peccatorum cognicionem ad
penitenciam operum inducerentur et ad Christum recipiendum pararentur. Quod vero de circum-
cisione iudicabatur non obviat huic veritati, quia circumcisio instituta fuit baptismo
a deo in remedium peccati originalis sed solum preparacionis ad baptismum per quem tamen
facta est peccati satisfactio et gratie collacio, quia gratia et virtus per Christum
facta est ut dicitur Johannis primo. Ad 2am dicendum quod tanto indiget quod solus Christus 2
baptismo Johannis debuit baptizari quia ... illo baptismo baptizari debebat maxime
magis autem indigentes erant illo baptismo baptizandi tunc magis autem indigentes
erant pueri et gentiles, quibus per solum baptismum ad purgacionem peccati conveniebat
Et tamen nec pueri nec gentiles illo baptismo leguntur baptizati. Ad hoc videndum
Augustinus d. contra quoniam fuisse quales post Christum baptizarentur baptismo Johannis
quia solus Christus fuisset illo baptismo Johannis baptizatus, non de fuisset ...
qui diceret baptismum Johannis digniorem et meliorem fuisse quam baptismum Christi
utpote a deo maiorem et digniorem quia solus Christus est baptizatus illius
alias. Ad evitandum ergo hunc errorem multi alii post Christum fuerunt illo baptismo
baptizati non tamen pueri quia baptismus Johannis erat baptismus penitencie quod pueris
imponenda non est, nec gentiles quia solus gentilium populi Christo servabatur usque
illud Genesis xlix non ... donec veniat qui mittendus est et ipse erat expectacio
gentium. Ad 3am est dicendum quod baptismus Johannis erat preparatorius et figura- 3
tivus baptismi Christi, sed veniente forma cessat figura eius. Sic veniente Christi
baptismo videtur cessare debuisse baptismum Johannis. Et tamen secundum Johannem 3o capitulo
venit in Judeam et ibi cum discipulis suis baptizabat et Johannes erat in E-
nnon et simul ... quod simul durabant baptismus Christi et Johannis. Ad hoc igitur
videndum Beda dicens quod vetus legis obseruacio cum Johannes erat servus simul
cum evangelio durabant usque ad passionem Christi. Ideo baptismus Johannis non statim
post baptizatum cessat debuit. Christus alia causam tangit dicens quod si Johannes
post baptizatum cessare debuit dimisisset baptismum baptizare Christo inde videtur fecisse quod invidia
et indignacione quam habebat quod Christus baptizaret ... cum ipse ...
magis ad invidiam et zelum contra Christum provocasset. Scribitur tamen Johannis 3o
quod discipuli Johannis venerunt ad eum dicentes Rabi ille qui tecum erat ... testimonium
perhibuisti baptizat et omnes veniunt ad eum ita quod videbantur invidie
quod magis causa non satis tantum baptizaret sicut Christus. Et si quod tanto baptismum
Johannis cessasset Christo baptizante multo fortius ad zelum fuissent provo-
cati. Ad 4am dicendum quod Christus dicit et nunc probat quod baptizati 4

baptismo Johannis utrum baptizandi fuerint baptismo Christi. Auctoritas est primo ipsius Johannis qui
dixit: Ego vos baptizo aqua, qui autem post me venturus est ille vos baptiza-
bit in spiritu sancto. Ergo Johannes baptizatos baptismo suo predicabat rebapti-
zandos esse baptismo Christi. In actibus etiam apostolorum legimus quod cum apostolus invenisset
quosdam Ephesios baptizatos baptismo Johannis, utrum baptizat eos baptismo Christi.
[Respon]deo dicendum est quod baptismus Johannis solum fuit ex aqua que corpus
lavabat, animam autem vel spiritum non tangebat. Unde ille baptismus nec caracterem in
anima imprimebat nec gratiam conferebat ex quo ipsam animam non tangebat. Sed
baptismus Christi est in aqua que corpus lavat et in spiritu qui animam lavat, et ca-
racterem in ipsa imprimit et gratiam confert. Iste baptismus Christi includit baptismum Jo-
hannis sicut maius includit minus. Sed baptismus Johannis non includebat baptismum Christi
quia minus non includit maius. Propter quod baptizati baptismo Christi dato quod ... essent
prius baptizati baptismo Johannis, cum Christus non debeat dici bis baptizari, sed
semel. Et ideo quod baptismus Christi includebat baptismum Johannis tamquam quoddam prepara-
torium ad ipsum ... tamen ... quarto libro videtur dicere quod illi qui spem
suam ponebant in spiritu sancto non baptismo Johannis et qui fidem trinitatis habebant
baptizati a Johanne utrum rebaptizandi non fuerunt, sed qui fidem trinitatis non habe-
bant et in baptismo Johannis spem suam ponebant utrum rebaptizandi fuerunt. Sed
salva reverentia magistri plus requiritur ut quis sit baptizatus sacramentaliter. Nam
si quis crederet fidem trinitatis et illa que essent fidei ... et inspi-
raret aliquem Judeum vel paganum et salvaretur, non tamen esset baptizatus quia carac-
terem baptismi non haberet sed haberet gratiam que est effectus baptismi. Dicamus
ergo quod omnes qui fuerunt baptizati a Johanne antequam baptizaret Christus puto
quod rebaptizari indiguerunt, tamen quia in forma instituta a Christo Johannes
difficultates in via concurrit primo tamquam bono sodali manum sibi porrigit et auxilium sibi concedit psalmus tenuisti
manum dexteram meam qui vadit per tenebras sine duce non potest errare secundo quia qui sequitur me non ambulat in tenebris
Augustinus ambula per Christum qui in homine venias ad eternitatem dei primo per via et quia numquam alia primo via et qui numquam [illegible]
et numquam quis tamen non evenit qui vadit per tenebras sine rege non potest in carcere dat sibi coronam fidelibus
Apocalypsis 2a esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi coronam vite

188v

hec decus meruit inter apostolos ut primus cognosceret christum sicut patet Joh. primo ubi dicitur invenit hic scilicet Andreas primum fratrem suum Symonem et dicit ei Invenimus messiam quod interpretatur christus. habuit similiter hoc decus quod ad honorem apostolorum primus una cum fratre suo vocatus est ut habetur Math. et Mar. j. habuit inchoationem hoc decus quod primus inter apostolos una cum philippo gentiles adduxit ad christum ut dicitur Joh. xij. Jo interpretatur viridis poculo. ex quo tamen est iudicium approbacionis. ipse poculo sapientie salvatoris repletus respondit fidelibus integritatem totius catholice veritatis ut patet in principio legende eius ubi summa veritate catholica additur hac fide didicimus a sancto Andrea domini nostri ihesu christi apostolo. Item poculo salutaris sapientie sive fidei plenus. Respondit egee agitatem misterii incarnacionis quod venerabilis et immaculata virgine dei filius carnem assumpsit in quo genus restauratur humanum sicut habetur in passione legende eius. Item poculo dominici sanguinis repletus quem cottidie ymmolabat. Respondit egee quod si assumeret formam discipuli promiserit sacri illius eidem ostenderet in quo agnus vivus manet et integer cuius postquam eius carnes vere comeste et eius sanguis vere sunt bibitus a sumente sicut in eadem legenda patet. Crito secundum sit Andreas quod virilis ita quod hoc non est ipse interpretatio sed potius ethymologia nominis eius in greco Crito. autem vigorem capti quod virilitatis ipse sunt patet in eius legenda. Nam et Egee minanti ei supplicium crucis si eius non acquiesceret dictis Respondit Ego si crucis supplicium expavescerem crucis gloriam non predicarem. hanc virilem constanciam Gregorius commendavit in secundo de apostolis dicit libere sanctus Andreas sunt persecutoribus suis respondit tanto cum virili animo eos acceptor quanto per eius nomine suo promittes in tormentis constanciores non enim possumus que audivimus et vidimus non loqui ista autem cuius constancia clarius intelligentia passionis eius apparuit. quia gaudens et exultans ibat ad crucem de qua deponi noluit. sed voluit in ea superius populis predicavit. sicut habetur in fine legende ipsius et quia perseverancia infallibile iudicium est quod deo aliquis sic acceptus ideo quia in hoc voluit perseverare usque ad mortem per christo et in christo ideo indubitanter tenendum est ipsum esse deo acceptum. unde et populus ad Egeam clamabat dicat nobis hominem iustum. redde nobis hominem sanctum ne interficias hominem deo carum iustum mansuetum et pium et cetera Nota Symo interpretatur obediens. petrus agnoscens Andreas virilis quod quanto plus agnoscit tanto plus debet esse obediens verbo dicentiam enim sequitur intellectus unde in psalmo mandata tuis intellexi sed intellectus operis interpretationis sequitur. Item quare primo Symon qui vocatur petrus vocatus fuit deinde Andreas. Dicendum quia primo opportet esse obedientiam 2o sapientiam et 3o virilitatem quod sine obediencia nullus ad regnum intrat. sine sapiencia nullus continuat sine virilitate nullus consummat. Tercium iudicium acceptationis istorum ad opus apostolatus accipitur ex operatione de quo dicitur mittentes rethe in mare. Interdum contingit quod operatio hominis in uno corpore temporali iudicium est operis spiritualis in quo cum Sicut patet exemplo petro qui ad verbum christi laxatis rethibus concepit multitudinem piscium copiosam ut habetur luce v quo facto dixit christus eidem noli timere ex hoc iam homines eris capiens quod exponens glossa dicit hoc ad petrum specialiter pertinet cui exponitur quod captura piscium habetur. scilicet quod sicut per retia pisces sic per verba aliquis homines capiet In hoc ergo quod dicit evangelium mittentes rethe in mare indicatur quod ad opus predicationis erant assumendi. in quo capiet homines in caelo concludendos sicut pisces in rethe. unde Crisostomus super Matheum dicit genus artis prophetabant. Item sicut qui retia iactat in aquam nescit quos pisces comprehensurus est sic et doctor qui divini verbi retia super populum iactat nescit qui sunt accessuri ad deum sed quoscumque deus excitaverit illi adherent eius doctrine Quartum iudicium accipitur ex officio de quo dicitur. Erant enim piscatores divina providentia aliquos disponit et aliquibus ut perveniatur in quibusdam temporalibus officiis congruentibus officia spiritualia illis similia ad que eosdem providet

ibi ad piscatores ... artificio

assumendos. Sicut patet in Moyse et David. hos enim prius voluit esse pastores
ovium, quos providebat futuros pastores hominum. Et quia isti futuri erant piscatores
hominum ut infra dicitur, ideo prius fuerunt piscatores piscium. nec solum propter hanc similitudinem
congruam assumuntur. Sunt enim piscatores viri propter clarem utilitatem, elegit enim
piscatores et pauperes et abiectos ut sibi nemo attribuat donum electionis divine sed
~~huius oppositionis causam~~ et hoc est quod dicit Apostolus I Cor. I. videte fratres vocationem
vestram, quia non multi sapientes inter vos, non multi nobiles, non multi potentes sed que
stulta sunt mundi elegit dominus ut confundat sapientes et infirma mundi elegit deus ut
confundat fortia et ista ut non glorietur omnis caro in conspectu eius. Unde Augustinus Non
enim elegit doctores aut senatores aut philosophos aut oratores sed elegit plebeios pauperes
indoctos et piscatores. Elegit ergo tales quales reprimebat imperii gloria et potentia
ac sapientia mundi ista disublimavit. Hec tamen electio que abiectio fuit per prophetiam in
tempore completa est per vocationem inopinata. Ideo Ro. VIII. Quos predestinavit illos et vocavit.
Et hanc utilitatem Augustinus super Joh. declarans dicit. Si enim doctus eligeretur fortasse ideo
diceret se electum quia doctrina eius eligi meruit. Deus autem Christus noster volens superborum
frangere cervicem non quesivit per oratorem piscatorem, sed de piscatore lucratus est imperatorem.
Magnus orator Ciprianus sed Petrus piscator. Considera certe et nota a quibus et a
qualibus incepit et orta est ecclesia. Voluit deus primos fundatores ecclesie eligere sapientes
vel potentes aut nobiles huius seculi ne fides ecclesie et virtus fidei et opera que fienda
erant ascriberentur corporis sapientie vel potentie aut nobilitati sibi hoc reservavit quia sua po-
tentia sapientia et bonitate nos redemit. Si enim doctus aut potens vel nobilis eli-
geretur fortasse ideo electum se diceret quia doctrina vel potentia aut nobilitas eius
eligi meruit. Volens ergo dominus frangere superbiam elegit illiteratos et indoctos
tos hos quos doctores faceret et ad piscandum mitteret homines et ad predicandum per eos
subiceret mundi rectores ne fides credentium putaretur non in virtute dei sed in sapientia
et virtute hominum. Unde Gregorius. Relictis fortibus debiles relictis divitibus pauperes
elegit et predicatores infimos abiectos quam qui potentes quoniam scilicet et fideles populos
intelligerent hec studuit. Ad predicandum namque cum tales venire debuerunt qui de
laude propria nichil haberent ut tanto salutis veritate veritatem cognoscerent esse quod
agerent. quanto et aperte intuerentur si ad hoc agendum ydonei esse non fuissent. Unde
et Crisostomus. O beatos istos piscatores quos deus inter tot doctores legis et scribas
inter tot seculi sapientes ad divine predicationis officium et ad gratiam apostolatus pri-
mos elegit. Et digna satis domino inventa atque convenientes predicationis eius fi-
at talis electio ut in predicatione sui nominis tanto maioris laudis admiratio
nasceretur quanto eum modo infimi et humiles seculi predicassent. Cum non per sapientiam
verbi mundum caperent sed per simplicem fidei predicationem de errore mortis humanum genus
liberaverit. Non ergo nobiles mundi aut divites elegit ne suspecta fieret predicatio non
sapientes seculi qui sapientiam mundi persuasisse humano generi crederentur. Sed elegit pisca-
tores illiteratos impitos indoctos ut aperta esset gratia salvatoris. humiles in seculo
seculo sed nobiles christo non sceptros in alio senatus terreni sed sceptros in alio se-
natus in celo despectos terre sed acceptissimos celo, pauperes mundo sed divites
celo et deo. Scit enim deus quos elegit qui occulta cordis novit eos utique qui
non sapientiam seculi quererent sed dei sapientiam desiderarent nec divitias mundi
cuperent sed thezauros celestes optarent. Hec Crisostomus. Attendat hic nobiles potentes
et sapientes superbi huius mundi et cognoscat ignobiles et impotentes et ydiotas
sibi preferri et confundantur et erubescat et a sua superbia resipiscat. Dominus
cum dicatur. Et ait illis Venite post me. Consequenter ponitur huius vocationis. Unde
istos vocat ad imitationem, secundo ad hoc eos promovet per promissionem efficacem ubi
vos piscatores hominum. Primo igitur vocat eos ad imitationem cum dicit et ait illis
Veni post me scilicet non tamen corporis incessu sed mentis affectu. Utique modo hos vocat
non quod autem tunc apostolos ita ...
magna dignitas salvatoris ...
...
...
...
...
...

nt veniat post se et hec vocacio ad utilitatem vocatorum est facta tamen si diceat
vos qui in mundanis negociis et laboribus estis venite post me quia vos reficiam
vos qui in laboratis et honerati estis et ego reficiam vos
Mt xi venite ad me omnes qui laboratis vacui permanetis venite post me quia vos perficiam Eccli
vos qui laborando vacui permanetis venite post me quia vos perficiam
xxiiii venite ad me omnes qui concupiscitis me et a generacionibus meis implemini
vos nichilominus quia instruccionem desideratis venite post me quia vos virtutibus instruam
Ps venite filii audite me timorem domini docebo vos / Secundo eos pronocat per promissionem cum
adiungit faciam vos fieri piscatores hominum Et bene dicit faciam quia sic per eum omnia
facta sunt in celo nec ita per eum omnia sunt quae per graciam eliguntur quia gracia et
veritas per Ihesum Christum facta est Ut in nichil aliter frustra laborat doctor nisi deus faciat
ut proficiat quod evidenter idem Christus expressit Joh xv Sine me nichil potestis
facere Adiungitur autem piscatores hominum hoc est id est Crisostomus super Mt doctores hominum
ut cum rethe verbi dei comprehendatis homines de mundo tempestoso et periculoso ubi
homines non ambulant sed feruntur sicut pisces in mari quia diabolus cum delectacione com-
pellit eos in malum ut eas homines arbitrio se movendi sic pisces fortiores devo-
rant minores ut per veram doctrinam homines in terram eterne vitae corpus Christi facta
moveri Et ita horum piscatorum mutatur racia in doctrinam auditus cupiendi pisces
in amore contendi animas / namis in ecclesia mare in seculum hos piscatores mitte-
re in mundum deus promittit Jeremie xvi° mittam in eos piscatores multos et piscabuntur
eos magnum piscatorum hominum beatus Andreas fratris est quia in sola Achaya xii
civitates rethe ecclesiastice doctrine traxit ad Christum Notandum est quod sicut hos duos fratres actua-
liter occupatus in opere piscacionis Christus adnotavit ipsos predicatores fratres eligit
Item in glosa quod saepe tecius [illegible] / considerat celestibus desideriis adnotat et per mare
eos retibus ecclesiasticis alios de profundo iniquitatis eripit Ita deus cui dicit faciam vos
fieri piscatores hominum Et loquitur ipse dicens faciam quod non erit quod vobis
glosa interlinearis frustra doctor laborat ut supra nisi deus faciat vel proficiat Item dicit fiol
et non esse inanes quod debet homo laborare ut faciat predicare Item dicit piscatores
hominum non honorum non divinitatum sed animarum Unde propheta Jeremie xvi de hiis pisca-
toribus loquitur dicens mittam in vos piscatores meos et piscabuntur vos Et unde non
est contemnendum ubi tantus deus est qui ait venite non est timendum ubi Christus
est contempnendum ubi tantus fructus est faciam vos pisca-
tores hominum secundum Jeronimum piscatores illiterati mittuntur ad predicandum ne fides credencium
non in virtute dei sed in eloquencia sive doctrina hominum putaretur Secundum glosam Notandum
quod hic mutatur intencio non piscatio quia piscatores mutantur sed aliam intencionem pi-
scandi habuerunt qui prius pro lucro temporali tunc vero pro lucro spirituali Unde glosa inter-
tatur intencio non piscatio / mutatur recia in doctrinam cupiditas in amorem caritatis
sit mare seculum / namis ecclesia pisces boni et mali homines Item glosa monet hic
dubium quod Mt Mr et luc dicunt petrum et Andream de piscatione vocatos in
galilea Johannes vero ecclesiastica dicit ipsos vocatos iuxta Jordanem ad testimonium Johan-
nis baptiste cum dixit Ecce agnus dei Joh 1° ubi dicit Andream secutum cum alio
discipulo domini cuius nomen tacetur et credit quod fuit Johannes ecclesiasticus deinde petrum
et 3° philippum Item hic vero dicit quod petrus et Andreas Jacobus et Johannes
semel in magna captura piscium fuerunt vocati hic vero dicit quod bini et bini sunt
vocati ad evidenciam istorum est sciendum quod isti apostoli leguntur ter vocati a Christo
prima vocatio fuit duntaxat per baptismum Christi ut habetur Joh 1° Quando duo discipuli
audierunt Johannem dicentem de Christo Ecce agnus dei et secuti sunt eum Ihesum
et ibi dicit quod Andreas frater Symonis petri erat unus ex duobus qui secuti fuerunt
domini ubi subditur quando vocavit fratrem suum Symonem ad Ihesum Secunda vocatio
fuit in captura piscium quam describit lucas v° talo dicens quod postquam Christus intravit

Dicit ... quod Petrus ... adhesionem ... Mathei ... [illegible]
[illegible] ... negocium ... Jesus ... apostoli ... respectu culpa non fuit
... piscatorum ... [illegible] ... sunt
negocia ... [illegible] ... sunt in plura
et plura bona ecclesiastica ... [illegible] ... Petrus ... [illegible]

inventes ascendit in navem Petri ad predicandum et finita predicatione iussit laxare
retia in capturam piscium et missa multitudine piscium captorum facto quod non poterat esse
virtute humana procidit ad genua Ihesu et dominus dixit sibi Noli timere iam eris homines
capiens. Sed ille due vocationes Petri non erant ad apostolatum sed ad quandam fami-
liaritatem. Tercia autem vocatio erat ista quam describit Matheus. Qui relictis omnibus secuti
sunt deinde amplius ad predicta negocia non venerunt sed intenderunt doctrine Christi et
hoc est quod dicitur hic Mathei Venite post me faciam vos fieri piscatores hominum. Prime due
vocationes sunt forme noviciorum in religione qui primo vocantur ad probandum
et instruendum et quandoque ad propria redeunt. Tercia vocatio tenet formam vocationum profe-
ssorum quia tunc velud professi sancte religioni inseparabiliter adheserunt. Item de
vocatione Mathei publicani habetur infra. De modo autem vocationis aliorum non
est determinatum vel scriptum. Unde Crisostomus Sciendum est autem quod de aliis apostolis nobis
non datur qualiter et quando sunt vocati nisi de Petro et Andrea Jacobo et Johanne
et Matheo. Hii enim maxime erant in tenuibus et humilibus studiis. Nam nichil the-
lonei officio est aliquid deterius neque piscatione vilius. Sed tamen alius dubitaret
dicens parva dimiserunt et ideo non multum sunt apostoli commendandi quia retia modici
valoris reliquerunt. Respondetur quod non modicum dimiserunt qui omnia que habere poterant
reliquerunt. Nec ad quantitatem dimissi pensandum est sed ad affectum quia ideo affectum omnia
dimittendi habuerunt. Ideo multum dimiserunt licet parva habuerunt. Secundo Et illi continuo
Ubi ostenditur prompte discipulorum actus obedientie. Hec autem obedientia manifestatur fuisse perfecta
propter fidelitatem, celeritatem, expeditionem, adhesionem. Propter fidelitatem quia continuo
apostoli crediderunt verbo promittentis Faciam vos fieri piscatores hominum. Unde Crisostomus in
omelia Dante igitur promissioni crediderunt et per sermones quibus sunt capti credi-
derunt se alios posse piscari. Manifestatur autem perfecta propter celeritatem de qua dicitur
Continuo. Perfecta enim obedientia non differt implere quod precipitur. Ipsa enim nescit pigri-
natie nudatur. Quia ideo Petrus et Andreas ad unam vocationem primam continuo sunt secu-
ti. Conterite sunt obedientia ipsorum perfecta quam Gregorius in omelia commendat dicens Ad
unius iussionis vocem Petrus et Andreas relictis retibus secuti sunt redemptorem. Nulla
adhuc facere miracula viderant nichil ab eo de premio eterne retributionis audierant et
tamen ad unum domini preceptum hoc quod possidere videbantur obliti sunt. Potest enim quilibet
ipsorum dicere illud Galatas I Cum autem placuit ei qui me segregavit ex utero matris
mee et vocavit per graciam suam ut revelaret filium suum in me et evangelizarem eum
in gentibus continuo non acquievi carni et sanguini. In hac enim celeri et prompta
obedientia nostra tarditas reprehenditur quia sicut ibidem subditur Gregorius Ecce nos eius
miracula videmus quot flagellis affligimur quantis minarum asperitatibus deterremur et
tamen simplicia nostra sua non vult sponte deserere quod cottidie perdit invita. Manifestatur
tercio perfecta propter expeditionem de qua adiungitur Relictis retibus. Ut enim dicitur in glosa
perfecta enim obedientia est propter domini preceptum sua imperfecta relinquere. Et hanc obedientiam
Petrus nomine suo et aliorum expressit cum dixit domino Mathei xix Ecce nos reliquimus omnia
et secuti sumus te. In hac vero expeditione quia retia reliquerunt non rem sed
animum attendere debemus quia sicut dicit Gregorius in omelia In hac affectum debemus potius
pensare quam censum. Multum enim reliquit qui sibi nichil retinuit. Multum dimisit
qui cum re possessa etiam concupiscentiis renunciat. ~~Multa dimisit~~ A sequentibus ergo tanta
dimissa sunt quanta a non sequentibus concupisci potuerunt. Exteriora namque nostra ~~quamvis~~ parva
domino sufficiunt. Cor namque et non substantiam pensat. Nec perpendit quantum in eius sacrifi-
cio sed ex quanto proferatur. Nam si exteriorem substantiam perpendamus ecce sancti negocia-
tores nostri perpetuam angelorum vitam datis retibus et navi mercati sunt. ~~Ex~~ Existima-
tionem pretii quippe non habent sed tamen regnum dei tantum valet quantum habes. Valuit namque Zacheo
dimidium substantie sue vidue vero duo minuta. Alteri vero calicem aque frigide.
Petro et Andree navem et retia. Manifestatur postremo perfecta hec obedientia propter adhesionem
de qua concluditur Secuti sunt eum. Hoc enim proprium est apostolorum atque doctorum imitari

... calicem aque frigide ... [illegible] ... bona voluntas ...
angeli de celo ... [illegible] ... dei ... [illegible]
... [illegible] ... bona voluntas ... [illegible]
... laudabiliter ... [illegible] ... habeas ... [illegible]
... [illegible]
... [illegible] ... fuit ... [illegible]
... [illegible] ... piscatores ... [illegible]

e art 7 3 4 ... petri dimiserunt ...

ibi 3o ne dicens ... videre ... [illegible]

adhuc

... [illegible]

regnum dei

Job 9 sup cap. Et inito ex tali adhesione redditur perfecta que secuntem illuminat
dignificat perpetuat. Illuminat quidem uniendo ipsum supreme claritati de qua Joh 8o
ego sum lux mundi qui sequitur me non ambulat in tenebris sed habebit lumen
vite. Dignificat autem uniendo ipsum glorie maiestati. Math 19 Amen dico vobis
quod vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis
sue etc. Perpetuat vero copulando ipsum infinite eternitati. Ecclesiastici 23o Gloria magna
est sequi dominum longitudo enim dierum assumitur ab eo. Dicat igitur beatus Andreas
illud Job 23o vestigia eius secutus est pes meus viam eius custodivi et
non declinavi ab ea. Sciendum est quod petrus et andreas tribus vicibus dicuntur vocati
a christo. Primo quando andreas invento petro adduxit ad ipsum symonem fratrem suum ut
dicitur Joh. 1o. post tamen hanc vocationem redierunt ad propria nec inseparabiliter christum secuti
sunt. Secundo quando post predicationem factam a christo secus stagnum genezareth tribus in eius
vocationibus intravit navem petri et ad preceptum christi completa multitudine piscium secuti
sunt christum petrus et andreas Jacobus et Johannes ut habetur luce 5o. Sed et post
hanc vocationem redierunt ad propria. Tercio autem vocati sunt quando mittebant rethe
in mare ut hic dicitur et marci 1o ita quod post hanc 3am vocationem inseparabiliter christo
adheserunt. Sequitur. Et procedens inde hic est 2a pars principalis in qua describitur primo
vocatio eorum per quos dileccionis numerus est augmentatus. Circa quod describitur primo
dispositio prima 2o operatio vivida ibi Et vocavit eos 3o imitatio expedita ibi
illi autem statim relictis retibus. Circa primum ad primum describitur supple congruentia ad primam
dispositionem quorum primum est per accessus 2m eius aspectus ibi vidit 3m vocandorum
numerus ibi alios duos 4m eorundem nexus scilicet fratres 5m ipsorum vocabulum Jacobum etc.
6m eorum operatio cum zebedeo patre suo 7m operationis refectio reficientes retia sua. Est igitur primum
congruens ad dispositionem primam christi accessus de quo dicitur. Et procedens inde scilicet a loco
in quo vocavit petrum et andream versus locum in quo erant alii vocandi ipsos prove-
niens ad ipsos accedens. Sic enim ipse propter salvandos suos est tamquam sponsus proce-
dens de thalamo suo. ita localiter processit per mundum se exhibendo presentem hijs
qui ipsum sequebantur secundum mysticum autem intelligi potest de ipso dei filio in psalmo. Ego tua etc.
Convenit 2o ad eandem dispositionem christi aspectus de quo dicitur vidit id est promovit seu
approbavit eos futuros discipulos et tamquam sue felicitatis consortes. Convenit 3o ad eandem
vocandorum numerus de quo subditur alios duos binos enim vocavit post discipulos quod binos
post modum misit ante faciem suam propter virtutes supremas potestates. Convenit 4to eorum nexus
cum adiungit fratres ut sicut erant uniti amore suo per naturam ita unirentur vinculo
dilectionis per gratiam. Et si ecclesiam quod est locus amoris et dilectionis haberet primos
fundatores atque predicatores tamquam necesse quod gratie dilectione iuncti sint. simul est de eis
de petro et andrea. Sed attendendum est sicut dicit Crisostomus super math quod locus ecclesie christianorum
dandorum secundum gratiam quod locus veteris et id domus pristinum antiquum edificatur super unitatem
fraternitatis scilicet moysi et aaron pristinum autem novum super duritatem scilicet petri et andree Jacobi
et Johannis. Convenit 5to eorum vocabulum cum subditur Jacobum zebedei scilicet filium et
Johannem fratrem eius Jacobus enim qui interpretatur luctator insinuat dispositionem ipsius
ad tollerandum difficilia que pro fide sumenda oportere oportebat. Sic et ipse primus
inter apostolos pro christo sustinuit passionem ut dicitur Act 12 misit herodes rex manus ut
affligeret quosdam de ecclesia occidit autem Jacobum fratrem Johannis gladio Johannes
autem qui interpretatur in quo est gratia quod illi vero insinuat dispositionem ad capitulum
dignitatem tamen enim non multorum sed divina electione facta est que electio tollit
prevenit quod gratia ut dicitur ia pe Et ad romanos 11 gratia dei sum id quod sum. Convenit
6to ad id operatio de qua subnectitur in navi cum zebedeo patre eorum ubi eorum
laus et dispositio utrumque ostenditur primo quia ex propriis laboribus victum acquire-
bant et dispositio quia satagebant scilicet piscando quod designat navis 2o quia venientes patrem cum eo
intelligebant in precepto decalogi 4o honora patrem et matrem etc. 3o quia poenitus
volebant pompam vitam cum patre ducere servando innocentiam quod ad mundi

quid gloria primo matheus et marcus dicunt binos vocasse primo quidem petrum et andream postea
Jacobum et Johannem cum lucas dicat 5o capitulo [illegible] petri et andree [illegible]
Jacobum et Johannem fuisse vocatos cum [illegible] dixisse noli timere
[illegible] lucas
de [illegible] ut [illegible] a petro [illegible]
ut [illegible] navibus [illegible]
vocasse [illegible] ut marcus et matheus dicunt bini vocati sunt [illegible]
[illegible] navibus [illegible] cura habebant videndi fidei
[illegible] fuit cum

caute ... cives dilectos quorundam artifices patris fratrum ... quieti deo sit vocavit eos ut tali ... quietas dissilis vocatio ...

varietatis confluere. Convertit ultimo ad idem comparando de quo subiungitur reficientes retia sua. Hoc enim est indicium maxime paupertatis, reficiebant enim retia i. reparabant quia unde nova emerent non habebant. Ostenditur autem confirmatur illud quod supra dictum est s. quod Christus elegit infirma mundi ut magis eluceret gloria in operibus virtuosis propter quod dicit Jacobus in canonica sua c. 2o Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo divites in fide. Quod autem dicit Crisostomus super Matheum ad magnam pietatem istorum pertinet, quod in tanta paupertate patrem suum sustinebant ut secum baiularet in navi non ut ipsos adiuvaret in opere sed ut ipsi eum consolarentur praesentia propria. Nec sane parva fuit haec doctrina virtutis filiale omnem tollerare paupertatem de iustis laboribus vitae nutrimentum sibi caritative conecti secundum habere magis patrem atque in eius obsequio laborare. Haec Crisostomus. Ergo quilibet est conmescendus a piscatione et cessandum a praedicatione ut retia reficiat. Si refecisti retia et collegisti auctoritates sacrae scripturae quibus animarum ingulasti conmescas a praedicatione parumper ut iterum reficias quibus aliquem vitiosum hominem capias et manum eius ingules et constringeres. Attendenda est autem hic duplex differentia istorum ad Petrum et Andream. Una quidem quia isti cum patre, illi non dicuntur esse cum patre quo forte carebant. Secunda differentia sequitur duplex genus hominum qui Christum sequuntur. Quidam enim relinquunt mundum et carnem et isti significantur per Petrum et Andream qui relinquunt mare i. seculum et retia i. carnem. Quidam autem relinquunt simul carnem et carnalem affectum et isti significantur per Jacobum et Johannem qui cum patribus eorum patrem quoque carnis affectum adhuc relinquendo eos qui ad haec tendit Christus amonet scriptura dicens in Psalmo Obliviscere populum tuum et domum patris tui, ecce carnis affectus. Alia differentia inter ipsos est quia Petrus et Andreas mittebant rethe in mare cum vocati sunt, Jacobus vero et Johannes reficiebant retia per quod significabatur quod primi altius praedicarent sed non componerent; secundi autem praedicationem clarius quod alter eorum componeret s. Johannes. Deinde cum dicitur Et vocavit eos describitur caritativa invitatio vocantis cum per vocationem habuit quandam vim excitativam et vocavit ad inclinandum cor istorum ad se sequendum, unde potuit quilibet istorum dicere Christo illud Job XIIII vocabis me et ego respondebo tibi. Et nos ad invicem possumus conicere illud Hieremiae ... ecclesia sustentabitur ab amicitie misericordiam vocavit ut sequerentur eum. Semel pariter ... ibidem sequitur Ergo dominus primus et novissimus ego sum. Deinde cum dicitur Illi autem statim relictis describitur invitatio expedita quae conmendatur triplicatur. Primo quia statim fuit sine praemissa cum promittitur Illi autem statim. Nulla enim mora interposita post vocationem obedivit ita quod diceret quilibet istorum Christo dicere illud Hieremiae XXX Ad vocem clamoris tui. Secundo vocante statim ut audierit sonum Venite post me respondebo tibi s. per effectum obedientiae prompte et nondum sit dicit Crisostomus in Omelia Ecce vocatos istos quia obedientia illorum qui praemisit patrem principalibus quibus dicitur Faciam vos fieri piscatores hominum ... relictis retibus et patre, relinquerunt enim affectum piscandi et mare de quo vivebant, nam rethe et patrem ut quod potuit dicere illud Hieremiae XII Reliqui domum meam dimisi hereditatem meam. Ecce mutatio vocationis doctrinam. Cupiditas in amorem animarum fit mare seculum, navis, ecce pisces boni et mali. Hominis In hijs autem datur forma omnibus dominum Christum sequi volentibus, per hoc enim quod Petrus et Andreas Jacobus et Johannes reliquerunt navem et patrem vocatum dominum statim sequi ostenditur nobis quod non voluptas carnalis non cupiditas temporalis nec affectus sanguinis nos retrahere debet a sequela Christi quia perfecti sunt relictis retibus petrorum et navi possessionum et carnis parentibus conquiescunt ad carnalem affectum animo prompto sequuntur eum. In retibus enim et navi et patre tria significantur quae relinquere debent Christi discipuli s. actum peccati

que per retia quasi retinacula seculi mundi que per navim affectio consan-
guinitatis que per patrem potest intelligi. Unde Crisostomus: Tria enim sunt que relin-
quere debet qui venit ad Christum: actus carnales que per retia piscationis signifi-
cantur, substantia mundialis per navem, parentes per patrem. Reliquerunt ergo navem
ut essent ecclesiastice navis gubernatores; reliquerunt retia ut non pisces of-
ferrent ad civitatem terrenam, sed homines ad celestem. Reliquerunt unum patrem
ut spirituales patres omnium fierent. Hec Crisostomus. Et notandum quia de Petro et Andrea
dicitur quod mittebant retia in mare, sed de Johanne et eius fratre dicitur quod reficie-
bant retia sua, quia secundum Crisostomum super Petrus dei sunt mittentes, super Johannem
reficientes, quia Petrus evangelium predicavit et non conposuit, Johannes conposuit et predi-
cavit. Iste sanctus est hic quia primo vocatur actio, deinde contemplatio. Unde
cum tota Petrus actionem significat, que vero circa Johannem contemplationem. Petrus
namque fervidissimus et magis sollicitus aliis, Johannes vero theologus excellentissi-
mus fuit. Item Crisostomus dicit hic: Apostoli relinquentes terrena docuerunt nos quod nemo potest
terrena possidere et ad celestia possidenda pervenire. Hoc est sane intelligendum per amo-
rem sive cum Deo vel contra Deum, nam possessio et usus temporalium non reprobatur
sed abusus. Nam temporalia sunt bonis bona et econtra sunt malis mala, quia sunt
hiis in morte, hiis vero in vita eterna. Sequitur: secuti sunt eum. Hic 3o quod me-
datur quia vita contra concluditur: secuti sunt eum scilicet salvatorem non deceptorem
sed receptorem, non temptatorem sed glorificatorem. Crisostomus: Dicebat quam pretiosa
est anima quam grata apud deum salus ipsius. Quanta miris edificare homines quam glo-
riosum sequi dominum. Dicit primo: Illa magna est fides dominum. Sed queritur quo-
modo isti fratres relicto patre et similiter alii duo relictis omnibus ita secuti sunt dominum.
Dominum quod in domo erat [illegible] dimittens, et ideo sic potuit potius vocare per
vocem, ita potuit intus attrahere per voluntatem suam per inspirationem. Similiter
quare simplices homines primo vocat ad predicationem evangelii. Dicendum quod sicut
a Christo aliquos simplices vocatur ut patet in istis apostolis predictis, ita similiter
aliquos litteratos vocavit a principio ut Nathanaelem et Nicodemum ut
habetur Joh. 1 et 3o. Causa si solos simplices vocasset, credi potuisset quod fuis-
sent ex simplicitate decepti. Verumtamen simplices magis constituit apostolos et predi-
catores evangelii quam litteratos ut fides evangelii magis attribueretur superne divine
quam humane sapientie. Consideranda autem quanta fuit horum quatuor beatorum discipulorum obedientia
qui ad unius iussionis vocem statim relictis retibus et omnibus aliis volunta-
te et proposito terreni primum dominum sunt secuti. In quo ut ait Crisostomus: Sic vel Abra-
he filios comprobavit, quia simili exemplo audita dei voce secuti sunt salvatorem.
Dimiserunt namque statim questum temporalem ut eterna lucra conquirerent. Reli-
querunt patrem terrenum ut patrem celestem haberent. Unde non immerito et elegi
meruerunt. Et utrorumque perpende fidem et obedientiam vocatorum. Nostis autem qua-
liter audivimus quod est piscatio. Et quid in medio ipsius operis constituti
ad illum audissent iubentem nichil distulerunt, nichil omnino cunctati sunt. Non
dixerunt: Revertamur domum, relinquamus proximis seu propinquis, sed cuncta illico
relinquentes secuti sunt. Quod Helizeus quoque sub Helia legitur implesse. Talem
quippe a nobis obedientiam Christus efflagitat ut neque puncto temporis differamus,
si nos aliquid necessarium urgere videatur. Propter quod et alium quendam acce-
dentem ad se ac rogantem et ad sepeliendum patrem redire, ne id quidem
facere permisit ostendens quia Christus cunctis etiam necessariis est preferendus. Hec
Crisostomus. Unde et Gregorius: Audistis quia ad unius iussionis vocem secuti sunt.

redemptore et ad vm domini preceptum hec que possidere inhiabant obliti sunt. Ordo
ergo in iudicio eius dictus fuimus qui vetustatem spiritum contempnimus et ab amore
putrefacti nec preceptis festinemus ut obtentibus emendamus. secundum Gregorium. Recepit sed
aut dominum eius vestigia sequendo eius opera imitando eius virtutes tenendo hec
namque per Christum est ire hoc est Christum sequi. neque enim sufficit sanctos pedibus tantum ire
per eum nisi et mente et dilectione sequimur eum. In hys ergo vii Hylarium docet
inviter Christum sequi et secularis vite sollicitudines et patrie domus consuetudines non
teneri. Et si parva hyi discipuli habuerunt multa tamen reliquerunt omnia in hoc seculo
nil retinere vel amare studuerunt. vii Gregorius. Sed in hac re affectum debes ponere
pensare quam censum. Multum reliquit qui quantumlibet parum totum deseruit. Multum
reliquit qui sibi michil retinuit. multum dimisit qui cum re possessa etiam
concupiscencias renunciat. A sequentibus ergo sed Christum tanta dimissa sunt quanta a non sequen-
tibus concupisci potuerunt. Nemo namque et non solum dominum pensat ut impendit tantum
in eius sacrificio sed quanto offeratur. Estimacionem quippe precii non habet sed tamen tymum di-
vinum valet quam habes. Ante dei oculos numquam est vacua manus a munere si archa cor-
dis impleta est bona voluntate. Nichil quippe offertur deo dicius bona voluntate
secundum Gregorium. Exemplo itaque horum piscatorum et diu ... relinquimus et nos omnia
ad quod hyi hortatur nos Crisostomus dicens. Hec Christus apostolicam vitam despiciat imitari
vix esse non christiane esse discipulus Christi. Unde ut discipulos eius esse disciplinis faciat quod
fecit Petrus quod fecit Jacobus et Johannes. Habebat etiam scandalizantem patrem et
navem et rethe dixit ei Jhesus. venite post me. Abscinduntur oculus et hys sequuntur
Jhesum. Non christi apostolorum imitatores sunt. Non ergo possimus eos imitari nisi fecimus
quod fecerunt apostoli. Nemo ergo christianorum dicat habeo patrem habeo matrem et cetera. pusillo
teneo nomina. Audio tibi habes Jhesum. Quid queris ista que mortua sunt. Quod
habes Jhesum habes patrem et matrem habes filios habes omnem prosperitatem. Quid queris mor-
tuos sequere vivum dimitte mortuos ut sepeliant mortuos suos. Dixit ad eum
unus discipulus. dimitte me ut vadam et sepeliam patrem meum. Non dixit di-
mitte me ut sim cum patre meo. sed dimitte unius hore spacio. Quomodo ei videtur
dominus. Et in una hora patrem potes. vide ne dum mortuos sepelis mortuus ipse mo-
riaris. secundum Crisostomum. De predictis quatuor discipulis a piscacione vocatis sicut dixit Jacobus
mystice autem hec quadriga piscatorum vehimur ad celum. ut Helias hys
quatuor angelis constituuntur prima causa hys quatuor literis hebraicis thetragrama-
ton nomen domini cognoscatur a nobis quibus simili exemplo precipimur ut
audiamus vocem domini vocantis et absumentem ipsum vicarium et domini patrie
nacionis et conversacionis que est stulticia contra deum et rethe avariciarum in
quo nos velud caliatos pena lapsos tenebat aer qui pendet in michili-
navie prius conversacionis abhominantes Symo autem obediens Andreas virilis
Jacobus supplantans gracia Johannes in latinum sonat. quibus quatuor nominibus
in ymagine dei continua obediencia ut audiamus viriliter ut pugnemus supplanta-
cione ut perseveremus gracia et confirmemur. Hec quatuor virtutes cardinales dicuntur
per prudenciam enim obedimus per iusticiam viriliter agimus per temperanciam supple-
tantamus per fortitudinem graciam dei meremur secundum Jacobus. Mystice per mare de-
signatur iste mundus propter amaritudinem et fluctuacionem. Galilea enim quod interpretatur
volubilis sive rota significat mundi volubilitatem et instabilitatem. Ambulat ergo Jhesus
dum ad nos per incarnacionem venit et iuxta mare quia non carne peccati sed similitudine
carnis peccati ex virgine suscepit. Per duos fratres duo populi designantur qui ab
uno deo patre creati sunt quos vidit cum eos misericordie respexit. per
Petrum enim qui interpretatur agnoscens et dicitur Symon id est obediens designatur Iudai-
cus populus qui per legem deum agnovit et preceptis eius aliquando obedivit
per Andream quod interpretatur virilis sive decorus intelligitur gentilis populus qui postquam agni-
tionem dei viriliter in fide permansit. hos populos vocat cum predicatores in
predicacionis officio ... adiungit ... ad audiendum ...
... ad ... ...

per petrum et andream mittentes retia in mare designantur illi qui in prima etate dum de manu
corporis sui mittunt retia carnalis concupiscentie in mare huius seculi qui vocantur adhuc per Jacobum
et Johannem reficientes retia designantur illi qui in sua etate in adversitates venientes adhuc in senectute
qui per zebedeum et navem dicuntur que naves duas ecclesias figurant qui quo conversione tota
qui ex prima vocata et qui omnes fideles etc. fundo deo abscedendo petrum ... fugiens
cedo andreas vel labores paciendo Jacobum vicia supplantando et Johannem ut totus ... gratie
dei ebulit

indumentum incipit dicens Venite post me i. relinquite deceptorem et sequimini tutorem
de utroque autem populo fient sic homines piscatores i. predicatores. Relictis autem navibus
i. carnalibus desideriis et rethibus i. seculi cupiditatibus secuti sunt eum. Per Jacobum
autem intelligitur iudaicus populus qui per cognitionem dei dyabolum supplantavit. Per Johannem
gentilis populus qui sola gratia salvatus est. Zebedeus autem quem relinquunt intelligitur
pater fugitivus sine labes sicut mundus qui transit et dyabolus supponitur qui de celo lap-
sus est. Item quatuor vocati sunt per quos predicatores dei in quatuor mundi partibus
predicandum designabantur. Sed hic possunt esse 3es dubitaciones. Prima utrum solum — Dubia
de gente hebrea apostoli fuerint eligendi. Secunda utrum consanguinei Christi inter se fuerint
eligendi. 3a utrum Christus sequi eum et introitum religionis sit per relinquendus
in necessitate. Ad primam dicendum quod hanc quoque dicunt Augustinus ... de ... — 1
ubi ait quod gens tamen est deputata Christo ad prophetandum illud quod de Christo ventura erat
non tamen quod non etiam a deo ... per Sibillas et vates ipsorum gentilium multa de ipso Christo
sunt dicta et multa in libris eorum leguntur que per nostra sancta religione testimonium
dicunt quod a sanctis angelis vel ab ipsis prophetis ... audire potuerunt, sic et ipsum
Christum in carne presentem demonia tacita sunt confitentur. Tamen quia illa gentis absque Christo
ad prophetandum ad predicandum deputata erat. Unde deus verus qui fecit celum et terram
et omnia que in eis, quo offenso sepe sine hostibus subdebatur nullo de gente illa
prophetas et apostolos habere voluit. Quia autem magis bonum fuit quod deus presentat ecclesie
sue ubique per terras diffuse ut gentes multa quam ... Christi nominis ... ubique
iam dispersa et debellata, ne illa que de Christo per prophetas et apostolos dicta sunt ficte
a nobis putaretur esse composita codices prophetarum et apostolorum de gente eorum ubique por-
tant et sic sicut ut gentes inimica fidei nostre esset testis veritatis nostre. Ad 2am dicendum — 2
quod consanguineus non debet esse causa principalis vocandi aliquem ad dignitatem et honorem
vel beneficium ecclesiasticum quia ecclesiasticum beneficium conferendum est principaliter propter officium ut aliquis
sit sanctitate vite et sufficiencia doctrine quibus verbo et exemplo beneficium ecclesiasticum administrare
ad laudem dei et salutem subditorum valeat. Sed si sit causa annexa et coniuncta huic
principali cause ... non deservit ... sed magis eam prestat et firmat. Licitum est
consanguineos ad ecclesiastica beneficia vocare, immo supposita equali ydoneitate et vita
et sancta magis et citius beneficium conferendum est consanguineo quam non consanguineo. Et propterea
... corda munda et opera bona istorum inter apostolos quos vocavit Christus
consanguineis quia sibi et nostre ... non ... eos ad apostolatum vocare
sed tamen eos vocavit. Christus quod ... dicit super hunc passum quod ... super caritatem frater-
nitatis fundamenta ecclesie posuit ut quasi radicibus caritatis ... sicut hu-
mor ascendit in ramis et hec ut ait super naturalem caritatem ut non solum per gratiam
sed etiam per naturam ipsa caritatis firmior haberetur. Sic enim deus fecit in veteri testamento super
Moysen et Aaron fratres ponens edificacionis initium. Sed quia fundamentum est
gratia novi testamenti quam veteris non per unum populum edificatur super unam fraternitatem sed
vero populum super duas fraternitates Petri et Andree Jacobi et Johannis. Ad 3am — 3
est dicendum quod homo si non est religionem ingressus et professus et tamen instat de quo
tenetur parentibus subvenire quod tamen sit preceptum affirmativum non obligat ad semper et
pro alium non potest subvenire et non instet necessitas maior penitencia sine persone putat
quod in seculo remanere non potest sine periculo corporis et anime vel parentum necessitate pu-
tat quod tamen causa que est inter parentes et ... omnium, cuius ... et consilio indi-
get quibus necessitatibus tenetur ... quam parentum subvencionem. Item omnibus ...
parentes dicendum esse quod tenetur subvenire parentibus necessitatibus et non intrare religionem quia
... ipse deus mandatum fecit de ... honore parentum et subvencione. Et consilium
... de ... omnibus vel de introitu religionis consilium cuius non ...
est cuius precepto in casibus supradictis, de quibus homo precepto stringitur ad subveniendum
parentibus consilium de religionis ingressu non habet locum. Sed postquam homo religionem ingressus

crisos dicit quod illi ut debiles ad medicum venire non poterant ideo studeas medicum
convenit graviter egrotantes quos per singulas regiones que sub eius regimine sunt pastores
reclamat debet convenire sed singulas passiones eorum ut aliquo medicamento in ecclesia refecit

est et professus quia mortuus est iam mundo non obligatur amplius ad curam
impendendam parentibus sicut impotens propter mortem spiritualem sicut esset impotens
fuisset factus ad talem curam impendendam per mortem corporalem ideo dicunt aliqui quod non
peccat nec contra dei preceptum facit religiosus professus remanens in religione parentum
cura pretermissa Alii vero dicunt quod licet professus in religione sit mortuus mundo
negociorum implicatione non tamen preceptorum absolucione immo habita licencia superioris tenetur
subvenire / Sequitur textus
Et circuibat ihesus totam galileam docens in synagogis eorum et predicans evangelium
regni et sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo Et abiit opinio
eius in totam syriam et obtulerunt ei omnes male habentes variis languoribus et tor-
mentis comprehensos et qui demonia habebant et lunaticos et paraliticos et curavit eos
Et secute sunt eum turbe multe de galilea et de decapoli et de ierosolimis et de iudea
et trans iordanem Post apostolorum vocacionem hic ewangelista subdit christi personalem predicacionem
et introducitur primo ut doctor quia docens 2o ut predicator quia predicans 3o
ut medicus quia sanans / doctor virtutum predicator premiorum medicus languorum
dicit ergo Et circuibat ihesus in quo ostenditur eius sollicitudo vel Rabanus exemplo suo prelatos
doctores instruit quam solliciti quam studiosi quam benigni esse debent qui verbum vite aliis
ministrant ut enim non sint negligentes et pigri sed diligentes et studiosi docentur per hoc
quod dicit Et circuibat ihesus ut autem non sint personarum acceptores sed in doctrina omnibus
communes docentur per hoc quod subiungitur totam ut autem non sint carnales nec quere-
rant delicatas perdicaciones docentur per hoc quod additur galileam erat enim galilea
vilis et pauper provincia / ut autem vacui et ociosi invanum non discurrant docentur
per hoc quod subditur docens / ut autem pluribus prodesse studeant et doctrinam sanam non
suspectam habeant monentur per hoc quod sequitur in synagogis ubi plures doctores conve-
niebant / ut autem non errores neque fabulas et mollia sed salutaria predicent docentur
per hoc quod subditur Et predicans evangelium regni id est quod docet venire ad regnum celorum
ergo circuibat dominus excluditur doctorum pigriciam quod dicit totam excluditur personarum
accepcionem quod dicit galileam excluditur delicatam predicacionem / ut autem doctrinam suam
virtutibus commendare studeat et non solum spiritualia sed eciam temporalia subsidia et
quecumque possunt beneficia subditis exhibeant docentur per hoc quod additur Et sanans
omnem languorem et omnem infirmitatem in populo id est in turba pauperum et iudeorum Dicit
ergo predicabat ihesus diligenter quia circuibat generaliter quia totam non carnaliter quia
galileam eminenter / vel sic predicans evangelium regni id est apercionem regni celestis quod non
faciebat doctrina mosayca / Secundum quod dicta est inter docere et predicare / doctrina
doctores docens et predicans docebat enim de preceptis mandatis predicabat de
futuris premiis / glosa dicit hic docens scilicet naturales iusticias castitatem scilicet et humilitatem
et similia predicans evangelium regni ad quod pertinet tercius promissio peccatorum remissio
adopcio / resurreccio / celestis hereditas / angelorum societas Sed contra glosa dicit quod dominus
docebat naturales iusticias puta castitatem humilitatem et de hiis que homo per
se ipsum intelligit non est necessaria doctrina / sed naturales iusticias homo per se ipsum intelligit
ergo etc / Solucio naturalis iusticia non docetur propter manifestacionem sed propter cordis excita-
cionem / sermo dei vivus est et non propter non solum est necessaria doctrina simplicibus
sed eciam prudentibus hiis quidem propter manifestacionem / hiis vero propter mentis ad deum ele-
vacionem / Non erubescat ergo sapiens audire verbum dei / quia si sonet ipso ad intel-
lectum inflamatur tamen cor ipsum ad affectum quia eloquium domini ignitum est vehementer
Ut autem doctrinam suam virtutibus commendare studeat ut non solum spiritualia sed
eciam temporalia subsidia et quecumque possunt beneficia subditis exhibeat docentur per
hoc quod additur Et sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo id est in
turba pauperum et iudeorum Dicit ergo predicabat ihesus diligenter quia circuibat generaliter

virtute sue doctrine legem eius suscepturus [illegible] factum [illegible] [illegible] cavit [illegible]
illi legem [illegible] rex [illegible] qui voce legem [illegible] erat magna [illegible]

[illegible] in mare ascendit [illegible] [illegible] legem [illegible] de duobus miraculorum [illegible]
[illegible] quod dicit [illegible] signum quod predicabat appareret [illegible] [illegible] manifestavit

quia totam non carnaliter quia galileam evidenter quia in synagogis utiliter
quia doctis quo ad virtutes et moralia et predicans evangelium regni quo ad fidem pre-
cepta et misteria credibilia quia sanans omnem languorem dimittentem et omnem infirmitatem
leviorem ut quibus sermo crederetur non sufficit opera persuaderent Non solum docebat
verbo sed et doctrinam suam confirmabat facto scilicet per miracula varia que soli fieri pote-
rant virtute divina vel quod dicitur languorem ad passiones volunt pertinere corporales
Quod autem dicitur infirmitatem ad passiones anime spirituales ut ondatur ipsum conditorem
utriusque, unde tamquam verus medicus omnes morbos et corporis curat infirmitates
hec enim propheta predixerat dicens vere languores nostros ipse tulit et infirmitates nostras
ipse portavit. Unde Crisostomus Ad hoc enim doctor vite et medicus celestis Christus dominus vene-
rat ut magisterio suo homines erudiret ad vitam et egritudines corporis anime quam
celesti medicina curaret et obsessa corpora a dyabolo liberaret et variis infirmitatibus
laborantes revocaret ad vitam et integram sanitatem. Nam valitudines corporum divine
potestatis verbo curabat, cicatrices autem vulnera celestis doctrine medicina sanabat, verus ergo
et perfectus medicus est qui et corpori sanitatem et anime salutem restituit, hec Crisostomus.
hic duo signa fecit quia legem novam introducere voluit. Nam ubicumque legis
cuiusdam introductio fit, signa facere deus assuevit. Ut cum filiis Israel legem daret
voluit signa premisit. Glossa dicit hic curare infirmitatem et languorem non erat magnum
respectu curatis quia perfecti erant mortui, sed ideo factum est ut erigerentur ad
regnum celorum magnum est quod miraculose fit. Salvare non erat magnum respectu curatis
sed magnum tamen respectu curati, vel non erat magnum absolute quia si curabantur tamen mori-
turi erant et fortassis pro peccatis, sed tamen magnum erat respectu egrotantis, vel non erat ma-
gnum respectu eius quod predicabat regnum dei hic resuscitati et curati mortui erant
in regno glorie non sunt. Et abiit opinio posita conclusione primo quo ad vitam
2o quo ad doctrinam, hic 3o subditur eius commendatio quo ad famam ut sic doceat
nos complere verbis et miraculis. Commendatur autem eius fama per duo primo per multitudinem
miraculorum 2o per frequentiam populorum ibi Et secuti sunt eum dicit ergo sic Et abiit opinio
eius id est fama per totam Syriam quia non solum in Iudea sed etiam in provinciis vicinis
abiit eius opinio propter crebra miracula propter quod rex Abgarus qui regnabat ultra
Eufraten flumen magnum scripsit salvatori [illegible] ut habetur in ecclesiastica
faciat in facie ... et cerussa, quarum altera ruborem genarum labiorum
quod vincat alterum candorem colli ... iste non dei est sed velamen ..., qua
fiducia vultu ad celum erigit quam creator non agnoscat. Sed de coniugibus circa quos
peccatum Richardus super quarto Sententiarum dist. xxxii ... dicit: Si intencione coniugali
cum uxore ... non propter bonum prolis aut fidei aut excedit fines matrimonii ita quod
hoc vellet facere etiam si non esset sua uxor et tunc semper est mortale peccatum. Si autem
Aut si sit in actu et habitu intra fines matrimonii sic quod non vellet cognoscere
cum ea si non esset ipsa eius uxor et tunc coniugatus non est mortale peccatum sed venia-
le propter matrimonii honestatem. Sed utrum coniugatus continuare possit sine mortali
peccato vide Richardum dist. xxxii articulo 2o et dicit quod non. Item innuitur ... in ma-
... de ... et magis indecens est eis inmundicia seu macula pruriunt
quemque de carne. ... est quod ipsi sunt ... Canticorum in principio ... languens pro inopia

per inopia magis huius opponit. Sicut glossa dicit apostolus qui sunt maiores ministri christi macula
in oculo maior est nocina quam macula in ceteris membris et per eam deturpet tamen non reddit
eam inutilem, propter eius communem officium pro multis maculatis pedibus recte incedunt macula
enim in oculo eum inutilem reddit. Similiter modicum pulveris visum oculi impedit
Gregorius Neapragus in membro maculam prius concedit oculus quam pulvis generat. 2o quia
sunt in speculum ecclesie laici enim intuentur actus ministrorum unde patet prout dicit
illud 1 Cor 4o Spectaculum facti sumus mundo sicut dicitur de Christo Sapientie 7o cum est
speculum sine macula in possibilitate pro ea ipsi debent esse speculum prius sine macula in
quo prius relucet ipsius imago. si macula fuit in speculo illam videt qui in
eo faciem videre querebat. Sic si macula fuit in ministris ecclesie ad eum respiciet ipsos
et in eo se maculabit. minister ecclesie debet dicere id 1 Cor 11o Estote imitatores
sicut ego Christi. 3o quia sunt vasa electionis regis regum et domini dominancium
modica macula in vaso regis vinum infusum abhominabile reddit et inutile eciam ad
potum regis sicut sapiens in multis propter maculam vite abhominabiles reddit deo et
hominibus. Gregorius Cuius vita despicitur restat ut eius predicacio contempnatur. De isto
vase electionis habetur Actuum 9o vas michi electionis est iste ut portet nomen
meum coram gentibus et regibus et filiis Israel. vasa vero electionis hoc in vasa quia
sunt mutata Osee 8o factus est Israel in nationibus quasi vas immundum Iudei quia
immundum dicebant scilicet causa huius immundicie in magna parte est negligencia custodiendi oris
Numeri 19 vas quod non habuit operculum nec ligaturam desuper immundum erit. 4to
quia habent mundare alios necesse est eos esse mundos Ecclesiastici 34o Ab immundo quis
mundabitur sicut non est calidi frigescere nec frigidi calefacere igitur non mundi immundi mundare
Gregorius Super [illegible] pendebit tergere non vult manus que lutum tenet [illegible] mundati sunt sacerdotes
et levite et mundaverunt populum 1 Machabeorum 4o elegit mundos sacerdotes sine macula voluntatem
habentes in lege dei et mundaverunt sancta. 5o quia ministri sunt altissimi ideo sicut ipse
immaculatus est oportet eos esse immaculatos in psalmo Ero immaculatus cum eo et item
ambulans in via immaculata hic michi ministrabat Ephe 1o elegit nos ut essemus
sancti et immaculati in conspectu eius in caritate. Sicut enim videmus sanctiora sunt calices
et alia vasa ecclesie quam vasa communia Sic ministri ecclesie mundiores debent esse
quam laici Exodi 29no eadem unctione iubetur sanctificari aaron et filii eius et vasa
tabernaculi in [illegible] In quo datur intelligi quod clerici et religiosi debent excellenter esse
mundi et sanctificati unctione spiritus sancti. Et hec in quibus que intrabat unctionem illam
ex qua sanctificabantur sacerdotes unde Exodi 30o sume mirram primam et electam cynamomum
cassiam calamum et oleum olivarum prima igitur species illius unguenti erat mirra prima
et electa sicut illa que sponte fluit et manat ab arbore quod est precipior illa que
manat ex arboribus vel arboris incisione et ista signat penitenciam illam que fit in
iuventute illa que fit in senectute. Nam cito prius concedenda est mirra ut sit prima
[illegible] omnibus sicut corrupta quam facientem vulnerum que mirra prius noluit se
pungere donec toti putruerunt omnibus peccatoris vel viciorum. Secunda species illius unguenti
erat cynamomum quod est cineris coloris et cum frangitur emittit quandam nebulam
spiramenti redolentis et visibilis ut dicit glossa Exodi 30 et signat humilitatem que
debet esse in clericis et religiosis de qua manare debet visibile spiramentum odoris
id est redolencia humilitatis propter bone edificacionis. 3a species erat cassia que crescit in
aquis et signat fidem ecclesie que in aquis sacre scripture crescit in quo intelligitur
quod fides debet inniti scripture non racioni humane quia ut dicit Ambrosius primum fidem sit
piscatoribus creditur non dyalecticis. 4ta species erat calamus. Est enim calamus ut dicit
glossa Exodi 30o arbor aromatica vel crescens iuxta libanum cuius cortex facit
quandam formam et signat in religiosis vel clericis affectionem celestium quod eciam ministerium

talami debet esse aromaticum per devocionem et sonorum per divinam laudem compassionis. Tercia
species est oleum de olivis et significat dulcedinem compassionis que debet precipue studere
in claustris et religiosis quia per actus laudabiles tenerior et passibilior ceteris mobilis
est plurimum in compassione et lacrimabiles pectore. De hoc habemus in xo capitulo qui valde
pronus erit ad lacrimandum. Et que una de celo venit ad claustrum hospita unguenta de
dat tunc oleo leticie. Est sequitur Beati qui deum videbunt. Est quia beato competit in
summo bono et eius fruicione et ipse est causa huius extreme inhitans huic ma-
gna igitur magna puritas oportet videatur requiritur quia actus eius infectis adiecta
est lux que sanis delectabilis est. Est autem triplex visio dei videndo in corde
corporalis spiritualis et eternalis. Prima est in creaturis quia tunc homo considerando per
creaturas mentis visum dirigit in creatorem et tunc cognoscat in creaturarum magnitudine
dei potenciam, in multitudine dei sapienciam, in pulchritudine dei bonitatem. Agnoscimus ad Romanos i
invisibilia dei per ea que facta. Secunda est spiritualis cum deus qui spiritus est visi-
tans per aliqua signa venisse percipitur. Unde Hugo oculus mentis est intelligen-
cia, unde ergo deum dicimus cum eius presenciam per intellectum percipimus aut graciam
dei. Tercia est eternalis quando videbimus eternaliter deum facie ad faciem. De hiis tribus
visionibus simul dicit Hugo. Omnis forma et varietas in rebus creatis non in-
quidem radii divinitatis sunt monstrantes ipsum vere esse a quo sunt, tamen non diffiniunt
quid sit. Sit ergo ex visione ea videndo que sunt aliqua de eo creata ipsum non
videndo satis indubitate cognoscere que oportet ingenium ut imprudentem non fraudet
gratia et negligentem non excusat ignorancia. De secunda visione sequitur in cant-
icis. Item est duplex inspectio eo difficilior a puero quo melior cum deus per
seipsum dignatur visitare animam quamvis enim quia anima dilecta et sancta
non continua sui visione nisi in intimis eius diligendo suscipiat. De tercia dicit
id est quasi super dominum dat sicut facie ad faciem videbitur quod est finale complementum
ad Corinthios xiiio videmus nunc per speculum et in enigmate, tunc autem facie ad
faciem. Unde mundus dicitur mundo corde conspicitur et templum dei non potest esse pollutum.
Si enim cor fuerit mundum a summis cogitationibus totus homo erit mundus ab iniquitatibus.
Ibi enim peccata oriuntur ibi radicantur sicut que ibi susceperit fiunt non est ubi consistat
deus quippe spiritus et ideo non oculo carnis sed oculo cordis et mentis tantum videri
potest. Et sicut oculum carnis oportet esse purum et mundum ut solem possit videre sic
longe plus oportet oculum cordis mundum esse ut possit deum qui lucem inhabitat
inaccessibilem videre, quia in eo omnis sufficiencia nostra completur et finis desiderio-
rum nostrorum habetur qui solis mundis corde debetur. Unde Augustinus hic est finis amoris
nostri quidquid bene agimus quidquid laudabiliter estuamus quidquid inculpabiliter desi-
deramus ad dei visionem tunc venit plus non requirimus. Unde deum volumus videre
unde quod dictum est Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt hoc parat unde vi-
deatis non enim corde non mundo videre permitteris quod non videtur nisi corde mundo
unde et Ambrosius Emunda cor tuum omnes pollutas cogitationes de corde tuo
abice. Michael sit quo tamen insunt affectus simplex mens pura sinceritas
sit Talibus se dominus eo voluntu corporis deposuerit demonstrare dignatur. Sed
Ambrosius In mundo gentes corde qui in sordibus fuerunt sunt adhuc sordescunt. Beati
autem mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. In presenti per fidem et in futuro per
spem. In presenti familiarius in futuro gloriosius. Hic est quod si aliquis eripuit se
a malis ut bona faciat tamen hic deum videt aut minus aut amplius et quanto
in dies maior tanto visio potencior et clarior. De hoc Crisostomus sic dicit Omnem
iusticiam facit et cogitat mente pura deum videt quoniam iusticia figura dei est
deus enim iusticia est. Secundum ergo quod aliquis eripuit se a malis et facit bona tamen
sic videt deum aut parum aut amplius aut modicum aut secundum possibilitatem
humanam in seculo aut illo. Mundi corde deum videbunt facie ad faciem in speculo
non

et in enigmate. In enigmate sicut hic dicit Crisostomus. Audiamus ergo nos nunc solide ab
operibus prauis recedentes et cogitacionibus inmundis ut deum mereamur uidere in celis. Tercia
racio quam dicit Richardus de sancto Victore. Mundo corde sunt illi qui nec puluere inutilium cogitacionum
nec luto fedantur praue delectacionis. Mundo corde sunt quos non tegit nebula tenebre
ignorancie nec corrumpit sordes fede concupiscencie. Mundus ergo corde mundatur ab omni ignorancia
per inspeccionem ueritatis et ab omni praua concupiscencia per amorem uirtutis ut mereamur deum uidere
in gloria regni celestis. Hec Richardus. Sed hic queritur utrum in hac vita homo possit
deum uidere. Ad hoc est dicendum quod deum posse uideri in hac vita tripliciter potest intelligi. Primo
uisione corporali, et sic nec in hac vita nec in futura vita. Tamen uisione secundum puram
dignitatem uideri potest. Unde dicit Augustinus in libro de sermone domini: Quam stulti sunt homines qui
deum exterioribus oculis uidere querunt cum non nisi mundo corde uideatur sicut scriptum est
in simplicitate cordis querite illum. Secundo uisione spirituali et intellectuali uidendo tamen
speciebus corporis et uiuendo ista vita animali et corporali. Et nec sic in hac vita deus
uideri potest. Unde dicit Augustinus super Genesim exponens illud Exodi XXXIII: Non uidebit me homo
et uiuet, quod nisi quisquis ab hac vita quidem moriatur siue omnino exiens de corpore
siue ita auersus et alienatus a carnalibus sensibus ut merito nesciat sicut apostolus dicit utrum
sit in corpore uel extra corpus, in illam sublimem uisionem non rapiatur. Tercio modo potest
intelligi quod uideatur uisione intellectuali non tamen uidendo speciebus carnis. Et racio Augustini
in libro predicto apostolo Paulo doctori gencium rapto usque ad excellentissimam uisionem
demonstrauit deus demonstrauit vitam in qua post hanc vitam uiuendum est in eternum et
secundum dicit esse concessum Moysi doctori iudeorum. Isto ergo modo deus in hac vita potest uideri.
Sed dubitatur utrum donum intellectus conueniat sexte beatitudini. Respondetur quod non, dicit Augustinus de m
in sermone domini in monte: Sexto operacio spiritus sancti que est intellectus conuenit mundis corde
qui purgato oculo possunt uidere. Sicut enim mundicia cordis ad intelligendum, sic puritas et
claritas pupille facit ad uisionem oculi, et mundicia speculi ad speculacionem faciei,
et mundicia uasis ad hoc ut preciosus liquor ei infundatur. Et glossa dicit: Opus intelli
gencie conuenit cordi mundo aptatur, quod intellectus mentis oculus est et completus mandatorum dei
aperit intellectum. Et beatus Thomas 2a 2e q. VIII articulo VII dicit quod in sexta beatitudine ponitur
in aliis duo continentur: unum per modum meriti scilicet mundicia cordis, et alia per modum
premii scilicet uisio dei ut supra dictum est. Et utraque pertinet aliquo modo ad donum intel
lectus. Est enim duplex mundicia. Una quidem preambula et dispositiua ad dei uisionem
que est depuracio affectus ab inordinatis affeccionibus. Et hec quidem mundicia cordis
fit per uirtutes et dona que pertinent ad uim appetitiuam. Alia uero mundicia cordis
est que est quasi completiua respectu uisionis diuine. Et hec quidem mundicia mentis
depurata a fantasmatibus et erroribus ut scilicet ea que de deo proponuntur non accipiantur
per modum corporalium fantasmatum nec secundum hereticas peruersitates. Et hanc mundiciam facit
donum intellectus. Similiter autem duplex est uisio. Una quidem perfecta per quam uidetur
dei essencia. Alia uero imperfecta per quam et si non uideamus de deo quid est, uidemus
tamen quid non est. Et tanto in hac vita deum perfectius cognoscimus quanto magis intelli
gimus eum excedere quidquid intellectu et utraque ~~comprehenditur~~ dei uisio pertinet ad donum
intellectus. Prima quidem ad donum intellectus consummatum secundum quod erit in patria. Secunda uero ad donum
intellectus inchoatum secundum quod habetur in via. Et hanc mundiciam impetrat illa peticio
Adueniat regnum tuum, id est da nobis spiritum intelligencie quo mundati corde ut uideamus te
regnare in nobis. Et quod sufflat uentum gule. Septima beatitudo: Beati pacifici quoniam filii pacifici
dei uocabuntur. Hec post viam beatitudo que est patris et ... et conuenit
... loco ponitur, quia in sabbato septime etatis plenarie dabitur pax sanctis
... super ... unde ... post mundiciam recipitur pax quia ad gaudium pacis quod
purgatus et mundus est dicitur, et nemini in longa uoluntate pax intrat ... dicit
... pacifica ... ab omni ... peti ne dissensiones ...

qui affectu tuo procedunt a te pace inquinis ut sic pace aliis faciat. dicitur ergo beati pacifici
et non dicitur beati pacati, quia est proprium ad eorum beatitudinem que est [illegible], sed dicitur pacifici
qui scilicet in penetralibus pace faciunt seu faciant et quidquid pravae cogitationis loqu-
tionis operis vel deprehendunt, potenter expellunt, nec aliquid tractationis in suo dominatori
regno permittunt. et si quid eis adversum occurrit, pacem pia tamen sinunt, et cuncta cum
corde suo tranquillitate mediantur. deinceps non in se tamen pacem custodiunt, verum etiam
alios discordantes ad unitatem pacis reducunt. item et ipsi pacifici faciendo refor-
mando conservando sive in se sive in aliis inviolant. nam teste Iohanne pacifici hi
dicuntur illi qui primum in corde suo, deinde inter fratres dissidentes faciunt pacem, deinde eam
condescendunt alios pacificare. et in tua anima sunt bella vitiorum. et nomen pax
est status vitae in quo est delectatio in deo sine contradictione carnis [illegible]
de hac pace dicit Leo papa: vera pax est a dei voluntate non dividi et in his que
voluntas dei sunt delectari. est tamen pax duplex, scilicet bona et mala. pax mala est
triplex, scilicet inordinata, simulata, iniquitata. inordinata est cum superior obedit inferiori
ut vir feminaliter, vel prelatus subditis subiectus esse voluit. propter hanc monet Xenia et obitum sus-
tinet non potest pro femina cum regina accepit. eandem pacem non decet feminam donari plura.
pax ista deletae est quia guerra hanc pacem fecit Adam, potius obediens
uxori quam deo. Genesis iii° quia audisti vocem uxoris tue terra maledicta in opere.
pax simulata fuit pax inde Luce xxii° Iuda osculo filium hominis tradis. et in
Regum xx° dixit Ioab ad Amasam: salve mi frater, et tenens manu dextera mentum Amasae
se percussit eum in latere et effudit intestina eius. Ieremias ix° loquitur pacem cum proximo
suo, mala autem in cordibus eorum. Ieremias xi: in ore suo pacem cum amico suo loquitur
et occulte ponit insidias. pax iniquitata est eorum qui sunt in malo concordes ut Pilatus
et Herodes in morte Christi pacificati sunt Luce xxiii°. contra hoc Christus: Nolite arbitrari quod
venerim pacem in terram mittere sed gladium, Gregorius in iii parte more sic ergo nostra
solet si unitas deest bonis ita perniciosum est si non deest malis. sicut perversos
quippe unitas corroborat dum concordat et tanto magis incorrigibiles quanto una-
nimes fiunt. bona autem pax est triplex scilicet temporis, pectoris et eternitatis. de prima legitur
iiii Regum xx° pax et veritas in diebus meis. de secunda Iohannis xiiii pacem relinquo vobis.
de tertia Ysaie xxxii: sedebit populus meus in pulchritudine pacis. item triplex est pax.
prima est hominis ad seipsum que tollit omnem anxietatem mentis. de qua legitur: unde
Augustinus de sermone domini in monte dicit: pacifici in seipsis sunt qui omnes motus animi sui
componunt et subiciunt rationi, carnales concupiscentias habent edomitas. sic fiunt regnum
dei, in quo ita ordinata sunt omnia ut quod est in homine precipuum et excellens
imperet ceteris reluctantibus que sunt nobis et bestiis communia. et quod emicat et vir hominis
subiciatur superiori scilicet potentiori quod ipsa veritas filius non est in inferioribus imperare
potest nisi superioribus subiciatur. et hoc est que datur in terra pax hominibus bone voluntatis.
hec ille. secunda est pax hominis ad proximum ad Romanos xii: si fieri potest quod ex vobis
est cum hominibus omnibus pacem habentes. tertia est pax hominis ad deum que con-
sistit in vera fide ad Romanos v. in principio: iustificati ex fide pacem habemus ad deum.
Iohannes: pacifici dicuntur qui primo in corde suo, deinde inter dissidentes faciunt pacem quia
in talibus hominibus illud quod est in eis precipuum et excellens imperat potentiis inferio-
ribus et reluctationibus earundem que sunt nobis communes et bestiis et hoc ipso impe-
rantes subiciuntur deo quia non nisi potest imperare debite pravis motibus nisi ipsa subiciatur
deo. beati ergo sunt pacifici qui pace gaudent inter se et quia se inimicos reconciliat.
et dicit hic Crisostomus super Mattheum: etiam multi sunt qui alios inimicos libenter in pace
reconciliant et cum ipsi prius inimicos ex corde minime reconciliant. tales allusores sunt
pacis et non amatores. pax enim illa bona est que in corde posita est non in
verbis. vis agnoscere vere pacificum audi prophetam dicentem: cohibe linguam tuam

[Left margin:] ideo dicitur ... unanimes fiunt ... pacis ... [illegible]
[Right margin:] ista pax ... deserta ... [illegible]

a malo et labia tua ne loquantur dolum et lingwa tua malum non dicat sermo
quia sicut ignis de modica scintilla magnum conflat incendium ita et sermo malus
de leui occasione magnum producit incendium. Illius labia loquuntur dolum qui pacem
portat in labiis et maliciam seruat in corde. Et ita nec dicas de aliquo ille michi
per iniuriam fecit et ideo me prius debet rogare. gloriosior es tu si prior nocenti pacem quesieris
quam si nocens. Unde ergo pacem quos inuenies primum pacis et ille qui prius inuitati
na ad pacis deprecationem secunda. certe plura. Secundum est naturale desiderium pacis quod inest 1
omnibus. Dicente Augustino super psalmum. de ciuitate dei. sicut nemo est qui gaudere nolit ita nemo
est qui pacem habere nolit. Nam quando et ipsi qui bella volunt nichil aliud quam vincere
volunt. Ad gloriosam ergo pacem bellando cupiunt peruenire. Nam quid est aliud victoria
nisi subiectos repugnancium. quod cum factum fuerit pax erit. Idem in eodem. Superbia
peruerse imitatur deum. odit namque cum sociis equalitatem sub ipso sed imponere vult sociis
dominacionem suam pro illo. Odit ergo iustam pacem dei et amat iniquam pacem suam. non
amare tamen qualemcumque pacem nullo modo potest. nullum quippe vicium ita contra naturam est 2
ut naturae deleat extrema vestigia. Tercium est quia tranquille videri facit aqua turbata
non reddit ymagines ut ait Gregorius. Si cor turbatum tranquille non videt. In vitis patrum
Tres studiosi diligentes se facti sunt monachi. quorum unus elegit litigantes ad
pacem reducere. alius visitare infirmos. tercius abiit quiescere in solitudine. Primus
laborans circa lites hominum non valens omnes sedare tedio victus venit ad eum qui serui-
bat infirmis et inuenit eum animo deficientem. qui de communi consensu abierunt tercium
videre in heremo dicentes ei tribulaciones suas et rogantes ut eis diceret statim sumens
qui vetus paululum misit aquam in ciphum dicens eis Attendite in aquam et
erat turbulenta et post modicum dixit eis attendite quam limpida facta est. et cum
intenderent in eam viderunt vultus suos tamquam in speculo. et tunc dixit eis sic est qui
in medio hominum consistit non cum videt peccata sua. cum autem quiescit et maxime in
solitudine tunc peccata sua considerat. Quartum est quia deus intimum tanti emit pacem 3
unde Christus pro pace loquitur pro qua passus est et pro qua transfixus et se-
pultus est. quam nobis pro omni tempore hereditatem reliquit. Voluit enim dei filius
mori ut nos reconciliaret deo patri. Voluit mundum contingere. cum foret vix cum summa
nua ut pax in mundo reformaretur. Et hoc patet per officia que sunt in mundo
prius quam susciperet unde dicit Hugo tractatus de pace ibi consurgit potestas carnem
statim gladium et bellum ibi. i. in mundo quam nobis susciperet vel in carne consur-
git quamquam pacis gratia. et pax tamen pluris gratia. bella lites tumultus inquietudines
et molestias. pacifica ergo sunt qui bellis sopiendis litibus dirimendis tumul-
tibus sedandis inquietudinibus quietandis molestiis mitigandis inuigilat
Christus autem veniens in carne sopiuit bella que in mundo erant unde per ipsum
de tempore natiuitatis eius dictum est Ysaie ii. capitulo Conflabunt gladios suos
in vomeres et lanceas suas in falces. Item inimiciciam que erat inter nos et deum
prorsus diremit. ad Colossenses i. placuit deo per filium reconciliare omnia in ipso paci-
ficans. Item tumultus ipse sedauit verbo opere et facto. quia corda iudeorum et sermo
ne apperuit sicut omnes corda tenderet Ysaie lxiii. Item inquietudinem quietare venit
Iohannis xiiii et xv Manete in me et ego in vobis. Unde quia in mundo pressuram
habetis in me autem pacem. Et vere in ipso est vera quies unde Augustinus libro
confessionum Inquietum est cor meum donec quiescat in te domine. Item molestias tam
corporales quam spirituales mitigare venit dominus. et ideo crucis signum fit mediante

oleo in baptizatis confirmatis et ordinatis et in principibus honore regio sublimatis
ad innuendum quod omnes cruciatus et penalitates per sanctam passionem mitigantur et
dulcorantur. Unde Bern. super cantica vident nostras passiones qui non vident nostras unctio-
nes. Et quia hii qui sunt perfecte pacifici invigilant merito filii dei sunt et voca-
buntur quia sunt similes patri suo, hii sunt qui sunt tabernaculum domini qui preparant ei lectum
meus enim paratum est lectus domini unde ps. In pace factus est locus eius. Octavo
8 debemus nos movere ad pacem multiplex exortacio et monitio nobis facta ad pacem mo-
nuit nos multitudo angelorum nato domino dicens Et in terra pax hominibus bone voluntatis
Luc. 2o. ad pacem monuit nos Christus qui mittens apostolos suos ad predicandum dicens
Math. x. In intrantes domum salutate eam dicentes pax huic domui. et luc. x.
dictum est apostolis In quamcumque domum intraveritis dicite pax huic domui. Et pacem
Christus aliquociens dedit discipulis ante passionem et post Johannis xiiii et xx ad
designandum quod ante resurrectionem et post pacem habere possumus si gratia dei in nobis
manserit et si per peccatum mortale recessit per penitenciam redire possumus ad gratiam et ad
pacem. Et apostolus monet nos ad pacem ad Ro. xiiii que pacis sunt sectemur
Et xii capitulo si fieri potest quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes
7 non vos ipsos defendentes karissimi sed date locum ire. Nono debemus nos movere ad
pacem orationes sanctorum pro pace facte et optamina pacis. Num. vi capitulo si Con-
vertat deus vultum suum ad te et det tibi pacem. ps. Rogate que ad pacem sunt
ierusalem. Et b. paulus qui in singulis epistolis pacem optat hiis quibus scribit ut patet in
omnibus epistolis suis in quibus primo capitulo ponit. gratia vobis et pax. Preterea ad
hebreos quibus in fine optat pacem et non sine misterio, quod iudei in fine
iudei qui tunc remanebunt pacem pectoris habebunt. Et ad pacem habendam requiritur confor-
mitas voluntatis nostre cum divina voluntate quia sicut ille qui est in guerra cum
mittitur regi resistere qui non potest aliquatenus prevalere. Sic continua pace gaudet qui
voluntatem suam voluntati divine per omnia studuit conformare. unde Job ix. quis restitit
ei et pacem habuit q.d. nullus. viii. patet quod male viventes pacem habere non possunt probatur
Prov. xvi. capitulo Cum placuerint domino vie hominis, inimicos quoque eius convertet ad pacem
ys. lvii. capitulo Non est pax impiis dicit dominus deus. Et ideo dicit Crisostomus pax vera est
illis qui numquam non habent. anima nostra gladium evaginatum tenet super caput. Et qui
in domo sue consciencie tamen habent necessaria sive sint bona sive mala. Sic enim bonis
bona et mala cooperantur in bonum ita et malis bona cooperantur in malum
quomodo ille pacem habet qui iacet et dormit contra pectore in sinibus viperarum qui in
consciencia sua semper habet vermem ipsum corrodentem quem omnes dyaboli contra portant qui contra
7 iacet in insidiis quas nec nullus nullum adhereret. Item ad pacem habendam
requiritur contemptus terrenorum vel saltem non fervens sollicitudo in eisdem. Non enim
ille potest habere veram pacem qui contra sequitur illud quod se non potest cum eum apprehen-
dit umbram et sequitur ventum. Sic qui attendit ad divicias. Et ideo hic concludimus
dicit Greg. Dum quietius quod nichil in hoc mundo appetere. quid laboriosius quam
in desideriis terrenorum estuare. Decimo quo ergo voluit nos habere pacem quia pacem
reliquit nobis in testamento dicens pacem relinquo vobis Joh. xiiii. ideo dan-
do nobis pacem voluit nos q. filia[illegible] sancti [illegible], non est ergo heres Christi
No qui pacem sibi in testamento relictam non habet. Et non quod plures sunt cause propter
quas inter homines non est pax vera quia non puniuntur malefacta. Eccl. viii.
quia sine mora non profertur contra malos sententia absque ullo timore filii hominum
perpetrant mala. Secunda est habundancia temporalium. Genes. xiii. facta est rixa
inter pastores abraham et loth propter multitudinem ovium. 3a quia non comparantur servi
Christi in pugna contra demones ad Ephe. vi. Nolite locum dare dyabolo. Nec

Quinta quia non considerauimus dampna guerre in quibus diuitias corporis et anime perdimus Bernardus libro 2 conformatur. Credit in forte et ambo cadunt. Sexta quia non considerauimus dubium et euentum belli prouerbia regum xxii. Varius est euentus belli. Sexta quia non seruauimus precepta domini nec dominus saluus. Bernardus libro iii. Utinam attendisses mandata sancta fuisset sicut flumine pax tua. Quia filii dei vocabuntur quia adimitati et conformitate quia sicut se re pacificat filius dei imitatur. 2° filii dei imitatores dei incuntur et dei filii vocabuntur et conformitate pax unit adepti v° 2 pacem faciendo fecit in se lege ...

Unde dicitur ad Ephesios: Non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem quia non solum decimas xvi q. i Reuertimini. Quod dominus precepto vult quod non accepit propter tollit fiscus xvi q. vii. Maiores et has et alias causas nota Iohannis Crisostomi de glo. ordine de sen et vi in dei apostolo li vii super verbo pace. Et sequitur Quoniam filii dei vocabuntur. Crisostomus Quia enim nec litigat neque odiunt alios sed litigantes congregat hic autem fuit opus unigeniti filii dei congregare dispersa et pacificare litigantes. Et ideo filii dei vocati sunt. Ideo hic faciens quod ille fecit merito filius dei debet nominari et maiori dignitate censetur huius constituto pacifica. Quia filius in domo regia summum habetur. Unde dicit Richardus: Filiorum honor et inter homines exaltatio et audacia leta de paterna nobilitate. Ut sepe nomine filii procerum quos inclitos cognouimus et alias se gaudeat tempore origine a quibus fuit consequi nominari. At vero plerique se denegauerunt si vale veret non obiecto mediato filios esse ignobilium cum sic in sublime se tollat humanum animus. Cum ymmus confirmari aspirans. Ergo primi totius generis humani parentes quamquam corpore non corrupti, mortales non mortui, fecit fuisset nobiles et cognomine se nati, fecit fuit degeneres ex peccato rebelles deo, totius humani generis fecit fuit cum proditores quorum futurum caueant genitores quorum de merito in omnes tristissima dampnata propago ut humanum genus tales se doleat habuisse parentes quos sensus habuit proditores ymmo perditores. Sed inmensi paternitatis que in omnibus abundat dei filius voluit relenare ut possint in alia filiatione sub alia specie, non transducione sed infusione gratie, non in merito nec actionis sed adoptione virtutis. Et talis fit filiatio non nec naturalis conditionis sed adopcionis et pacis. Set inestimabilis et alte impignatur humana natura cum in diuinam filiationem per adoptionem tempore atque inuitatur et transfert cum salutari. Dicit ergo: Pacifici et sic filii dei vocabuntur qui pacem diligunt. Sic vocatur filii dyaboli qui discor- diam querunt. Cesarius libro quarto sic dicitur: Si dei vocantur filii qui pacem diligunt procul dubio Sathane sunt filii qui confundunt. Omni igitur vult homo sincere in suo corde hospitem pacem diligat et inuidiam pacis que est inimica a se repellat et concludat. Quia sicut in cordibus pacificis Christus requiescere cupit sic inuidos et iniquitates omnibus modis execratur. De talibus autem hominibus videlicet pacificis et ad inuidiam petentibus Effrem abbas sic dicit: Deum cum contemplatur pacem in mentis sue hospicio mansionem parat Christo quia Christus pax est et in pace requiescere cupit. Virorum autem inuidorum omnibus modis execratur. Vir pacificus in tranquillitate semper est. Inuidus autem plus est in mari quod iactatur fluctibus. Homo pacificus firmiter possidet mentem. Inuidus autem in perturbatione est semper. Deum secura pace tutus est undique. Ac inimicus inuidus ut lupus rapax insanit. Homo pacificus est qui vitis dulces fructus carpit. Ope inuidi autem opus in amaritudine ac iniuria detinetur. Et quoniam pacificus gaudet in domino letatur. Cum inuidus tabescens ad nichilum redditur. Ex abundancia leticie pacificus homo demonstrat et ex vultu marcidus furore plenus inuidus monstratur. Pacificus homo consortem angelorum inhabitat. Inuidus autem participes demonum efficitur. Et post pax secreta mentis illuminat ista inuidia oculta cordis obtegit. Pax enim effugat et perturbat omnem discordiam. Inuidia autem iracundiam cumulat. Certe ergo filii desiderabile nomen pacis ut fructus pacis acquirere possis et exterere inuidiam ne malorum fructibus repleatis. Hec Effrem abbas. Christus igitur desiderat esse de numero filiorum dei necesse est ut per vitiorum ac malarum cogitacionum expulsione cordis pacem et tranquillitatem in se confirmet ac custodiat. Et proximis suis eciam sibi aduersantibus se pacificum ac benignum exhibeat ut hereditatem filiis repromissam possidere valeat. De huiusmodi pacificis Richardus de sancto Victore dicit: Pacifici sunt qui in semetipsis

pace facere et custodire volunt qui vicia abiiciunt et virtutes erigunt
quidquid in se prave cogitacionis locucionis operis vel depreh[e]nderint perimunt et
potenter expellunt nec aliquas perturbaciones in regno sue dominacionis esse permittunt
Et si quid eis contingerit pacem tamen vera firmiter et arcta cum corde suo tranquillitate
inducunt / pacifici sunt qui tam eis a malis mala inferunt et mala minime retribuunt
Sed cum hys qui oderunt pacem sunt pacifici / pacifici sunt qui non in se tamen pacem custo-
diunt verum eciam et alios discordantes ad vnitatem pacis reducunt Isti filii dei
vocabuntur quia deus simul pax est et omnia cum tranquillitate inducit Et filii dei fiunt
per g[raciam] Richardus Item dubitatur vtrum in hac vita homo possit habere perfectam pacem Ad hoc
videtur quod in homine potest esse duplex pax / prima intrinseca / secunda extrinseca / pax vero extrinseca
que consistit in reconciliatione inimicorum in oblivione iniuriarum et malorum in concordatione
litigancium et in reduccione se admiuicem odiencium in hac vita perfectius viris
concedere potest Et tamen pacem perfectam scilicet viri in hac vita habere possunt vnde dicitur
quod Ideo pacifici ad alios extrinsecus sunt qui inimicos reconciliant et inimici sunt mini-
strarum et malorum litigatores concordant odientes adinvicem reddunt / qui merito filii
dei vocabuntur quia vnigenito filio dei hoc sunt opus congregare dispersa et pacificare
contra se pugnancia Sed pax intrinseca est que consistit in omnibus motibus potenciarum
concupiscibilis hec perfecte subiectas racioni Et omnes carnales motus corporis et carnis
concupiscencias habere perfecte edomitas vt nulla sit rebellio vel reluctancia carnis ad spiritum
et Augustinus in libro de sermone domini In hac vita compleri potest sicut credimus esse completam
in apostolis Sed postmodum idem Augustinus in libro retractacionum hoc revocat vbi expresse dicit
nulli vmquam convenire potest in hac vita vt lex repugnans menti legi eius non sit ita
in membris Sed in futuro hoc pacifica aguntur domando concupiscenciam vt ad pacem plenissimam
quandoque veniat de qua scriptum est in Ysa. Sedebit populus meus in pulcritudine pacis
et in tabernaculis fiducie et in requie opulenta Secundo dubitatur vtrum donum sapiencie
conueniat virtuti beatitudinis Ricardus dicit quod nam dicit Augustinus in libro de sermone domini in monte quod
sapiencia convenit pacificis in quibus nullus motus est rebellis Sed abtemperans racioni / quod
cum pacem fecerint quasi lectum deo preparant locum scilicet quietis psalmus In pace dormiam et
requiescam Inde ipsi sunt quasi tabernaculum dei et scientiam et consilia sapiencie eis reve-
latur per amicos paraclitus clarius videtur vt patet supra omnium est per eorum de anima capitulo 38.
Sapiencia scribe in tempore vacuitatis id est vacacionis et quietis Sed dicitur in psalmo vacate et videte
dominum subditur videte quoniam suauis est dominus / hanc impetrat illa peticio Sanctificetur
nomen tuum id est det nobis sapiencia quo et filii tui nominemur et simus Et expressiva
spiritus lumine hanc autem beatitudo congrue est expressa et placarum qui debet iniuste et inquisite
reformacionem pacis ergo sancti Martini qui cum mente pura visitatur quandoque caliam
incipiens primus pacem reformare Iste autem quatuor hominem ordinat et informat per
eius mentes iustum informat et ordinat animam corporalem continua comparacione inmensam
incapabilem concordia cordis per donum intellectus illustrat venerabilem Sed pax omnes
quietat et pacificat psalmus Qui posuit fines tuos pacem / prime tres exprimunt ve-
terem hominem / quatuor sequentes induunt novum hominem qui secundum deum creatus est in iusticia
et sanctitate veritatis Ad Collossenses in. Unde perfecte hoc doctrina ordinata est in primis tribus
ea[m] sibi ipsi reconciliatur Nam paupertas fratres / mansuetudine proximis sibi vendicat
luctu peccata lavat In duabus sequentibus reconciliatur proximo per iusticiam et misericordiam
In septima scilicet mundicia se deo vnit Sed septima scilicet pace alios tamquam in gratiam
receptus reconciliat Item hee septem virtutes signantur per candelabrum in quo
erant septem brachia septem lucerne / septem infusoria Et hec sibi invicem subse-
quencia Sic hic distinguntur septem peticiones oracionis dominice septem dona

et propter virtutes que dicuntur beatitudines quibus ad beatitudinem eternam pervenitur Sequitur Beati qui
persecucionem paciuntur propter iusticiam quoniam ipsorum est regnum celorum Octaua et distincta beatitudo
penes agere hec ultimatur penes pati nam sicut beatitudo prima distinguitur penes animam
et ancillam Sic beatitudo vie que est ymago eiusdem et similitudo illius. Nam beatitudines
que consistunt in perfectione actionis correspondent primum anime. Sunt vero que consistunt in
perfectione passionis non solum correspondent primum anime. sed eciam ancille. postquam autem octaua
ita habet beatitudinem post omnes generalem secundo specialem contra ea ad duplos sermone ibi Beati
estis cum maledixerint vobis. Ponuntur duo que faciunt martirem scilicet pena et passione
et causa iniusta. Et hec beatitudo sequitur immediate pacem quia habita pace et tranquillitate cordis
per victoriam viciorum et celestium delectacionem habilior est homo et expedicior ad susti-
nendas persecuciones a proximis illatas Nam cor bene pacificatum a cupiditate rerum tempora-
lium et ambicione mundanarum dignitatum non valde perturbatur si a pravis hominibus tam in
dampno rerum quam eciam in verbis contumeliosis aliquam iniuriam paciatur quia qui gloriam
mundi non querit nec contumeliam pertimescit et ideo persecucionem paciatur sustinet propter
iusticiam Et ideo Beati qui persecucionem paciuntur propter iusticiam Ne aliquis credat quod semper
sibi querere pacem esset bonum et forte quis quereret pacem et amplecteretur accidiam
ideo sequitur hec octaua beatitudo et dicit propter iusticiam. i. propter veritatem propter proximum propter
aliorum defensionem et generaliter propter quamcumque virtutem quia iusticia per omnem virtutem poni-
tur venit hic omnibus Et hec beatitudo singulariter attribuitur sanctis martiribus qui propter diversa
genera tormentorum propter fidem Christi adepti sunt premia eterna. Et hec beatitudo est quedam summa
aliarum beatitudinum quia explicat apparet quibus sicut summus in principio antitate lucem et
quia propter veram persecucionem quamcumque illatam propter iusticiam deferit aliquid predictorum ideo
addit ultime beatitudinem premium prime Et non quod hec tantum implicatur que faciunt martirem
pena in passione et causa iniusticia proveniens in persecucione. Dicit ergo Beati
non tamen semper qui bona operantur de quibus dictum est. sed eciam qui bene paciuntur non
propter scelera ut malefici heretici latrones j petri iiij Nemo vestrum paciatur quasi homi-
cida et fur aut maleficus sed propter iusticiam defendendam ut machabei qui zelati
sunt legem et statum omnium iurium et templi Unde mathatias dixit Omnis qui
zelum habet legis statuens testamentum exeat post me j macha 2o Et propter iusticiam
annunciandam ut Jeremias passus est eciam persecuciones Item propter iusticiam predicandam
et confirmandam ut Johannes baptista qui propter primum predicavit penitenciam in deserto Math
iijo penitenciam agite appropinquabit etc. Et propter secundum predicavit contra herodem corripiens
ipsum de adulterio dicens non licet tibi habere uxorem fratris tui Cum concordat Crisho-
stomus de tempore que facit martirem sicut inquit Ea non est aspiciendum ad ipsos
persecutores sed tantum ad causam propter quam inferuntur persecuciones Unde si quis paciatur perse-
cucionem ab ydolatra pro eo quod non vult ydola colere vel ab heretico pro eo quod non vult
eorum erroribus consentire aut a quibuscumque peccatoribus qui videntur esse xpiani pro eo quod
ipse de peccatis eorum eos corripit sicut Johannes herodem beatus est et martir martir
sed quia Johannes baptista non propter gentilitatem nec propter heresim interfectus est sed quia
corripiebat herodem propter adulterium eius Sic omnes prophete necati a gentilibus regibus
sed a suis occisi sunt non propter gentilitatem sed quia corripiebant eorum peccata Si autem quis
a suis ipsis propter causam dei aliquid patitur non habet mercedem nec prophete habuerunt Si
autem verum est quod prophete sunt martires sine dubio et qui propter causam dei aliquid patitur
et si a suis patitur mercedem habet Ideo non passio facit sanctos persecutos persecucionem sed
sola causa persecucionis ut tu non attendas quis te persequitur Si autem quis te persequitur
propter causam veritatis scilicet ostendendo bona tua persecutor quidem reus est tu autem beatus
non es Si autem non prohibes consentire et iniuriam sustines propter deum vere beatus es
¶ Item notandum quod ista beatitudo perficit hominem ad bene faciendum et in hoc scilicet bene se habet homo quando
modo et similiter quod per tribulacionem imminentem non recedit a virtute licet hec sustineat cum
aliqua angustia et dolore et hoc fit per fortitudinem que est virtus sed quod excellentius hoc fit
per beatitudinem que sicut dicit quedam fortitudo summa quod tribulacionem sustinet non solum pacienter sed eciam
libenter sicut martires quando acerbis tormentis cruciabantur tanto magis in domino letabantur

quia corpus suum sancto hec sustinens compatiendo domum. Convenienter ergo maxime virtutes. nec de
ipsis potest leviter ita inveniri. nisi tamen oppositis inveniunt quibus afflictio. Sed nulla pacientia
ubi nulla iniuria, nulla contumelia, nulla tribulatio irrogatur. Sed tamen accedunt hostilitas oppo-
gnacia et adversancia aut potest ad finem. tunc pacientia facit clarescere dilectionem qua di-
ligimus proximum ut sincere et suave tractati fraternitatis amore compellimus. Odimus non
attendentes vanum atque malicias sed tantum naturam ac in illam que nobis offertur graciam
non quantitates quod irrogatur sed quid iubetur non vilipendentes mala que irrogat ho-
minis sed quid committit pro nobis deus non quid nos patimur sed quid pro nobis passus
est nisi homines filius hominis eminulit et contra talis ipso virgam monstrat pacientia
in adversis ne se virgam ab ipso. Dicit apostolus ut quis nos separabit a caritate Christi tribulacio etc.
Et non est solum preceptum attendenda in illatis corporalibus penis et in hiis malis que
potest lingwa proferri sed insuper pati a virtute dupplex homini … etiam inlicitis
illatis et dictis adversitatis magna perpessionum caritas est amatoris dei … quod
displicet et divinitati sed offensa. Non enim potest verus dei cultor sine perpessione turpe
videntur propriam maiestatis divine iniuriam … amor ad dilectionem inimicos dilata per
perpessiones facit. etiam si esset longe paratus esse diligere proximum ut se in animo
perpessionem pati tamen ipsum videt affligi … ipse … etiam amator hospi-
talitatis in animo … qui agitur … si non obligetur ad actum. Potest de
isto scriptum quod meruit dicens: vidi prevaricantes et tabescebam. prevaricantes enim
legis dei … corporibus et rebus. validi perpessiones sunt amicorum dei et ama-
torum virtutem que perpessio de iusticia est fienda. ut si diligimus proximum tamen odio
vitiorum. Sic ille vidi prevaricantes et tabescebam. Dicit Ambrosius non mirum si enim ava-
rus qui compensat pecuniam tabescat affectu et avidus honoris non modice tabe-
scat. vir iustus tabescat. vir pacificus divinis domum inhonorari deum principale
dyabolo. Et in … in meditationibus iustus tabescat … que est
insignita dei ymagine decorata … desponsata fide dotata spiritu sancto re-
dempta sanguine. deputata angelis capax beatitudinis heres bonitatis particeps
racionis … gloriam istam in … corrupta hominis fidem frangere
contingere spiritum demonis commendari dyabolo per peccatum et dampnatam eternum mori
precari demonibus induere maledictionem et inimicus … si hec omnia
meruit homines quia eloquia tua non custodierunt. Secundo nos debet movere
ad pacientiam … pacientia hominis prudentis. homines paciens in acquirendo conservando
et multiplicando. paciens enim modo solvit omnia debita sua de hiis quod michi
videtur vale … de malis pene quod paciens sustinet debet debita … et tamen
obprobriis … ab aliis illatis acquirit ~~gloriam~~ graciam in presenti et gloriam
in futuro. Item patet eius prudencia quia perdendo temporalia bona retinet et …
dit spiritualia que sunt longe meliora et facit paciens ut bonus miles in
bello qui … gaudet et regi suo … et …
ipsum mori in bello … melius …
et devote exponere debemus pro Christo qui pater est restituere depositum et corpus
in melius reformare … magna prudencia paciens in multiplicando vel
passos … in argentum aurum et lapides
ut Salamandra quod vivit in igne et ut pisces maris qui in aqua salsa
crescit. Item ad pacientiam movere debet nos quod nemo leditur vere nisi ab aliquo.

contingere sed tantum a seipso unde Crisostomus in libello neminem ledi nisi a se ipso inquit Si tibi
ablate sunt facultates attende dictum apostoli Nichil intulimus in hunc mundum et co-
gita quod nudus exivisti de ventre matris tue et nudus redibis illuc. Audisti te male-
dici et infamari memor esto verborum domini in hoc ewangelio Beati estis cum maledixerint vobis
homines. Expulsus es a patria et a domo tua recordare quod non habemus hic manentem civitatem
sed futuram inquirimus. Ut quid te reputas patriam perdidisse qui ubique peregrinus es. Ergo sic
non sunt vera bona sed sola virtus et gratia. Et si in hiis leditur a nullo leditur nisi a seipso
et a sua propria voluntate. Unde salvator dicit Mathei x° Nolite timere eos qui occidunt corpus etc.
Sed et a quibus potest tua fieri. Unde Crisostomus Qui gloriam conspicit in celo obprobria non ti-
met in terris nec cogitat quid loquantur homines apud ipsum sed quid deus iudicet de illo
Qui enim letatur de laude hominum ille et de vituperacione hominum contristatur. Qui de laude hominum
non extollitur ille nec de eorum vituperacione humiliatur. Quia ubi [illegible] gloriam querit
ibi timet confusionem. Qui gloriam querit in terris eciam confusionem timet in terris. Qui autem
tantum querit gloriam apud deum non timet confusionem aliam nisi dei. Si enim miles periculum belli
sustinet dum sperat habere premium [illegible] vos obprobria mundi non debetis timere qui
regni celestis premia expectatis. Hec ille. Quartum premium est regnum celorum pauperibus spiritu
et persecucionem patientibus. Utrisque regnum celorum assignatur ad intelligendum quod eciam in [illegible]
illud premium debetur quamvis aliis non exprimatur. Et [illegible] regnum dei patientibus pro iusticia
congrue assignatur. Secundo quia ipsi hic sunt pro iusticia et [illegible] patientes igitur
iusticia ibi [illegible] pro eis stabit et obtinebit eis regnum celorum quia nichil ibi potest contra iusticiam
prevalere. Unde Ecclesiastici iiii° Usque ad mortem certa pro iusticia et deus expugnabit pro te inimicos
tuos. Unde pro paciente et in tali te usque ad finem martirium tollerante non est necesse orare quia
iniuriam facit martiri qui orat pro martire. Tercio quia regnum celorum expositum est vim
patientibus Mathei xi Regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud. Quia pacientes
persecucionem propter iusticiam quasi quadam vi illud rapiunt quia [illegible] virtutibus
et gratia acquirunt eis non debitum per naturam. Unde angeli ceciderunt regnum celorum vim
pati [illegible]. Unde [illegible] iniusticiam timere debent ne ipsis dicatur illud Mathei xxi Auferetur
a vobis regnum et dabitur genti facienti fructum. Et non quod quidem rapiunt regnum dei ut
[illegible] vita et [illegible] unde [illegible] dicitur per violenciam [illegible]
[illegible] homines vita [illegible] quidam fuerunt ut perfectiores qui tamen latent
[illegible] a viciis carnalibus domat et fortiter se castigat et sub mollibus vestibus asperitatem indu-
untur ut vitent laudem humanam quia [illegible] testimonio sunt contenti. Quidam eciam
regnum dei ut [illegible] per opera [illegible] oratores ut ad deum [illegible] et voluntarie
pauperes eligentes propter deum ut [illegible] quidam illud [illegible] per opera [illegible] illud
xvi° Facite vobis amicos de mammona iniquitatis ut cum defeceritis etc. Secundo quia tales [illegible]
[illegible] quidam exhibent in presenti vita [illegible] passioni eius [illegible] erunt [illegible]
consolacionis in festo [illegible] ad [illegible] Si commortui sumus et convivemus Si
sustinebimus et conregnabimus. Et ad Corinthios [illegible] Sic socii passionum estis sic eritis et
consolacionis etc. Item hic queritur quare idem premium promittitur pauperibus et persecucionem patientibus
[illegible] quod ipsorum est regnum celorum. Dicendum quod propter [illegible] propter eundem finem [illegible] quod ambe respective
[illegible] ad [illegible] datum est regnum celorum quia primi divicias temporales abrenunciant propter [illegible]
in futuro gaudebunt de [illegible] persecucionem patientes per [illegible] ad deum qui propter [illegible]
opprimuntur in futuro cum [illegible] dominabuntur Sapiencie v° Stabunt iusti in magna
constancia adversus eos etc. Et sequitur accipient regnum decoris et dyadema speciei de manu
domini. Item quia pauperes spiritu et persecucionem propter iusticiam magis [illegible] in [illegible] quia
voluntaria paupertas est quoddam genus martirii. Unde Bedam [illegible] enim [illegible]
quo ad delectabilia mundi [illegible] in [illegible] ambobus pauperibus spiritu reprimitur regnum celorum

quantum ad gloriam anime. Secunda passio persecutionem in corpore quantum ad gloriam corporis. Item quia
iste due beatitudines maxime cernuntur in tribulatione hominis. Pauper enim spiritu conculcat vos
operatores et animam a qua volunt persequentes aut corpus et animam qui in tribulatione eorum
vincit et supponit. Et ideo eis permittuntur honores et divicie que notantur in regno. Sed
sicut pro libertate ecclesie nos opponimus morti ita pro hiis que spiritualia sunt non pro agris vel
redditibus ecclesie et plebibus. Sepe enim nos opponimus pro hiis magis inducti avaricia quam
iusticia. Huiusmodi quoniam omnibus doctrinas ait Ambrosius: Si a me peteret imperator quod meum est id est fundos
meos argentum meum et huiusmodi sicut me non refragaturum quamquam omnia que mea sunt sint
pauperum. Verum ea que divina sunt imperatorie potestati non esse subiecta. Si patrimonium petit
invadite, si corpus occurram volo. In vincula rapere vultis, in mortem rapere voluntas
est michi. Non ego me vallabo circumfusione populorum nec altaria tenebo vitam ob-
secrans, sed pro altaribus et spiritualibus ad ipsa principalibus immolabor. Sed omnibus hec octava
si precepta non servat ex quo habet ignoranciam ut recte ipsa non cognoscat et diffi-
cultatem ut ipsa implere non valeat Ad quod dicendum quod non imputatur nobis ad peccatum
quod inviti ignoramus Sed quia negligimus querere quod ignoramus. vel nobis imputatur quod
vulnerata membra non colimus ut possimus curari perfecte motibus membrorum peccati po-
[illegible] que sunt in nobis vulnerata et infirmata Sed imputatur nobis quod
medicum valentem nos sanare contempnimus Nam hec lex per Moysen data fuit quod
tum sanaret difficultatem nostre affectionis et veritas sanaret ignoranciam nostre cogni-
tionis per Christum facta est ut dicit Joh. 1 Ideo quia nunc medicum habemus et sanare
valentem imputatur nobis quod contempnimus eum Ad quartum est dicendum quod legem veterem
esse aliam a lege nova dupliciter intelligi potest primo quod sit alia quia ab alio deo
effective data vel facta sicut Manichei dixerunt legem veterem datam fuisse a malo deo manicheis
vel quod sit alia quia ad alium finem ordinata [illegible] ut [?] quia ut

scribitur ad Ro. vii° lex quidem sancta et mandatum bonum et sanctum et 3° ca° dicit vnus est enim
deus qui iustificat circumcisionem i. iudeos per fidem et preputium i. gentiles per fidem sicut
ad eundem finem ordinata quia omnis lex vno sermone completur diliges proximum tuum sicut
te ipsum et prima ad Thimot. 1° dicitur quod finis omnis legis et precepti est caritas. Secundo potest intel-
ligi quod sit alia quasi altera sicut imperfectum est alterum a se ipso perfecto sicut quemadmodum
dicimus quod homo est quasi alter a se ipso dum est puer iam factus vir. Cum igitur lex
noua comparetur ad veterem sicut vir ad puerum iuxta id Apostoli ad Gal. iii° itaque lex
pedagogus noster erat at ubi venit fides iam non sumus sub pedagogo concludendum est
quod lex noua non proprie est alia a veteri sed magis altera sicut perfectum est alterum ab imperfecto.
Ad vltimum est dicendum quod lex humana ad hoc inuenta est ut prouideat communi vtilitati hominum
vnde dicit vir consultus in primo digestorum nulla ratio aut equitatis benignitas patitur
ut que salubriter pro vtilitate hominum introducuntur ea nos duriori interpretatione contra
ipsorum commodum producamus ad seueritatem. Si ergo emergant aliqui casus qui communi vtilitati
sint dampnosi et periculosi, tamen legislator omnes singulos casus particulares prouidere non
possit, in talibus licet agere preter verba legis. Sic dato quod lex scripta et in municipio sancita
alicuius ciuitatis dicat quod porte per custodes sint tenende clause, si contingat aliquos
ciues insequi hostes et postmodum ab aliis fugari, impium esset dicere quod in tali casu
porte eis non aperirentur, maxime cum euidenter appareat in hoc casu verba legis sonare
communi vtilitati esse dampnosum pro qua communi vtilitate lex illa instituta fuit. Et si dicatur
quod eius est interpretari cuius est condere, illi autem qui sub lege sunt non sunt conditores legis
sed obseruatores, dicendum est quod hoc est verum quando lex est dubia et facultas ad superiorem potest
haberi recursus. Sed quando subitaneum est negocium et clare apparet nocumentum esse communi
vtilitati et in mora pati periculum, hiis concurrentibus persona quelibet constituta sub lege potest preter
legem agere. Nec tamen ipse interpretatur legem sed sequitur intentionem legislatoris, quia per euidentiam
nocumenti apparet legislatorem hoc intendisse et debuisse intendere. Nam ut ait vir
consultus sub predicto titulo scire leges non hoc est verba earum tenere sed vim ac potestatem. Ad
sextum est dicendum quod lex humana tunc est lex tenenda quando iusta est. Si vero est iniusta
magis iniquitas et violentia dicenda est quam lex, quia secundum Augustinum primo de libero arbitrio
lex michi non videtur que iusta non fuerit. Contingit autem legem iustam fieri quatuor modis.
Primo effectiue ut ille qui legem fecit potestatem et iurisdictionem suam non excedat. Secundo
finaliter et tertio ut si lex feratur et grauamina imponantur pro communi vtilitate non propria
cupiditate implenda vel propria gloria et fama amplianda vel diuitie cumulande. 3° formaliter
et equalitatiue ut si proportionaliter imponantur et diuidantur onera. Debet enim diuidi
sicut honores ut sicut minores et maiores de communitate plus participant de honore
sic in proportione debent participare de onere. Aliter forma iustitie non seruatur. 4to materialiter
et subiectiue ut iusto et vero modo illi quibus lex imponitur iudicentur sententientur et
condempnentur. Si ergo lex humana habeat istas quatuor conditiones tunc iusta non deuiat a lege
naturali et diuina, obligat eius obseruatio in foro conscientie. Si vero habeat conditiones oppositas
quia hoc modo non proprie est lex sed violentia non obligat in foro conscientie nisi forte propter scan-
dalum vitandum propter quod vitandum etiam iuri suo homo debet cedere. Ad viim
est dicendum quod ly soluerit mandata minima et sic docuerit vocari minimum in regno celorum
aliter exponit Cris. et aliter Greg. et aliter Aug. Nam Cris. mandata legis ut non
occides non adulterabis etc. dicit esse minima i. facilia in actu exteriori quia ipsa
magis de omnibus reperit valde [illegible] sunt cum sint nominata [illegible] multarum
vero minima et facilia sunt in actione et consummatione. In perpetratione vero peti
sunt magna et grauia. Sed mandata Christi ut non concupiscas et non irascaris in actu quidem
exteriori sunt valde magna et difficilia quia magnum valde est cohibere omnem motum
concupiscentie et iracundie et ideo tamen magna sunt in consummatione et minima in culpa vel in
peccato. Vult ergo dicere quod saluator secundum Cris. quod qui soluerit ista mandata minima ut non con-
cupisces non irascaris vocabitur minimus in regno celorum quia ex quo leuia et minima

ap q^a salvator eius xpc legis via veniebat salus si implere ideo acta suas
sequens allegat quod regula ceterorum capitulorum concedit quod iustitia applicare et assiduitas
per ipsi scribas et phariseos quod de iustitia legali se perfecte iactitabant eorum
pro variatate preceptorum per factam addebant v. nulli per iustitia eorum caut scribarum
et phariseorum sufficere ad salutem si xpc credit quod non sufficit ad salutem nisi illa
iustitia vera i. iustitia vestra fuerit maior et habundantior scribarum scriptura
per scribarum legem docentium et phariseorum quod in singulari obseruantie le
gali iustitie caute discreti alii [illegible] in tabulis vera [illegible] aliorum propter iustitia
ea legem non patuit in [illegible] vero deinde [illegible] intercedebat ante iustitia pharisaeorum
[illegible] iustitia scribarum et phariseorum nullum est iustitia cardinalis
iustitiarum in medulla aliarum in alia dicitur vel intellectualis in [illegible] dicitur
[illegible] iustorum in virtute humana in virtute [illegible] in perfectione [illegible]
[illegible]

misterii in sacrificio ut laudis [illegible] sacrificium laudis honorificabit me
[illegible] in sacrificio [illegible] confessionis [illegible] in sacrificio [illegible] quod perfecta
deo [illegible] cor [illegible] continere [illegible] in [illegible] cor [illegible]
ipsa in custodia [illegible] in [illegible] ipsa [illegible]
[illegible] in [illegible] convenit deo [illegible]
[illegible] de [illegible] habebit [illegible]
[illegible] aut [illegible]
[illegible] de [illegible] [illegible] cit [illegible]
aut [illegible] quam [illegible] in [illegible]
[illegible] non habebit [illegible] cit [illegible]
[illegible] [illegible] ut [illegible]
[illegible]

237v

peccatum committit et quamvis de cetero mortale peccatum non faciat securus est a pena dampnacionis eterne non
tamen est ita magnus ut statim est in illa gloria qua consequitur ille qui eciam minima precepta
implet. decedentes enim sine mortali et veniali statim consequuntur gloriam sed decedentes cum veniali
sine mortali detinentur in purgatorio et post minimi respectu eorum qui iam sunt in gloria et tamen
omnes sunt in regno celorum similiter minimus non tamen primus. Secundo vero dicitur regnum celorum hic appellari
presentem ecclesiam presentem. In quo quidem regno qui solvunt mandata minima et solvendo docent
homines ad observacionem eorum ita quod talis male vivit et bene predicat minimus est et despi-
ciendus vocatur quia cuius vita despicitur restat ut eius predicacio contempnatur. Augustinus
autem exponit sicut supra dictum est in precedenti lectione. Sequitur textus
Dico enim vobis quia nisi habundaverit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum non intra-
bitis in regnum celorum. Audistis quia dictum est antiquis Non occides. qui autem occiderit
reus erit iudicio. Ego autem dico vobis quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit
iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue reus
erit gehenne ignis. Et dicebatur supra quod perfeccio huius vite primo consistebat in bonorum
spiritualium promissione. 2o in legis veteris suppletione. Expedita ergo prima parte hic declarata
exponitur de 2a. Supplevit autem Christus quod deerat legi veteri quedam perfeccionis consilia
addendo et verum intellectum eorum que in lege dicebantur aperiendo. possumus ergo dicere quod
Christus quantum ad octo aperuit verum intellectum eorum que continebantur in lege. Primo quantum ad omi-
cidii prohibicionem. 2o quantum ad hostie et sacrificii oblacionem. 3o quantum ad fornicacionis prohibicionem
4to quantum ad uxoris repudiacionem. quinto quantum ad iuramenti observacionem. vi-to quantum ad
pene talionis mitigacionem. vii-mo quantum ad amicorum dileccionem. et viii-o quantum ad operacionis
intencionem. Secundum ergo ista octo in quibus Christus verum intellectum legis aperuit totum istud resi-
duum quinti capituli continet octo partes et per consequens octo lectiones. 2a ibi Si ergo offers
munus tuum. 3a ibi Audistis quia dictum est antiquis. 4a ibi dictum est autem. v-ta ibi iterum
audistis. vi-ta ibi Audistis quia dictum est. vii ibi Audistis quia dictum est. viii ibi Attendite
ne iusticiam. Ad intellectum ergo prime partis est sciendum quod secundum Crisostomum Christus suos apostolos adhuc
rudes et nominatos perfectiores esse voluit magistris et doctoribus iudeorum quod suos apostolos
volebat facere quod docebat. Scribe autem et pharisei que dicebant et predicabant verbo opere non
implebant. Unde ait super apostolis suis Dico vobis nisi habundaverit iusticia vestra plus quam scribarum et
phariseorum non intrabitis in regnum celorum. Secundum enim Augustinum iusticie phariseorum erant mandata legis
Moysi que liberabant a pena debita transgressoribus sed in regnum celorum non inducebant.
Suppletiones autem illorum mandatorum que erant mandata Christi in quibus suos apostolos vole-
bat super phariseos habundare inducunt in regnum celorum et a pena liberant. Nam secundum Augustinum
tocius fere veteris regni quod tam crebro nominat dominus inscius utrumque libros veteris testamenti
non invenimus. Hoc enim pertinet ad revelacionem novi testamenti quod ore Christi nominandum
queris invenimus. Ipse enim pertinet ad revelacionem. Secunda doctrina scilicet eius qui docet et non facit. tales erant scribe
et pharisei. dicit ergo sic Dico autem vobis nisi habundaverit iusticia vestra scilicet id quod predicatis et docetis
eciam faciatis plus quam scribarum et phariseorum qui dicunt et non faciunt non intrabitis in regnum
celorum quia dicitur ad salutem non sufficit bona doctrina nisi assit bona vita. vel sic Nisi
habundaverit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum scilicet non solum abstinendo ab actu exteriori
sed eciam ab interiori. non intrabitis in regnum celorum. Notandum est hic ex textu videtur sequi
quod scribe et pharisei erant iusti quia dicit nisi habundaverit iusticia vestra plus etc. ergo iusti fuerunt
si alii debeant esse magis iusti. Solo erant iusti secundum apparenciam. unde iusticia eorum
erat in opinione hominum non in re. vel iusticia eorum erat quo ad exteriora opera tantum, unde
dicitur ieiunabant orabant decimas dabant sed non quod iusticia scribarum diminuta erat
in multis primo in iudicio alieno ipsa relicto ayt viii-o Ve vobis iudices festuca in oculo fratris etc.

+ 2o qr cab conservatoris operis ... ... laudem homini ... xxi

Crist de minimis indicabat alios cum ipsi in maioribus essent peccatores Ro 2o In quo
alium iudicas te ipsum condempnas · eadem enim agis que iudicas Secundo quantum ad effectum quia
solum erat in cogitacione et non in affectione unde eis dicitur luc xi ve vobis legisperitis
qui tulistis claves sapientie et non ipsi introistis Glossa dicit Tollitis clavem sapientie et
scientie per cogitacionem et non intratis per amorem 3o quia solum in loquendo et non in
opere Mt xxiiio Super cathedram moysi sederunt scribe et pharisei etc dicunt et non
faciunt 4o quia in preservacione tradicionum et transgressione mandatorum Mt xv Quare
discipuli tui transgrediuntur tradiciones seniorum Et dominus respondit Quare et vos transgredimini etc
5o quia in discursu sine fructu Mt xxiiio ve vobis scribe qui circuitis mare
et aridam etc 6o dimicta erat lex quia docebat scribe quia non cohibebant animum sed
manum lingwa non a simplici mendacio sed a periurio Item permittebat unum malum
ad vitandum maius malum sicut adulterium ad evitandum homicidium sicut patet in libello
repudii Mt xxiiio Item non faciebat bonum omnibus sed tantum amicis levit xi o di
liges amicum et odio habebis inimicum tuum Item iusticia legis temporalia premia promittebat
ys. 1 Si volueritis et audieritis me etc Ergo dimicta iusticia scribarum et phariseorum defi
ciebat in multis 1o quia erat in presumpcione cordis non autem in humilitate actionis sicut
patet de illo qui dicebat luc xviiio Non sum sicut ceteri homines etc Mt xxiio Omnia
opera sua faciunt ut videantur ab hominibus Nec mirum si in hac iusticia non sunt
salvati quia receperunt mercedem suam Conditur scriptum Mt vio Atten
dite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus 3o quia erat in observacione minorum
et in obmissione maiorum Mt xxiiio ve vobis pharisei qui decimatis mentam
et ciminum et relinquitis ea que maiora sunt et plura talia de factis phariseorum
ponuntur Mt xxiiio Et ideo dicit textus Nisi habundaverit iusticia vestra etc Hec iusticia
large sumitur pro virtute qua redditur unicuique quod suum est Alio modo est cardinalis
large tamen sumitur pro bono ut Ebre 1o super illo verbo dilexisti iusticiam dicit glossa
iusticia i. omne bonum Et Augustinus ad demetriadem virginem dicit quod omne virtutis spes
uno iusticie nomine continetur Et iam hoc dicit Augustinus duas esse partes iusticie scilicet decli
nare a malo et facere bonum Et distinguitur contra peccatum sicut tunc dicitur Fulgebunt
iusti et in pluribus ita deus loquitur hic de iusticia cum ait Nisi habundaverit iusticia vestra
Circa quod sciendum quod sicut varia sunt dona gratiarum dei ita varii sunt status et condiciones
hominum Propter quod valentem plerumque accidit quod quis in uno statu salvatur qui si esset
in alio statu dampnaretur quia sufficit vita ad salutem in uno statu quod non suffi
ceret in alio propter hoc qui sunt in statu maiori ideo in comparacione minorum apte potest
dici illud preceptum Nisi habundaverit iusticia etc Et ut taceam de scribis et phariseis
qui sunt alterius legis accipiam comparaciones de eadem lege xpiana In lege autem xpiana
quidam sunt prelati quidam subditi quidam predicatores quidam auditores quidam sunt
quidam layci quidam activi quidam contemplativi quidam perfecti quidam simplices et grosse
xpiani et ita de pluribus aliis quorum singulis in comparacione dici potest Nisi habundaverit
iusticia vestra Et hoc propter varietatem distribucionis donorum dei quod patet ex parabola Mt
xxv Et luc xixo de homine qui peregre proficiscens dedit uni quinque talenta
alii duo alii vero unum unicuique secundum propriam virtutem Dedit enim deus uni homini quinque
talenta i. quinque gratias in quibus omnibus sicut exercere et operare tenetur de quibus
tenetur reddere rationem unde si ille qui recepit quinque talenta fuisset supplicatus solum duo
vel tria vel quatuor gaudium domini non intrasset quia de quinto talento lucrando
servasset quia qui offendit in uno factus est omnium reus Ille autem qui duo accepit

ut faciatis bonum quia sic
... ... fuit
... cum ...
...

saluatus est per dona huiusmodi que illi eum quoque non sufficerent ad salutem ut dictum est
quia et plura dona acceptat et eo plura dona ab eo exigebantur. Et hoc est quod dicit
Gregorius in omelia: Cum enim augentur dona rationes etiam crescunt donorum. Sed declarando hoc
de simili comparatione. Prima comparatio est inter prelatos et subditos. Constat enim quod iustitia prelati
oportet excedere plusquam subditorum quia ut dicit Isidorus super Exodum: Cauta enim debet esse
compositio et erudita pontificis et prelati ut omnes motus et gressus et universa opera
eius [illegible] sint ut vi[illegible] mente [illegible] et cum toto habitu et incessu ostendat
ut quidquid agit quidquid loquitur sit [illegible] in doctrinam populorum. Et Gregorius in pastorali dicit: Tantum
debet [illegible] populi actionem [illegible] transcendere quantum solet distare vita a grege pastoris. Secunda comparatio
est inter seculares et religiosos videlicet quod religiosi tenentur ad abdicationem proprietatis et
ad abrenuntiationem proprie voluntatis ad perpetuam observantiam castitatis ad vestitus asperitatem
ad victus tenuitatem et ordinis instantiam ad horarum canonicarum frequentiam et
generaliter ad statutorum regule et ad constitutionum sui ordinis observantiam. Ad que omnia
seculares minime tenentur qui tamen si secundum omnia precepta dei et ecclesie suo modo in fide
Christi vivant salvantur. Si autem religiosus sit vivat ut Christianus et non excedant in
iustitia sua plus quam ipsorum non intrabunt in regnum celorum.
De talibus dicit Prosper in libro de vita contemplativa [illegible]. Sunt quidam vero ex seculo conversi
qui ex pristinis moribus nihil abiciunt non mente mutantur sed veste non actu sed habitu
Hii sunt qui [illegible] non [illegible] seculariter vivunt et vitam suam
[illegible] professione vite meliorum abscondunt et religionis ymaginarie nomine palliati
opinionem virtutis pro veritate suscipiunt predicari magis et non fieri [illegible] acceperant
vicia sed non deponunt publice displicet sibi dissipant quod occulte committunt. Nigri
student videri sed non fieri. Tales utique quia iustitia sua non excedunt plusquam secularium
non intrabunt in regnum celorum. De bonis autem religiosis dicit Bernardus in quadam epistola Clarum
sicut paradisus ad flatum spiritus austri clementissimi qui tot floribus vernat quot
virtutibus excedat. Et tales iuxta virtutis excedentiam excedunt recipient gloriam dei. Gregorius
xviii moralium: Unus inquit clarus in hac vita est discretio operum in alia quam vita
et procul dubio discretio dignitatum [illegible] hic alius alium retributione transcendit.
Et [illegible] in illa retributione dignitas [illegible] non sit una tamen omnibus vita beatitudinis
est. Tertia comparatio est inter discipulos et doctores predicatores et auditores [illegible]
et plebes qui omnes pari conditione gaudent quod oportet hos excedere iustitia plusquam
illos quia dicit Gregorius nazazenus (?) super [illegible] mundari prius oportet et tunc alios mun-
dare sapientem prius fieri et sic facere sapientes lumine fieri et sic alios illuminare
ad deum accedere et tunc alios ad deum ducere sanctificari et tunc alios sanctificare magis habere
virtutes et sic indigentibus magis porrigere. Et quicumque sic non fecerint regnum dei non intrabunt
quia ut dicit Gregorius in quadam omelia: Cuius vita contempnitur restat ut eius predicatio non valeat qui non
opere implet quod docet nam cuius vita despicitur restat ut eius predicatio contempnatur. Quarta
comparatio est inter activos et contemplativos licet sit bona vita Marthe melior est tamen
pars Marie ac plus requiritur ad vitam contemplativam quia ut dicit Prosper de vita contem-
plativa: Ad activam vitam pertinet nulli iniurias irrogare ad contemplativam vitam
pertinet irrogatas equanimiter sustinere. Activus impendendo proximis [illegible] et se
ab omnibus [illegible] et vitam suam bonorum operum fructibus ditat. Contem-
plativus vero facultatibus suis in usus pauperum distributis simul se expoliat mundo
et totis viribus suis ad [illegible] deo patet quod plus incumbit contemplativo quam activo propter
quod apte dicitur verbum propositum: Nisi excedant iustitia vestra etc. Sed dicet aliquis
Cum vita activa sit sancta et bona contemplativa preemptat activam dicit Gregorius vi moralium

Rm coteplacois arte tene depdeat · ppt neccē est ut se in campū accōis pbet
Nō quo aliquis gteplatiuus a regno dei excludit' · qn salte nullo vite actiue admitt'
Ad hoc dicd dicē pt distinguedo de gteplatiuis · quida eni sut qui vita actiua re-
spuētes ad gteplacois studiu ambitiose anhelat · Sicut d' nonullis beckardis et
beginis que laborare respuūt et vita actiua postponētes ad ltiu gteplacois avo-
lare psumut et tales isti neutra vita tene sic debent procul dubio regnu celoru no
introibunt qui tn in humilitate vite actiue si se tenent salvarent' · dt eni Greg' vi° moral'
Sepe qui occupati humanis opibz bene vivere gladio sue quietis extincti sut · Et id
dt ysō d' sūmo bono · Qui vtilius est p simplicē accōm intrare in vita etna q̄ p
gteplacois errore mitti in gehenam · Alios eni dns ex carnalibz sua gra visitat
et ad gteplacois fastigiu elevat et quo Alii sut qui vita actiua bn gsulti
p divinam gram in altum gteplacois sustollunt' · ut tn actiue vite exerciciu ppe
dimittut s; utriqz vite vicissim insistētes nūc gteplacoi nūc accōi intendūt
adinstar Angeloz d' quibz d' Qui ibant et revertebant' · Ibant quid p gtepla°z
et revertebant p accōm de hijs dt Bnh' in quoda sermoe · Bom mich vident' hii
qui hij insisterunt · Meliores aut qui hij vacant · optimi qui pfectus ē in utroq;
Et ad hunc sūmu gradum sponsus in Canticis aiam gteplatiua vocat Cant' 2° c°.
Surge pprā amica mea et veni · Surge mō p gteplacoem pposita ppa ꝯtuloce
et veni Sic btā virgo tū nūciante angelo filiu suū no dubiū qn in magna
gteplacoe ꝯcepisset statim surgens abijt in montana ad obsequend' Elizabeth Isti
sut vl gteplatiui qui dn prosperus ubi stip p accōm regnu celoz acquirunt
qd in gteplacoe pgustando pcipiunt p accōez vel quibusda bonoz opez
inalibz pilsuk ad iam in gteplacoe vacat gsimiles in patria Tercia
gparacō que est int' pfectos et simplices fideles xpianos · Que gparacō ē plus
circa in pposito sme ad ppositu · quia deus vbum ppositu loquebat' ad pfectos
discipulos suos quos spāl' ad pfectom vocaverat · Ad pfectos sūmo ope ptinet hudare
iusticia ultra simplices fideles sic pz p totū sermonez dom in monte de quo id
Tbam sumptu est · quia illu sermonez fecit dns ad pfectos · quia solis pfectis in loco
campestri relictis ubi pl' multa subiungit' Estote go pfecti sic pr vest' celestis
pfectus est · pfecti aut tenent' ad omnia gsilia eūgica que dns docuit in eodem
sermoe et alijs locis Euāij Ubi q̄ra tenent' ad abdicacom rez tpalium Mt' xix°.
Si vis pfectus esse vade et vende omnia que hēs et da pauperibz Ite tenent'
ad pfectam obedium Mt' xvi° Si quis vult post me venire abneget semetipm
Ite tenent' ad omnodam castitatem Mt' v° Audistis quia dctm est antiquis no mecha-
beris Ite tenent' ad dilecconem inimicoz no solum in affectu s; etiaz in effectu Mt' v
diligite inimicos vros etc Item ad pfectam paciam ibidē Si quis te percussit etc Ite
ad simplicitatem vboz ibidē Sit sermo vest' sic sic no no · Ad tales aut spāl' dirigit'
vbum domini pncipal' Nisi hundavit iusticia vra plusqz simplicium no intrabitis
in regnu celoz Sz sciend' qz pfecti sut in tplici dra · quida eni dicūt' pfecti ex statu
d' quibz Jeron' in epla Tu qui pfectum te pollicitus es quid aliud qz pfectum sectaris
vita quia tene debes etc · Alii sut qui eisdē modo ut dctm est ad pfectom astricti
in cuius abhominacōe negligētes ul etiaz ficti existūt d' quibz d' in collacionibz
patrū pyamonis abbatis Sut qui elbarii pfectom pfitētur pauca s; in vilitate
actiue malūt et humanis laudibz sut intenti fatuitatibz nūc solu ad fictae hom
reminiscentes neqzqz mandatis eūgelii se submittut s; suis existūt plibitu vo-
luntates · tales sine dubio pstringit domini Sniā Nisi vero in rei vitate no hundat

iusticia eorum plusquam simplicium christianorum ideo non intrabunt in regnum celorum Sunt
et alii qui scito et simplici proposito ex devocione student se conplere cum alia omnibus gratia
parit cum dei admirabilis conformat non reputantes se perfectos se perfectionem attingere satagentes
et hic in humilitate credo tales a primo domino non privari se scilicet premiare igitur
de illis qui sibi statum perfectionis vendicavimus non in eo ut debemus se tenemus quando
nisi a regno celorum iuxta verbum domini excluduntur. hii autem qui in simplicitate vixerunt
quando ad regnum celorum pervenitur patet domino pulcram exemplo in vitis patrum ubi legitur
de quodam fratre in heremo desiderans exitum videre iusti et peccatoris. divino nutu hunc
duce venit ad quandam civitatem ubi erat monasterium in quo erat quidam solitarius habens
nomen magne perfectionis qui iacebat infirmus expectans horam mortis sue. frater
igitur ille videbat fieri magnam preparacionem cereorum et lampadarum propter solitarium
illum qui tante reputacionis habebatur quod per ipsum dominus salvaret civitatem. Et eo
mortue omne patrum esset effecta. Autem hora exitus eius videt frater ille tharta-
rum quendam infernum descendentem super solitarium illum habentem tridentem igneum
et audivit vocem quasi a deo sibi dicentem. Sic anima ista non permisit me in
se quiescere una hora. sic nec tu misereatur eius evellens animam. ponens igitur thar-
tarus ille tridentem in corde solitarium. et per multas horas torquens eum abstraxit
animam eius. postea ingressus frater ille civitatem invenit hominem peregrinum iacentem in platea
egrotum non habentem curam qui eius haberet et mansit cum eo die uno. Et cum venisset
hora exitus sui vidit frater ille angelos michaelem et gabrielem descendentes et sedentes
unum a dextris et alium a sinistris infirmi rogabant quod animam ut egrederetur et
non exibat quasi nolens relinquere corpus suum. Dixit quod gabriel ad michaelem
Assume tibi animam istam ut eamus. Cui michael. Iussi sumus a domino
ut sine dolore eiciatur. ideo quod non possumus cum violencia evellere eam. Cum
descendissent omnes angeli in occursum anime illius cum canticis et ympnis vocem
dicens Ecce mitto david cum cythara et omnes psallentes ierusalem ut audiens psalmodiam
egrediatur anima eius. Sic in manibus michaelis assumpta est cum gaudio
et leticia magna. Ecce quod anima illius solitarii qui perfectissimus in opinione
hominum reputabatur. quia non habebat iusticiam eius ut debebat. et ideo a regno
celorum est exclusa et tharthareis tortoribus tradita est. Anima vero simplicis
peregrini cui pro statu suo sufficeret iusticia sua ad regnum celorum cum magna gloria de-
ducta est. Et sequitur. Audistis quia dictum est antiquis. Quare docuit habundantem
iusticiam ad quam tenentur doctores hic docet sufficientem ad quam tenentur
omnes. Iusticia autem hic accipitur ut ordinat omnes anime motus quantum ad vim racionalem
que est superius et quantum ad irracionalem que est inferior. Ex irracionali nascuntur due
passiones generales ira et concupiscencia. ordinat ergo primo vires irracionales. 2o racionalem
ibi Audistis quia dictum est antiquis non periurabis. In ordine virium irracionalium
ordinat primo irascibilem quantum ad passionem ire. 2o concupiscibilem quantum ad passionem
concupiscencie ibi Audistis quia dictum est antiquis non mechaberis. hee sunt due
passiones generales dominantes in corporibus nostris. Circa hoc est sciendum quod iudei credebant
precepta decalogi sola opera exteriora prohiberi non motus anime. Unde et yosephus
xiio libro antiquitatum reprobabat polibium qui hystoriam persarum conscripsit dicentem quod
anthiochus epiphanes mortuus fuerat iuste propter hoc quod voluerat spoliare tem-
plum dyane in persida dicens quod voluntas mali non est peccatum nisi operatur effectum
Et eodem modo dicebant iudei de hoc precepto non occides. quia per hoc prohibetur opera-
cio vel factum et non occidendi propositum. Et hoc est quod dicitur Audistis quia dictum est et ce-
cisos boletos u. post audire quasi [illegible] aliquis laicus in lege in qua mandat
mandatis in parvis. lege autem contradicta quod sub ipso. Item pater maiora manda-
ta per ut sic audiat in re sit duobus utrisque legis sic autem dicitur dei et absque
augeat autem ipsa mandata et atterere hoc autem dicitur ut quam tardos audi
toria adaucta precepta in magna mentis veritate adaequallari dicens dicere et quanta
dicat iustus et consequens in spiritualibus sed hic de deo et adcique occidere non occides

Ita dicit Augustinus ... peccat aliquis ... ad homicidium ... ordinatus ... alterum ... dei ... mortificare corpus ... quod ... animus ... ad volens ...

occidas scilicet hominem. hoc preceptum ad bruta aliqui extendi contendebant. quorum erro-
rem elidit Augustinus I de civitate dei dicens quod hic non prohibetur occisio vegetabilium aut
occisio irrationabilium animalium quorum vita et mors ordinatione creatoris nostris usibus
subditur // Genesis ix°. Sed isto precepto occisio hominis quod est homicidium ut vel se vel
alium occidat hominem. Ab hoc autem precepto excipiuntur que iusta bella fiunt et illa que
gerunt personam publice potestatis dum scelestos morte puniunt. Non enim illos occidunt
propria auctoritate sed mandato legislatoris dicentis Exodi xxii° Maleficos ne patiaris
vivere super terram. Immo peccaret iudex si maleficis vitam indulgeret. Nam Saul
rex punitus fuit regno suo eo quod non occidit peccatores amalechitas I Regum xv et iii
Regum xx dixit quidam propheta regi Israel Quia dimisisti virum morte dignum de
manu tua erit anima tua pro anima eius. Sed vero iudex iustitiam legis exequitur
condempnando reum etiam usque ad mortem unde habemus multum in lege Exodi xxxii° ubi
Moyses dixit hiis qui occiderant ydolatras. hodie consecrastis manus vestras domino
unusquisque in filio et fratre suo ut detur vobis benedictio. Deinde ponit homicidii penam
Qui autem occiderit reus erit iudicio. reus dicitur anime legali pro qua punitur tamquam
obnoxius. unde reus erit iudicio id est dignus iudicari ad mortem sic enim scriptum est Levi-
tico Qui percusserit hominem et occiderit morte moriatur. Octavo ponitur nove legis precep-
tum quod prohibet homicidium non solum in opere sed etiam in sua radice et origine
unde non quod Moyses securim posuit ad ramum arboris prohibens homicidium dominus vero
tamquam sapiens agricola securim posuit ad radicem prohibens iram ex qua sequitur
homicidium. Sunt autem tres gradus culpe homicidio annexe. Primus est cum animus movetur
ira intus licet non prorumpat extra. Secundus est cum movetur intus et prorumpit in vocem
indignationis extra. Tertius est cum animus ira movetur et prorumpit in verba contu-
meliosa. Et sicut sunt gradus in culpa sic etiam in pena. Premittit autem primo Ego autem
dico vobis. ubi ostendit se veteris legis fuisse datorem. Illius enim quisque potest addere
legi qui instituit. Et condescendens [illegible] Augustinus quod pene omnia que subdidit
dominus antique legi in ipsa lege continentur sed quia non erant expressa non intelligen-
tes iudei credebant solum opus esse peccatum et non voluntatem. Et ideo Christus ipsam legem
voluit declarare dicens v°. Non veni solvere legem sed adimplere. Deinde ponit primum
gradum. Quia omnis qui irascitur fratri suo. ubi dicunt quidam sine causa. sed ut
dicit Ieronymus frustra ibi ponitur quia nulla potest esse causa irascendi in fratrem. Sed iuste
aliquis irascitur culpe fratris iram ut dicit Augustinus irascatur fratri ut corrigatur. illius
pene [illegible] reprehendit. Unde notandum quod quedam ira commendatur quedam tollitur
quedam vituperatur. Ira commendabilis est que cadit in prudentem virum. [illegible]
viciis et peccatis et corpore depravare corruptam [illegible] Augustinus ix de civitate dei dicens
[illegible] philosophorum sunt de anime perturbationibus. Stoici enim dicunt iram non cadere
in virum sapientem sed moderata et rationi subiecta in disciplina vero christiana dicitur
cadere moderata ira in sapientem sed tamen iusta causa quod ira est commendabilis et necessaria
sunt. Sed [illegible] et [illegible] et non solum mali sed etiam boni imitantur.
ad malum que ira ut ibidem dicit Augustinus debet esse iudicium contra [illegible] quia
melior est ira risu quia per tristitiam vultus animus corrigitur delinquentis. Ira igitur
commendabilis duas dicitur habere conditiones quarum una est ut habeat iustam causam
altera vero ut moderata sit rationi subiecta. Ira vero que tollitur est ira [illegible]
que repentina est et subita ut cum homo in carne nascitur. [illegible] tamen vult fieri ad
quod ira compellit. Ista ira tollitur quia rationem non superat. De qua dicitur Iob xxxvi°

+ [illegible] condescendere legislator [illegible] antiquos ita locutus [illegible] dominus
[illegible] [illegible] dominus [illegible] ut filii [illegible] in [illegible]
[illegible] consuetudinem ... [illegible] precipiebat

Non te proprie ira ut vi aliquem opprimas. Ira autem que vituperatur est vicium superans
animum. Unde magister in morali: quatuor sunt gradus. Quidam vero cito movent ad iram
et cito redeunt ad tranquillitatem. Alii vero tarde irascuntur et tarde redeunt ad
tranquillitatem. Alii vero cito irascuntur et tarde redeunt ad tranquillitatem et isti sunt
peiores omnibus. Sed alii tarde irascuntur et cito iram deserunt qui inter omnes
alios sunt minus mali. Racio quod multa mala facit ira. Primo enim totum conturbat hominem
ut fiat extra se. Psalmus: conturbatus est in ira oculus meus. Item excecat intellectus
oculum. Unde Katho: impedit ira animum ne possit cernere verum. Item occidit
iracundum. Job v: virum stultum occidit iracundia. Item tollit sapienciam. Jacobus primo: ira
enim viri iusticiam dei non operatur. Item suscitat lites. Proverbiorum xxvi°: Sicut
carbones ad prunas et ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitat lites.
Item ira intrat hominem ad dyabolum qui plenus est furore et ira. Seneca ii° colla
suasionem ergo iudico. Sequitur pena irati: Reus erit iudicio. Judicium est de
maleficio examinate cause. Genesis xxvi°: iudicium causas determinat. Unde
iudicium si sint cause criminalis eius determinacio est inflictio pene. Pena enim
reducit crimen ad equalitatem iusticie. Igitur cum lege Christi prohibitum est ut quisquam
irascatur fratri suo, obligatus sit ad iudicium pene. Cum vero ista pena sit temporalis
vel eternalis, quanta vel minus, capitalis non est determinata, ut dicit Crisostomus. Crimen ut
passio determinata est, maxime cum impossibile est penitus absque ira [esse].
Primus ergo gradus motus animi est ira in animo nondum prolata. Secundus gradus
ire est cum animus motus intus prorumpit in vocem indignacionis extra. De quo
dicit: Qui autem dixerit fratri suo racha. Augustinus et Crisostomus: racha non est vox
significativa ad placitum determinata sed importans motum animi perturbati et sic
est interiectio indignantis vel indignationis. Racha enim dyabolus huc tibi placa.
Sed hec vox corrupta vocatur. Crimen sola indignacio interiecta quando
non exprimitur. Crimen vero forma vox per modum contempnentis et tunc maior est
culpa. Crimen vero per modum comminantis et hec est maior duobus precedentibus
non minus quoniam est omnibus. Animus enim in voce concitatus fremit quasi
iam exerens vindictam extra. Pena prior maior et irascatur etc. Reus erit
concilio. Sicut racha dicere est maioris culpe quam irasci, ita pena concilii
maior est pena iudicii. Nam ut dicit Augustinus: In iudicio adhuc datur locus
defensionis, sed ad concilium iudices pertinet proferre sententiam quando iudices inter se conferunt
quo supplicio reum damnari oporteat. Unde cum ira maior determinatur per exterius
racha, ideo determinata pena infligitur. Tercius ergo gradus est ex vehementi ira
interiori prorumpit in vocem indignacione plena et nondum ad significationem
certus gradus proferre verba contumelie. De quibus dicitur: Qui autem dixerit fratri
suo fatue, quo nomine omnis contumelia, maledictio, detractio, infamacio, vitu-
peracio et minuacio intelligitur. Sed dicet quis: Nonne apostolus Galathas dicit: O
insensati Galathe. Et dominus ad discipulos suos dicit: O stulti et tardi corde etc.
Ergo male contra est preceptum. Ad hoc dicendum quod dicere possumus alicui fatue
animo corrigendi, non autem hominem contempnendi. Et hoc secundo modo prohibet hic vel
animo. Augustinus probat quod aliquem addunt sine causa defendit, quod apostolus Galathas
vocat stultos quos eciam fratres nominat; non enim id fecit sine causa. Et ipse
Christus vocat suos apostolos stultos. Reus erit gehenne ignis. Rabanus

i. digne cerne factore apud deum per ...

offerunt iudicio ... concilio ...

gehennam hic ipse incarnatus salvator appellat. Hic attendendum est quod sicut aggravatur
culpa in nova lege sic et pena. Unde cum de pena infernali fit mentio in veteri
testamento ut de vermis eorum [illegible] aut ut dicit Crisostomus. Quare videtur si pro solo
verbo tantam pati debet penam. Sed non est dubium quin plura mala provenerunt ex
verborum multiplicatione. Quid enim cetera mala que sunt contumeliis sunt principium contu-
meliis enim prius verba faciunt homicidium et sponte integer propter verba subvertitur. Nos
enim magis offendimus flagello lingue quam virge et gladii. Sed dicitur ibi gehenna
est pena dicentis fratri fatue quia convenit pena perimitur homicidium. Solvit
Augustinus dicens esse gehenne dampnum quia convenit homicidium iudicatur. Notandum quod hic
Du[a] possunt esse septem dubitationes. Prima utrum omnis qui occidit reus sit iudicio. 2a
utrum omnis qui irascitur fratri reus sit eius iudicio. 3a utrum sola ira que irascitur
ex compassione sit peccatum. 4ta utrum ira semper que est accensio circa cor sit peccatum.
5ta utrum ira que est appetitus vindicte sit semper peccatum. 6ta utrum irasci fratri unquam
est licitum et utile. 7a utrum ira sit vicium capitale. Ad primam est dicendum quod secundum Augustinum
in libro de civitate dei Manichei putaverunt istud dictum Non occides intelligendum esse de
omni re habente animam unde dicebant homines plantas incidentes et animalia irrationabilia
occidentes homicidii crimine incurrere. In quorum errorem etiam ipse Augustinus lapsus est quod
fiendo plorare dicebat quod evellebat salem sicut ipse recitat in libro confessionum. Sed ut idem
Augustinus ait error et nephas est hoc credere quod iustissima ordinatione creatoris vita
et mors omnium animalium irrationabilium hominum usibus subditur. Ideo restat ut solum
de homine intelligatur cum dicitur Non occides ita quod subaudiatur ut te nec alium. Exprimuntur
tamen quatuor casus in quibus secundum Augustinum in predicto libro et ponitur in decretis 23 q. [illegible] licet
hominem occidere absque eo quod occidens sit reus in iudicio temporali et eterno. Primo si illi qui
dei auctoritate iusta bella gerunt si homines occidunt rei iudicio non sunt. Secundo si iudices
qui publica potestate funguntur malefactores puniunt homicidii crimen non incurrunt quia ut
ibi dicit Augustinus Cum iudex hominem confessum vel convictum de aliquo scelere interficiat non
ipse eum occidit sed lex. 3o si expresso iussu vel precepto dei hoc faciat unde excusatur
Abraham qui filium voluit interficere innocentem. Non enim fecit hoc contra preceptum Non occides
quia precepto dei fecit qui potest in omnibus mandatis 2e tabule dispensare. 4to si
istud fiat privato consilio et occulta inspiratione spiritus sancti. Quia non aliter excusatur
Sampson qui seipsum cum hostibus interfecit et Jepte qui filiam suam sibi de victoria
redeunti occurrentem interfecit nisi quia privato consilio spiritus sancti et occulta eius inspi-
ratione hoc fecerunt. Ad 2am est dicendum quod istam dubitationem movet Augustinus in libro de
sermone domini in monte. Dicit ille qui occidit hominem reus est iudicio et ille qui sine causa
irascitur fratri eodem modo dicitur reus esse iudicio quod amplius est occidere quam irasci. Ad hoc
respondet Augustinus in gehenna ignis id est in dampnatione eterna diversos esse gradus penarum
sicut sunt diversi gradus peccatorum. Vult ergo ibi Augustinus per ista quatuor per irasci sine causa
fratri per dicere racha per dicere fatue et per occidere diversos gradus peccatorum intelligi
ut primo quis irascatur interius tamen iram contineat in corde retentam et sic dicitur irascitur.
2o ut iam illum motum ire per vocem non significativam significet ita quod dicat racha
id est aliquod signum sue indignationis et indignationem ostendat. 3o ut verbo iniurioso et
contumelioso illum iracundie motum exprimat ita quod dicat fatue. 4to quod vindictam
ipse inferat vulnerando verberando occidendo. Et est planum quod unum est gravius peccatum
quam aliud quia in primo motu est ira solum in 2o est ira cum voce tamen aliquid dicente

significante scilicet illum motum ardentem In 3o vero est ira et vox et in voce certa vi=
tuperationis expressio Sed in quarto est ira et vox et certa perversionis expressio et operis
exsequutio unde exsequutio ex illis tribus motibus ire perveniet consequutio operis patet ergo omnibus
illis sunt peccatum mortale dato quod illis tribus motibus ire non superveniat opus Sed
potius deliberatus assensus operis exsequendi et que nocumentum proximo inferendi peccatum mor=
tale fuisset secundum tamen magis et minus Et ideo secundum Augustinum per esse reum iudicio quod convenit
primo motui ire et per esse reum consilio quod convenit 2o motui et per esse reum gehenne
ignis quod convenit tercio motui et per esse reum itaque iudicio quod convenit quarto diverse ma=
iores et diversi gradus penarum infirmi intelliguntur quod licet omnibus peccatis mortalibus debeatur
pena eterna tamen inclinatione non tamen in equalitate intensione Ad 3am est dicendum quod causa
effectiva ire est perversio tota namque causa quare quis irascatur est quia videt se contemp=
ni et perpendi Si ergo aliquis perpenditur et contempnitur propter defectus suos et propter pecca-
ta ex hoc irascatur sibi ipsi et contra semetipsum dicens id quod dixerunt fratres Joseph
merito hec patimur quia peccavimus in fratrem nostrum talis ira que nascitur ex tali perpe=
sione non est peccatum ymo est bona et inducat hominem ad penitenciam unde recitat b.
Gregorius in dyalogo de quodam monacho sui monasterii qui tres aureos absconderat
hec deprehensus fuisset et ob hoc in extremo vite sue a cunctis monachis derelictus et
perpensus esset precipiente ipso Gregorio monasterii patre unde se predictus monachus
propter sua malicia et audiret hunc contemptum et perpensum esse ab omnibus fortiter contra
seipsum fuit iratus et indignatus et sic in tali indignatione sui peccati debitum
ne absolutus demum postmodum facta pro ipso sacre hostie oblatione per triginta dies
apparuit fratri suo dixit se salvandum Sed si quis irridetur et perpenditur propter Christi virtus
appetitus et eius iusticia defendendam et ex hoc irascatur et indignatur contra deum et
contra eum et eius iusticiam defendendam et ex hoc irascitur et indignatur contra deum et
contra proximum et insurgit in blasfemiam contra deum et in clamorem et contumeliam
contra proximum talis ira est mala et peccatum unde dicit propheta in psalmo Nemo vestrum patiatur
contra proximum quasi homicida vel fur vel alienorum appetitor Sed sic pro Christo exprobrationem
non erubescat namque irascitur sed glorificet deum in tali perpessione Ad quartum est dicendum
quod causa ex qua nascitur ira maxime et frequentius est accensio sanguinis circa cor quia
quando accensio sanguinis circa cor si accedat iudicium rationis utique modo potest esse peccatum
unde dicit Gregorius 5to moralium summopere cavendum est ne ira que ut instrumentum virtutis
assumitur menti dominetur ne sic domina precedat sed sicut ancilla ad obsequium parata
a tergo rationis nunquam recedat Contingit tamen quandoque secundum philosophum quod iratus bene incipit audire
iudicium rationis propter id ipsa meditatur iniuriam esse vindicandam sed sic est festinus
ut non attendat vindictam fieri secundum rectum ordinem a iudicio rationis impositum unde
assimilatur iratus ut philosophus dicit ministris festinantibus mandatum domini cepisse antequam
compleverit totum audiat Et quelibet nostra ira prima insurgit ex tali accensione san=
guinis est peccatum sive preveniendo rationis iudicium sive non expectando iudicium rationis
in taxando debitum modum inferendi vindictam pro iniuria illata propter quod
narrat maximus vallerius de Archita tarentino qui cum suus eius eum offendisset
dixit Cruciarem te puerum si tibi iratus non essem quia sic perturbatus fuit ira
quod non diminueret taxaret per rationem quam penam puniret servum eum offendentem Sed si
talis ira que insurgit ex accensione sanguinis sequitur iudicium rationis expectetur
sive modo per rationem taxatus est vindicta inferenda per illata iniuria ne dum non
sit peccatum immo quandoque est virtutis instrumentum ut Gregorius dicit Ad ultimum est dicendum
quod formaliter ira non est aliud quam appetitus vindicte Ex hoc enim quod aliquis perpendit
insurgit enim eius appetitus et voluntas statim vindictam sumere de eo qui perpendit

11.

Vnde sibi hester 2o Cum tu audisset Aman quod Mardocheus non flecteret sibi genua
nec adoraret eum iratus est valde dicens nichil me habere puto cum videro Mar=
docheum sedentem ante fores regias et fecit parari excelsam trabem ut suspenderet
eum. Si ergo aliquis appetit vindictam propter sui satisfactionem non propter dei iusticie ma=
nifestacionem et peccati extirpacionem magis quam propter peccati correptionem et non inordinate
quia non servato ordine iuris talis appetitus est peccatum mortale. Sed si talis appetitus
est ordinatus quod quis appetit vindictam sed propter dei iusticie ostensionem et propter peccati
correpcionem iuris ordine servato ita quod talis vindicta fiat per iudicem et communem
personam non est peccatum. unde dicit propheta letabitur iustus cum viderit vindictam. talis appetitus non est
peccatum. legimus namque multos sanctos viros vindictam malorum petivisse sicut Helias pe=
tivit ut veniret ignis de celo et devoraret duos quinquagenarios principes et eos
qui cum eis erant. Et de beato Thoma legitur quod imprecatus fuit illi qui manum sibi
alapam dedit ut in convivio manus eius a canibus portaretur propter quod si vindicta
et divina ulcio appetitur ad dei iusticiam manifestandam et ad malorum correpcionem
et oppressorum liberacionem peccatum non est. unde hic requirit ordo caritatis. vnde dicit Gregorius
22 moralium Enimvero plerumque solet ut non commissa caritate mala eorum nos letifi=
cet. Et eorum ruinis gloria sine invidie culpa consistat cum mente eo quorundam bonorum eligi=
mus et proficere illos plures [illegible] quam immineat opprimi formidamus. Ad sextam et eodem
quod licitum est et utile est quando irascitur propter amorem primo propter doctrinam audacter proponen=
dam vitans cum audacter et fiducialiter predicata denudat et expellit vicia a cordi=
bus auditorum iuxta illud Exodi xv Misisti iram tuam que devoravit eos sicut stipulam
2o propter iusticiam dei intrepide exercendam Exodi cum Exodi xxxiiio Cum autem descendisset
Moyses de monte et vidisset vitulum et choros iratus est valde et proiecit de manibus
duas tabulas et confregit eas ad radicem montis arripiens quoque vitulum combussit
igne et contrivit usque ad pulverem 3o propter tyrannicam rabiem fortiter repellendam
Nam unde philosophus 4o Ethicorum irasci quibus oportet et quando et quantum est laudabile
et non irasci est insipiens et insensibiles valentibus rempublicam invadere et perturbare
quam non irascentes sunt digni reprobari propter hostium rabiem comprimendam Certo
propter nutriendam viciam rigide refrenanda homines cum considerant aliquorum peccatorum
sibi ipsis irascuntur ex qua ira refrenantur multa mala desideria unde Iob dicit de
scipso Michi ipse vigilans et iratus solus dedita penitenciam quantum ad utilitatem
tangit Crisostomus super illud dicens Omnis qui irascitur fratri suo sine causa sed irascitur reus est qui autem cum
causa non est reus quia sine ira nec iudicia stant nec doctrina proficiat Ad septimam
quod quis potest irasci corde verbo et opere ut ergo quis irascitur corde quia forte credit
personam aliquam pati iniuriam sibi obnoxiam nascitur indignacio Si vero irascitur
verbis sine expressione iniurie nascitur clamor. si cum expressione nascitur contumelia
Si vero deum permittentem blasphemia Si autem modum vindicandi excogitat na=
scitur tumor mentis elacio Sed si quis irascitur opere tunc ex ira nascuntur rixe in quibus
includuntur verbera percussiones vulnera homicidia et multa alia mala. unde
et indignacio tumoris elacio clamor contumelia blasphemia et rixe dicuntur sobo=
les et filie ire sicut patet Gregorius 31 moralium Sequitur textus

Si igitur offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet
aliquid adversum te relinque ibi munus tuum ante altare et vade prius reconciliari
fratri tuo et tunc veniens offeres munus tuum. Esto consenciens adversario tuo cito

Marginal notes (left): "ruente", "o plerorumque"; (right): "eligi"

altare ... cordibus altare tuum ... ad altare spirituale ... [illegible]
... altare debita ... ut adulteri ... [illegible]
... oblata ... placere deo ... [illegible] ... altare
... altare ad ... [illegible]
... altare ... spiritualia ... [illegible]
... sacra doctrina ... spiritualibus
... oblatus ... [illegible]
deo displicet ... oblatum ... [illegible]

tursum oravit et celum dedit pluviam. Deprecatio ad impetrandum vitam contemplativam
Gen 23 Jacob post orationem et luctamen cum angelo obtinuit benedictionem et vocatum est nomen eius
Israel. Tu autem cum oraveris i. orare volueris. Hic docet dominus debitum modum orandi.
Intra in cubiculum tuum primo ad litteram. Commendatur enim locus secretus quia est aptior ad oran-
dum. Judith 9 dicitur de Judith quod ingressa est oratorium suum induet se cilicio et cla-
mavit ad dominum. Simile Thob 3 dicitur de Sara quod perrexit ad secretum cubiculum domus sue.
Item Act 10 dicitur de Petro quod ascendit in superiora domus ut oraret circa horam sextam. Secundo
exponitur: Tu autem cum oraveris i. postquam orationem compleveris quia etiam post orationem insidiatur dyabolus
ut fructum orationis evacuet. Intra cubiculum tuum ne s. mittes animum devotum sed
1 Reg 1 dicitur de Anna quod vultus Anne post orationem non sunt amplius in diversa mutati. Bernhardus:
Multas video lacrimas sed si ex corde esset non ita facile solverentur in risum. Nam Eccli 7 dicitur:
melior est finis orationis quam principium. Ideo dicit Ysidorus: Exiens qualem se in oratione offert tale
se post orationem conservare debet. Et clauso hostio ora patrem tuum. Per quod innuitur quod oratio debet esse secreta.
Sed Bernhardus: Ab orantibus laus humana orantis furatur fructum et frustratur effectum. Et patrem
tuum qui videt in abscondito, cuius oculis omnia nuda et aperta sunt, qui et abyssos intuetur,
reddet tibi fructum orationis et mercedem fidei, qui fructus est multiplex. Pro oratione petrus
remittitur ut supra. Tertio exponitur moraliter: Intra cubiculum tuum. Cubiculum
est secretum mentis intra quod debes colligere spiritum mentis ad orandum. Ysa 26 vade populus meus
intra cubiculum tuum et claude hostia post te. Duo cubicula anime sunt intellectus et affectus.
Intra hec se colligit qui quod orat intelligit et ex affectu profert secundum illud 1 Cor 14: O-
rabo spiritu, orabo et mente. Taliter orabat rex Josaphat de quo dicitur 2 Paralip 20 quod
timore perterritus totum se contulit ad rogandum deum. Et clauso hostio ora patrem tuum. Hostium
anime est per quod via exeunt. Hostium claudit qui a verbis abstinet otiosis. Vel ho-
stium claudit qui sensus corporis custodit ne per ipsos vane et noxie cogitationes intrent ad
animam que solent orantis sacrificium impedire. Eccli 10: Musce morientes perdunt suavi-
tatem unguenti. Figura huius habetur 2 Reg 4 quod Ysboseth interfectus est quia hostiaria pu-
rgans triticum obdormivit. Ysboseth spiritus est, hostiaria ratio que hostium sensuum
non custodit sed potius aperit et temptationes intrantes spiritum interficiunt. Unde conqueritur
Jeremias 9: Ascendit mors per fenestras. Debent autem orantes hostium claudere i.
sensus exteriores a rebus exterioribus abstrahere et ad
interiores ab illicitis refrenare vel interiores a rebus exterioribus abstrahere et ad
cogitandum deum colligere. Et sic ora patrem tuum i. in mente secreta. Psalmus: Apud me oratio
deo vite mee. Psalmus 4: petitiones vestre innotescant apud deum. Unde dicit Isidorus: Longe
est a deo anima qui in oratione cogitationibus seculi fuit occupatus. Gregorius: Clauso ho-
stio orat patrem qui tacente ore in conspectu divine pietatis effundit mentis affectus et vox
cordis auditur in abscondito cum perfecta desideria silenter clamant. Unde psalmus: desiderium pauperum
exaudivit dominus. Sunt autem plures circumstantie orationis ornantes. Primo oratio debet esse secre-
ta ut habetur in Evangelio. 2° munda Ysa 1 cum multiplicaveritis orationem non exaudiam ma-
nus enim vestre plene sunt sanguine. 3° vere(?) humilis Luce 18 publicanus stans a longe
nolebat oculos levare ad celum. 4° devota Jo 4 veri adoratores adorabunt patrem. 5to
fidelis Augustinus: Si fides deest oratio perit. 6to assidua Luce 18 oportet semper orare. 7mo
lacrimosa Psalmus: exaudi deus fletus mei. 8° operosa non enim cessat orare
qui non cessat bene facere. Ultimo humilis Eccli 35: Oratio humiliantis se nubes pene-
trat. Nubes enim penetrare nichil aliud est nisi desideratum premium impetrare. Sed
hic possunt esse sex dubitationes. Prima utrum ad petendum aliquid a deo sit necessaria oratio. Secunda
utrum oratio sit mente vel voce. Tertia utrum orandum sit in publico vel in secreto. Quarta utrum im-
mo sit in oratione petendum vel relinquendum voluntati divine. Quinta utrum in oratione sit multum

dubita[cio]

loquendo vel parum. Sexto utrum sit orandum stando rectus vel genu flexo. Ad primum est dicendum
quod Augustinus istam dubitationem mouet in libro de civitate dei et in epistola ad probam dicens. cum sit deus sciat omnia
antequam petamus adquid nobis necessaria oratio ut sibi aliquid petamus. Ad quod sic respondet
dicit Augustinus in libro de civitate dei. Cum oratio nobis est necessaria quia orantis intentio cor nostrum renouat
et purgat et capacius efficit ad recipiendum munera diuina que spiritualia nobis a deo in
funduntur. Nam verum est quod deus semper est paratus nobis dare suam lucem nec nos exaudit per ambiciarum
nostrarum pondus, sed nos non semper parati sumus recipere quia inclinamur in alia et rerum temporalium cupi-
ditate tenemur. per orationem ergo fit mentis conuersio in deum et purgatio interioris oculi. et actu-
alis intentio in deum quia semper est paratus dare si nos sumus parati recipere. Idem Augustinus in epistola
ad probam hanc solutionem confirmans ait quod deus per orationem vult sibi nostram voluntatem non
innotescere quia non potest ignorare. sed vult nostrum desiderium in orationibus exerceri quo possimus
capere quod ipse vult dare. Nec enim sic sicut communiter debemus putare nos esse narratores quando gratias
et deo preces effundimus ut sibi narremus quod ipse ignoret cum ipse sciat omnia antequam
petamus. sed debemus esse rogatores ut precibus nostris sibi familiaris effectus nobis largiatur
que ipse cognoscit et vult nobis dare. Nam aliud est narrare alicui quod ignorabat et aliud
est petere scienti. per orationem igitur non narramus aliquid deo tamquam ignoranti. sed petimus
ab eo tamquam sciente. Ad secundum est dicendum quod oratio communis que sit in persona omnium fidelium et
totius ecclesie fienda est in publico loco et in publica voce et racione ministrorum qui orant et
racione fidelium in persona quorum orant. nam minister ecclesie non orat pro se ipso solum ymmo pro
omnibus fidelibus dicente apostolo ad hebreos v. Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro omnibus
constituitur in hiis que sunt ad deum. unde sic pro omnibus deum orare sic debent orare et tali loco
ut ab omnibus possint videri et audiri. propter quod super illud verbum psalmiste In ecclesiis benedicite
domino dicit Glosa Augustinus quod hoc verbum est dictum in persona ministri ecclesie loquentis deo In
ecclesiis benedicite domino. et si diceret fidelibus tuis quos vocasti benedictionem tuam non occultavi
ut per me benedicant ab eis quos modo exemplo. oratione et doctrina. informare
voluisti. Ex parte vero populi in persona cuius orant. dicitur esse talem orationem sit in communi loco
quia per hoc excitatur multum affectus audiencium et orancium quando audiunt voces ministrorum
ecclesie cantancium et psallencium in psalmis et in ympnis. Vnde dicit Augustinus ix confessionum
loquens deo. voces ecclesie tue suaue sonantes in ympnis et canticis influebant auri-
bus meis et eliquabatur veritas tua in corde meo et effluebant lacrime et bene michi
erat cum eis. et sic quod Augustinus dicit ad probam. tanto per orationem sequitur dignior effectus
quanto precedit feruencior affectus. Oratio enim singularis persone potest fieri in secreto et publico loco
dum in interiori orantis semper feratur in deum et propter deum. Ad tercium est dicendum quod oratio priuata sine
† persone tuis et conueniens est quod fiat similiter in mente quam voce clamosa. secundum Cyprianum
in suo tractatu de oratione propter tres raciones. prima quia deus voce clamosa non est pulsandus. sed
consciencia tacita placandus est cum ipse sit cordis auditor. Secunda quia secretas peticiones non oportet
alium scire nisi deum. Tercia quia clamose orans alium in se existentem impedit ab oratione.
Quarta ut impios demones non incitet qui nobis orantibus semper insidiantur. celatur nostre
peticionis intencio. Vnde legitur primo Regum i de illa sancta Anna matre Samuel quod lo-
quebatur deo in corde suo tantum. labia eius mouebantur et vox penitus non audiebatur.
Ad quartum est dicendum quod quamuis solutio datur ad hoc quia quedam sunt bona quibus possumus bene et
male uti sicut bona corporalia et temporalia et ad talia non debemus determinate petere. sed sub condi-
cione ut si nobis debeat prodesse ad consequendum salutem et quod debeamus eis uti virtuose ad
laudem dei deus ipsa nobis concedat aliter non. Sed quedam sunt bona spiritualia quibus male
uti non possumus sicut omnia bona virtuosa et talia determinate debemus petere. sed Augustinus
ad probam pertractans illud verbum apostoli ad Romanos viii. Quid oramus nescimus sicut oportet ex-
presse dicit quod eciam bona spiritualia dato quod sic bonis non possumus male uti formaliter
nescimus tamen utrum nobis expediat quod forte nobis sunt materia superbiendi Nam si nunc conueniat

absque omni stimulo carnis bonum quid erat, et tamen non gloriabatur apostolus quod in tali sti-
mulo virtus eius perficiebatur. Quia igitur in omnibus bonis que oramus nescimus si aptius vota nostra nobis
expediant, illa que petimus et sint nobis proficua, ideo dicendum quod in hiis que petimus iuxta
apostoli documentum petere spiritus sancti auxilium ut ipse in gemitibus et orationibus faciat nos petere
que nobis expediant et placita sint dei voluntati, ut non debemus esse proprii in nostra voluntate,
sed ex toto debemus nos committere dei beneplacito. Unde secundum Augustinum apostolus non ignorabat que in dominica
oratione continebantur, ubi inter alia continetur: sed libera nos a malo, et tamen nesciebat quod li-
berari ab illo scilicet malo quo angelus sathanas colaphizabat ipsum non expediebat sibi. Co-
mittendum est ergo totum votum nostrum deo, et ipse nichil nobis evenire permittet quod nobis noce-
at. Et hoc est quod Augustinus dicit primo libro Soliloquiorum circa finem: Constat deo credere, cuius to-
tum te committe quantum potes, et noli esse tui proprius et in tua potestate, sed illius clementissimi et
utilissimi dei te servum profitere. Ita enim te ad se sublevare non desinet, nichilque evenire per-
mittet quod tibi non prosit, etsi nescias. Solus ergo deus in oratione petendus est qui visione
sua et fruitione nos frustrari non permittet, sed media quibus nos ad se deducat in sua
voluntate relinquenda sunt. Et convenit sive satis est conforme dictum Socratis philosophi qui ut Valerius
recitat, nichil ultra a diis immortalibus arbitratur esse petendum nisi quod bona tribuerent, quia
meditabatur illos melius scire quid unicuique expediebat quam homines ipsi sciunt petere.
Ad tertium dicendum quod secundum Crisostomum in oratione non est multum loquendum multitudine petitorum, quia
non debemus multa et curiosa petere, puta potestatem et gloriam seculi, inimicos superare et ha-
bundantiam diviciarum. Est in multum loquendo diuturnitate temporis, quia dicente apostolo oportet semper
sine intermissione orare. Non igitur prohibet salvator secundum Crisostomum multum esse in oratione per diu-
turnam permanentiam temporis, sed prohibet multum loqui per multitudinem eorum que petuntur. Solum
enim est petendum quod deus misereatur nobis et largiatur quod nobis novit fore expediens.
Unde legitur in vitis patrum quesitum fuisse a sancto Macario per quem modum debet orari.
Ad quod sic respondit: non sunt vero orationi necessaria superflua verba, sed corde compuncto dicere:
Deus auxiliare nobis, miserere nostri; ipse enim nosti que nobis expediunt. Sed aliter exponit
Augustinus in epistola ad Probam dicens quod aliud est loqui in oratione et aliud multum precari. Nam mul-
tum loqui est in orando necessariam rem superfluis agere verbis, sed multum precari est ad eum
quem precamur diuturna et pia cordis excitatione pulsare, et plerumque hoc negotium plus
gemitibus quam sermonibus agitur, plus fletu quam affatu, quia dicente scriptura ipse deus
lacrimas ponit omnium in conspectu suo, et gemitus ab eo non est absconditus. Ex quo patet quod secundum Augustinum
salvator noster in oratione multam locutionem non prohibet, multam precationem super una et eadem
re possumus diu precari diuturna affectione sine multiloquio, quia in oratione ipsius salvatoris nostri
ut ait Augustinus non sint sermones multi, sed diu sint diuturni affectus, quia scriptum est quod prolixius orabat
in oratione, et quod prolixius orabat. Dicit eciam ibi Augustinus quod fratres qui erant in Egipto crebras
quidem et diuturnas faciebant orationes, eas tamen brevissimas et raptim et quodammodo
iaculatas, ne fervens intencio que in oratione est necessaria evanesceret. Ad quartum dicendum
quod secundum Crisostomum orans non debet facere quod aspiciant homines, vel clamando vel pectus percuciendo
vel manus expandendo. Sunt enim in oratione precipue duo vicia vitanda: primo inanis
gloria, ne per illud quod exterius ostendit merito a mercede orans evacuetur, et ideo cavent
motus et actus in oratione vitandi per quos orans inanem laudem et inanem gloriam non possit
effugere. Secundo superbia, et sic magis est orandum genu flexo quam stando, quia orando genu-
flexo est signum magis interioris prostracionis et humiliacionis quam orare stando. Unde super illud
verbo Luce xxij: positis genibus orabat, Gregorius dicit quod evangelista [illegible] pronus terre
supplicare maioribus facto audiente maiestatem quam rogat quam qui rogat, et quod planum
est humanam naturam deo [illegible] condignum, ideo ille qui languores nostros portavit ac pro nobis
intercessit per humanam naturam quam suscipere dignatus est genuflexit orando, sicut ipse oravit.

non esse superbiendum sed per omnia humilitati conformandum. Unde ille phariseus qui stans orabat a deo reprobatus est quia in modo et situ orandi superbiam ostendit. et dato quod publicanus stando oraret similiter quia mos erat iudeorum stando orare forte quia stantes in monte synai legem receperunt sicut dicitur exo. xix. prostratum tamen habebat affectum quia ut dicit Crisostomus in biga publicani erat peccatum cum humilitate in biga vero pharisei erat iusticia cum superbia. et tamen biga peccati cum humilitate superavit bigam iusticie non propriis viribus sed ratione humilitatis. quinto iii libri regum viii c. Salomon completo templo domini orans procubuit utrumque genu in terram flexerat et manus expanderat ad celum. et quanto magis dominum orans vult impetrare tanto magis humilitatem suam debet in oratione monstrare. Consimiliter super illo verbo actuum vii positis autem genibus dicit Glossa quod beatus stephanus pro se orat stando sed pro suis persecutoribus orat positis genibus quia quorum erat iniquitas maior maius remedium supplicandi postulabat.

Sic ergo vos orabitis. ~~posita maiori instructione quantum ad orantis devotionem impetrare ista ut supra dicebatur docet instructionem morum quantum ad ipsius orationis formationem~~ [margin: unde quantum ad [illegible] circa premissa ista] et primo explicat formam orandi in generali. 2o explicat septem petitiones in hac oratione positas in speciali ibi pater noster. Ad intellectum ergo premissorum est sciendum quod sicut scribitur luce xi discipuli videntes christum orare in quodam loco dixerunt ad eum domine doce nos orare sicut Johannes baptista docuit suos discipulos. nam quidem ut Glossa dicit quod apostoli cognoverunt multas orationes in veteri testamento esse scriptas sed quia nova quedam et promissiones viderunt in christo novam formam orationis postulaverunt et ne repulsam paterentur de eorum petitione Johannem baptistam induxerunt in exemplum. Audiens salvator eorum petitionem ait Sic ergo orabitis vos secundum formam scilicet quam infra vobis explicabo. Sed ad notitiam et preambulum quedam eorum que pertractantur dicenda sunt in hac dominica oratione propter eo quod dubitabatur. Prima utrum ista oratio sit excellentior omnium aliarum. Secunda utrum in hac oratione solum contineantur septem petitiones. 3 utrum liceat orantibus alia petere preter illa que petuntur in hac oratione scilicet pater noster. 4 utrum septem petitionibus que hic ponuntur correspondeant septem dona spiritus sancti. 5 utrum istis vii donis correspondeant vii beatitudines supra notate. Ad primam est dicendum quod secundum Damascenum libro 3o c. 24 oratio est petitio decentium a deo. que petitio quinque debet habere. primo ex parte eius a quo petitur securitatem secundum illud Jacobi. petentis negligentia reprehenditur qui de divina potentia et securitate dubitat. 2o ex parte eius quod petitur honestatem unde petitis et non accipitis eo quod male et inhoneste petitis ut dicitur Jacobi 4to. 3o ex parte modi petendi ordinis congruitatem ut dicit salvator petamus primo regnum dei et iusticiam eius et hec omnia temporalia nobis adicientur per hunc modum. Quarto ex parte temporis in quo petitur continuitatem quia oportet semper orare et petere et non deficere. Quinto ex parte orantis humilitatem quia oratio humiliantis se nubes penetrabit. Debet ergo ista oratio quinque ista habere. Primum quod dicit Cyprianus in suo libro de oratione. Ista dominica oratio quantum ad ista quinque extollit omnem orationem. Primo in securitate quia nunquam potest dubitare exaudiri cum orationes et preces quas ipse filius dei docuit apud patrem loquimur qui bene cognoscit verba filii sui maxime quia ipse filius est advocatus noster cuius verba loquimur semper est apud patrem. Cum ista oratio multum amica et familiaris est deo patri de filio rogante et verba sui filii ad aures pervenire. Ideo cum securitate accedere possumus cum ista oratione ad thronum glorie eius quia infallibiliter gratiam consequemur et misericordiam inveniemus. Secundo in petitionum honestate quid enim mali quid indecentie potest continere ista oratio que est formata ab ore illius in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie dei absconditi et qui est dei virtus et dei sapientia. Si enim formata esset a puro homine quia secundum apostolum quid oremus nescimus dubitare possemus ne aliquid inhoneste et indecenter peteremus. Sed ex quo formata est ab illo qui est fons sapientie in excelsis omnis dubitatio impetrandi excluditur. Tertio in modo petendi ordinis congruitate petitur enim in hac oratione primo illa que ordinant in divinorum devotionem et subiectionem. sicut quod in nobis sanctificetur nomen suum et quod suum regnum super nos veniat et eius voluntas fiat in nobis sicut fit in celo angelis. et per hunc modum petuntur illa que nos ordinant ad istorum temporalium et

corporalium sustentatorum et malorum liberatorum. Unde ista oratio ordinatissima est / nec mirum quia
formata ab eo qui posuit omnia in numero pondere et mensura / Certo continuitate quia
de ista oratione salvator dixit oportet semper orare quod est desiderii affectione continuis (viii)
non superfluorum platione / licet enim secundum Augustinum in oratione non debeat esse semper continua parte
expressio quia vacatur et in talibus negotiis semper tamen est necessaria continua affectio sed frequens per
sicut intentio. Unde hac de causa salvator hanc orationem brevissimam ordinavit / ut
facilius diceretur et frequentius diceretur et fortius retineretur et a nullo ignoraretur / Certo in
simplicitate non ille in hac oratione docuit qui dixit discite a me quia mitis sum et humilis corde
ab initio enim superbi non placuerunt deo sed mansuetorum et humilium placuit deprecatio /
Ad 3am est dicendum / quod in hac divina oratione petuntur illa que nos iuvant ad consequendum
beatitudinem ad quam adipiscendam duo sunt necessaria / primo divinorum bonorum dilectio et con-
templatio / 2o nocivorum malorum et nocivorum defectuum remotio et relevatio / In bonorum
autem divinorum contemplatione triplex possumus deficere / primo in eorum veneratione ne a vobis contemp-
nantur et in hoc iuvari petimus per primam petitionem qua dicimus sanctificetur nomen tuum / In qua petitione
admonemur secundum Augustinum ut nomen domini quod semper sanctum est etiam apud homines sanctum habeatur id est ne contempnatur
quod non deo sed hominibus prodest / Secundo in eorum adeptione ne consecutione et fruitione divinorum
bonorum frustremur et puniamur et in hoc iuvari petimus per petitionem secundam qua dicimus adve-
niat regnum tuum / quod secundum Augustinum sive velimus sive nolumus veniet / petimus enim ut veniat ita
quod in nobis et nos ipsum regnare mereamur / 3o in eorum subiectione ne in aliquo voluntati divine
et preceptis eius resistamus et in hoc iuvari petimus per tertiam petitionem qua dicimus fiat voluntas tua
sicut in celo et in terra. In qua secundum Augustinum petimus divinam clementiam ut sic a nobis fiat voluntas
eius in terra sicut fit ab angelis in celestibus / Secundo est nobis necessaria malorum remotio et
defectuum relevatio / Sunt enim in nobis quatuor defectus / primus est naturalis continuus ad vite indige-
ntiam et in hoc petimus relevari per quartam petitionem qua petimus panem nostrum cotidianum da nobis
hodie ut nomine panis secundum Augustinum omnia vite necessaria intelligantur / 2us defectus est culpe com-
misse ad iram provocativa nocentiam et in hoc petimus relevari per quintam petitionem qua dicimus dimitte
nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris / 3us defectus futuri periculi quod timetur continuus ad displicentiam
temptationis imminentiam et in hoc petimus relevari per vi petitionem qua dicimus et ne nos inducas in temptationem / vel consensum temptationis
in mente secundum Augustinum deseramur divino adiutorio ut consentiamus temptationi / vel deficiamus in tribulatione et infirmitate dif-
fidentiam et in hoc petimus per petitionem septimam qua dicimus sed libera nos a malo / Ad 3am respondet:
vel tedeamus afflicti / 4tus defectus mali presentis continuus ad tristitiam
Cyprianus in libro suo de oratione dicit Ecce nec potest esse apud patrem magis vera et digna oratio quam
que a filio qui est veritas de eius ore prolata ut aliter orare quam ipse docuit non ignorantia
sola sit sed et culpa / eum ipse posuit et dixit reicit mandatum dei ut statuatis traditionem vestram /
sed ergo Cyprianus culpa et peccatum est petere aliena / vel aliter orare quam in hac oratione divina
positum est / Sed Augustinus in epistola ad Probam ista questionem sollicite pertractans ait / quod orantes vel
conorat carnaliter et petit non convenientia sue saluti vel orat spiritualiter / Si ergo oramus
spiritualiter sic docet / tunc quecumque verba dicimus que affectus orantis vel precedendo formant
vel clarificant vel consequendo attendit ut crescat / nichil additur quam quod in ista oratione co-
ntinetur positum est / Nam qui dicit id quod in ecclesiastico scriptum est clarificetur nomen tuum in gentibus
sicut clarificatum est in nobis non orat aliud nisi sanctificetur nomen tuum / Item vero dicit
ostende faciem tuam et salvi erimus non aliud orat quam adveniat
regnum tuum / Item autem dicit / dirige gressus meos secundum eloquium tuum et non dominetur mihi omnis in-
iustitia non aliud orat quam fiat voluntas tua / Item vero dicit divitias et paupertates ne dederis mihi
sed tantum victui meo tribue necessaria / non aliud orat quam panem nostrum cotidianum / Item autem dicit
memento domine David et omnis mansuetudinis eius / et qui non reddidi retribuentibus mihi mala hic orat dimitte nobis debita
nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris / Et qui dicit aufer a me concupiscentias ventris et desiderium
concubitus ne apprehendat me / nichil aliud orat nisi et ne nos inducas in temptationem / Et qui dicit
libera me ab inimicis meis et ab insurgentibus in me libera me / hic orat libera nos a malo /

Et si per omnia verba scripturarum discurrat nichil inveniet secundum Augustinum quod in ista dominica
oracione non contineatur et concludatur. Et subdit Augustinus quod quicumque orat illud dicit quod ad istam
ewangelicam peticionem pertinere non possit, eciam si solicite orat carnaliter orat quod ad istam
suo quare non dicatur, tamen spiritu sancto renatos non decet orare nisi spiritualiter orac. Et nunc
Augustinus concludit veritatem quod omnes qui libenter deo et orant alijs dicunt alijs verbis eciam tamen
orando dicere sed non deo sibi ee liber alia dicere. Ad quartum dicendum quod secundum Augustinum istis septem
peticionibus respondet septiformis gracia spiritus sancti. Nam quod nobis dominus nomen et sanctum et dulco-
rosum sit quod petitur per primam peticionem fit per donum sapiencie. Quod vero regnum dei veniat
in nobis ita quod regnemus cum ipso quod petitur per secundam fit per donum intellectus quia oculo
mentis deus a nobis videtur. Quod autem deo simus obedientes eius voluntate implendo
et semper eligendo quod sibi placitum est, quod petitur per terciam fit per donum consilij.
Quod autem temporalia et necessaria vite accipiamus ad dei laudem et observacionem eius manda-
torum quod petitur per quartam fit per donum fortitudinis. Quod vero non reddamus mala
pro malis sciendo conversari in medio pravorum et perverse nacionis fit per donum sciencie
quod petitur per quintam. Quod autem temptacionibus non intremus et quod nobis ex proximis temptacionis
intencionibus compaciamur quod petitur per sextam, fit per donum pietatis. Sed quod liberemur
a malo quod per septimam petitur fit per donum timoris quia ab omni malo liberari
meretur qui propter dei timorem honoribus se subicit ut dicit Augustinus. Ad quintum dicendum quod secundum
Augustinum in libro de sermone domini septem sunt beatitudines perficientes homines in vita ista &
quibus in futuro habebunt quandam beatitudinem et leticiam certam. Nam octava beatitudo quam dicitur
beati qui persecucionem paciuntur propter iusticiam non perficit sed est perfecte et declaracio aliarum. Iste igitur
vij beatitudines secundum Augustinum libro supradicto correspondent vij donis que nobis collata per septem peti-
ciones quas petimus in oracione dominica. Nam dono sapiencie correspondet 1a beatitudo qua dicitur beati pacifici
quoniam filij dei vocabuntur. Et est cum pacifici quandam divinam similitudinem per quam preit anima spiritualiter
et super humanum modum iudicare quod pertinet ad donum sapiencie. Dono vero intellectus correspondet
ija beatitudo que dicitur: Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Nam secundum Augustinum deus non videbitur nisi
a purgatissimis mentibus quia mentem purgatam habere fit per donum intellectus. Dono
autem consilij correspondet iija beatitudo que dicitur: Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Nam renunci-
are omnibus temporalibus spiritu et voluntate est consilium spiritus sancti. Dono vero fortitudinis correspondet
illa beatitudo qua dicitur: Beati qui esuriunt et siciunt iusticiam quoniam ipsi saturabuntur. Cum enim omnes
volentes pro Christo pie et iuste vivere persecucionem paciuntur, in dono fortitudinis habere ee non potest.
Dono sciencie correspondet ija beatitudo qua dicitur: Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Lugere namque
sua et aliorum peccata et scire portare prospera et adversa super humanum modum pertinet ad sciencie donum.
Dono autem pietatis correspondet ija beatitudo que dicitur: Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur.
Compati enim super humanum modum aliorum miserijs pertinet ad donum pietatis. Sed dono pietatis timoris
correspondet ija beatitudo que dicitur: Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram illam in qua de qua
scriptum est portio mea domine sit in terra viventium. Notandum de preparacionibus ado-
randi unde adoraturus quilibet debet se preparare iuxta id Ecclesiastici 18 Ante oracionem prepara animam tuam.
Hec autem preparacio duplex est scilicet remota et propinqua. Remota duplex exterior et interior.
Interior triplex prima consciencie purgacio. Iohannis 3 Si cor nostrum non reprehendit nos fi-
duciam habemus ad deum. Peccatores deus non exaudit. Ysaie 1 Cum extenderitis manus vestras ad orandum
non exaudiam. 2a mentis humiliacio. Psalmus respexit in oracionem humilium. Judith 9 humilium et
mansuetorum etc. 3 iniuriarum dimissio capitulo xj Cum stabitis ad orandum remittite si quid habetis
dimittite etc. Qualiter enim hic vult deum in oracione habere et invenire ut quod petit impetret
retineat accipiens ab eo. Ecce sciendum cum petimus est in consciencia iudex ille incorruptus semper
presidet intrinsecus menti. Arguit peticionem in homine interiori et ideo consciencia continuum peccat
et in oracione presistit se tremit et diffidit exemplo Cayn qui proiectus a facie domini ca-
pud habuit tremulum ut exponit sanctus et semper timebat occidi. Si enim non est peticio in
consciencia tunc in oracione petimus vere sentitur quedam intrinseca concepta leticia. Unde in libro de

Collatione patrum preterea se exaudiendum supplicans quisque non dubitet quod se non dubi-
tanter exaudiri. 2 meritum humilitatis propter quod respexit in orationem humilium Judith 9 humi-
lium et mansuetorum etc. Et nec enim maior humilitas quam deus omnipotens voluit esse per assump-
tam humanitatem nobiscum voluit esse in matris ventris ergastulo ubi est locus om-
nium qui inde trahunt originale peccatum, nasci in diversorio ubi locus est dimittentium et afflic-
torum, poni in stabulo ubi locus est iumentorum, pati in patibulo ubi est locus latronum
et captivorum, claudi in tumulo ubi est locus mortuorum. Humilitas et pana humano
satis innuit quod debet petere humiliter non presumendo de meritis sicut phariseus luce 18. Vero
cum humiliter fecit et pene. Sic petebat illa sunamitis 4 regum 4 de filio susci-
tando vel in montem et apprehendit pedes elizei quod numquid petivi filium a domino meo, quia
quem humiliter petit considat et ascendit in montem domini meritis. Propterea iusta mea sic mons
dei et descendit ad valles sue miserie reputans se vilissimam in hoc non hominem et sic
mortuus supplicijs petit ut spiritum suum quem deus tenuit per naturam, resuscitet per gratiam quam
mortuus est per culpam. 3 iniuriarum dimissio Marci xj cum stabitis ad orandum, ac stare
volueritis dimittite etc. Et vale cum hoc vult deum in oratione habere et invenire scilicet nisi
cordem talem se deus exhibere Ecclesiastici 28 In homine sibi similem non habet misericordiam. Et de peccatis suis
deprecatur. Exterior similiter triplex, prima est preceptorum impletio quia sicut ait ysidorus
si quod precepit dominus facimus, id quod petimus sine dubio impetramus. Econtra Gregorius clamantem tempore
angustie deus non audit qui praecipientem tempore deum in preceptis suis clamantem non audit. [1]
Proverbiorum 28. Qui declinat aurem suam ne audiat legem etc. 2 fratris offensi reconcili-
atio Matthei v. Si offers munus etc. 3 operum misericordie exhibitio. Oratio enim est ancilla
ancilla que celum penetrat, et hoc duabus alis scilicet ieiunio et elemosina. Thobie 12
bona est oratio cum ieiunio et elemosina. Unde de elemosina quod mittit orationem, Psalmus ysaie 58 effringe
esurienti etc. Et sequitur Tunc invocabis me et dominus exaudiet etc. Ecclesiastici 29
Conclude elemosinam in sinu pauperis et orabit pro te. Crisostomus super Matthei Oratio infirma
est que elemosinarum largitione munita non est. De ieiunio Danielis 9. Posui faciem
meam rogare ad dominum in ieiunio. Hec est trina magorum oblatio. Effugat enim por-
aurum, thus, mirra. Interior similiter est triplex exterior et interior. Interior triplex
prima cordis ad se revocatio Ecclesiastici 30 Colligite et congrega cor tuum in sanctitate eius
Augustinus in libro Confessionum dulcedo felix et secura colliges me a dispersione
in qua frustratim discissus sum dum ab uno te aversus in multa evanui. Unde Da-
vid in psalmis. Cor meum dereliquit me. Et 2 regum 7 quod invenit servus tuus cor suum
ne oraret te orationem hanc. Quanto magis enim cor ad se colligit tanto virtuosius orat.
2 paralipomenon 20 Josaphat contulit totum cor suum ad orandum dominum. Secundum est intentionis
ad deum applicatio Job 34 Si direxit ad deum cor suum, spiritum eius et flatum ad se trahet
Ideo dicit ysidorus Primo purgandus est animus et a rerum temporalium sollicitudine segregandus
intentionem cordis puram ad deum dirigamus Tunc enim veraciter oramus cum aliunde non
cogitamus. 3 est affectionis devote inflammatio que maxime fit per meditationem
cum miseriam inspiciam et tertia dei bonitatem et nostram miseriam Hugo in libro de virtute orandi
Tu inquam miseriam et cum nostra miseria simul et eius misericordiam
Et non studio et quo affectu a nobis orandus sit deus ex nostra miseria simul et eius misericordia
considerare possumus In consideratione miserie nostre quid nobis necesse sit petere In considera-
tione dei misericordie quo desiderio debeamus postulare meditatio nature assidua scilicet stricta
compunctionem, compunctio devotionem parit, devotio orationem perficit. Stricta est cum homo ad
agnitionem sui illuminatur. Compunctio est cum ex consideratione malorum suorum cor interius
dolore tangitur. Devotio est pius et humilis affectus in deum qui ex compunctione generatur
devotus cum magnitudine malorum suorum terretur et diffidens de propriis viribus ad deum se
convertit et tanto ardentius patrocinium illius expetit, quanto sibi minus extra

relictum esse videtur in animo quam fide possit dicit hugo. De hac interiori preparatione dicitur

gestu
assensi

ps. preparationem cordis eorum audivit auris mea tua. Exterior preparatio consistit in tribus scilicet in situ habitu et gestu. de situ certum quod licet orare stando aut sedendo orando iacendo unde augustinus ad simplicianum nam et stantes oramus sicut publicanus et flexis genibus sicut in actibus apostolorum legimus et sedentes sicut david et helias nisi et iacentes oramus non esset scriptum in psalmo lavabo per singulas noctes lectum meum dicit augustinus. de habitu notandum quod oratorem decet habitus humilis et abiectus ut enim dicit ambrosius super i epistolam ad thimotheum ii. mi. vult in oratione expandi amota a se pompa intelligat se debere ut magis provocet. habitus namque superbus non impetrat nec deserta facit credi. Siquidem et apostolus eciam mulieres nec dum viros iubet orare in habitu ornato cum verecundia et sobrietate non in tortis crinibus i thi. 2. Super quo dicit ambrosius horret deus actorem animam cum mulierem te corpus liberum a se fetum videtur metallo obligatum quantoque hominibus splendida videtur tanto magis a deo despicitur. propter hoc Judith oratura pro populo induit se cilicio Judith 9 Hester oratura regales vestes deposuit et luctui apta suscepit hester 14 Daniel dicit se faciem suam posuisse ad deum in sacco et cinere daniel 9 dicitur eciam inde affectus animi excitatur. unde augustinus libro de cura pro mortuis gerenda orantes quamvis interior cordis eorum et voluntatis invisibilis deo soli nota sit visibile tamen de membris sui corporis sui faciunt quod supplicantibus congruit velud genua figunt manus extendunt solo se prosternunt non ut hiis inditiis hominibus prodicantur sed quia hiis magis se excitat homo nam hii motus corporis fieri sine motu animi precedente non possunt. Et ideo eius rursus visibiliter exterius factis ille interior invisibilis qui eos facit augetur. et per hoc cordis affectus crescit dicit augustinus. de genuum flexione libro 3 regum 8 de Salomone quod flexis genibus oravit 2 paralipomenon viii. In Ewangelio quoque luce 22 accessit ad ihesum quidam homo provolutus genibus. Et in beato Stefano actuum 7 Apostolus ephe. 3 flecto genua mea etc. Sed cavenda est illusio eorum qui supplices in eccles[i]a genua flectunt tamen ex consuetudine vel simulatione. Tales enim assimilantur illis qui flexis genibus illuserunt christo. de quibus marci 27. de manuum elevatione dicitur. Trenorum 3 levemus corda nostra cum manibus i thimothei 2 levantes puras manus sine ira et disceptatione. de pectoris tunsione dicitur luce xviii in publicano lucas 18 De faciei autem et oculorum elevatione psalmus ad te levavi oculos meos. Et beatus martinus oculis ac manibus in celum. Hec tamen pressis pressuris preficientibus et perfectis conveniunt Job xi si iniquitatem que in manu tua est abstuleris. Sed de incipientibus loquitur Esdra pro populo deprecari volens et peccata eorum que super se assumens dixit deus meus confundor et erubesco levare faciem meam ad te Esdre 9. De oris autem quam apertione aut compressione nota quod quibusdam magis expedit orare verbo ut infirmis et incipientibus quibus per ipsa verba excitatur affectus quibusdam vero silentio et solo affectu et desiderio ut perfectis et exercitatis in spiritualibus Nam sicut oracio ista intra cubiculum tamen etc. et cuilibet videtur magis hoc et proprie admonitum ut incluse. Nam si etsi in oratione in lacum loquitur Exang parum loquitur quia deus non verborum sed cordis auditor est Ambrosius libro de sacramentis Enim in silencio fidei orat deum cordis ac renum scrutatorem esse confitetur. Notandum tamen est quod sunt alique conditiones requisite ad hoc quod oratio sit efficax ut potest colligi ex illo verbo Joh. 16 Si quid petieritis

Contrahere alibi de
Beda

patrem in nomine meo dabit vobis. Prima est ut petantur spiritualia bona. Ideo dicit: si quid
quod cum petimus licitum est et si in se sit aliquid comparatum ad spirituale nichil est. Sap.
vii: divitias nichil esse dixi in comparatione illius. Et Jeremie 4to: aspexi terram et ecce erat
vacua et plena nichili. Sunt autem spiritualia bona vita eterna et ad eam consequendam promo-
tiva. De primo ait Matthei vi°: primum querite regnum dei. De 2° Luce xi ubi dantur tres panes
petere per quos intelliguntur que ad vitam eternam promovent scilicet contritio, confessio et
satisfactio, vel culpe dimissio, gratie infusio, glorie adeptio. Exemplum de Salomone 3 Regum 3
cui non petivit temporalia et ideo placuit eius oratio domino. Secundo dicitur quare ait ibi Christus docet
dominus petere temporalia scilicet panem nostrum cotidianum. Respondeo: temporale relatum ad spirituale iam
est aliud. Exemplum de Jacob qui petivit temporalia ordinando ea in gloriam dei etc. Ex quo
patet quod licitum est nobis petere temporalia, quia illud quod licet desiderare etiam licet postulare, cum po-
stulatio sit executio desiderii. Sed licitum est temporalia bona moderate et in ordine
ad eterna desiderare, et sic modo licet etiam ea a deo patre in oratione postulare. Ideo dominus
orationem nobis dictans inter cetera nos orare sic docuit: panem nostrum cotidianum da nobis etc.
Non tamen ut vult beatus Augustinus quod temporalia et corporalia sub conditione petentur. Unde premissa
oratione pro spiritualibus et eternis in libro Soliloquiorum inquit: De salute corporis mei
deus nescio quid utile sit ex illo vel eis quos diligo, tibi domine illud committo, sed
hoc tuam oro clementiam ut me penitus convertas ad te, nichil quod michi repugnet faciat
tendenti ad te. Proverbio j: Stulti ea que noxia sunt cupiunt. Ro. 8: Quid
oremus nescimus. Exemplum de sancto Thome Cantuariensi qui petivit a febribus
liberari sub conditione etc. et de quodam peregrino sancti Jacobi etc. Sed queritur si quid
determinate in oratione debeamus petere. Respondeo: si illum considerans a quo petimus, non
est necesse aliquid determinate petere quia et ipse omnia novit et quibus egemus, ait Matthei 6:
Scit enim pater vester celestis quia omnibus hiis indigetis. Ibidem: Scit enim pater vester quid vobis
opus sit antequam petatis eum. Et Petrus i Petri ultimo: omnem sollicitudinem vestram proici-
entes in eum quia ipsi cura est de vobis. Sed si considerans orationem ex parte nostra qui
oramus, tunc utile est nobis aliquid determinate petere. Et notantur secundum beatum Augustinum tres cause.
Primo propter maiorem attentionem quia cum aliquid determinate petimus magis mentem intentam
ad aliquid applicamus. Exemplum de beato Bernardo qui non potuit unam orationem dominicam
complere sine inani cogitatione vel evidentia. [illegible] hic lab me [illegible] etc.
Secundo propter nostri profectus augmentum; nam dum aliquid determinate petimus iam nobis ipsis in
processu orationis innotescit quantum profecimus in desiderio illius vel pro quo postulamus.
Gal. i: Sic stulti estis ut cum spiritu ceperitis. Tercio propter maioris fervoris excitationem quia bona de-
terminata magis movent et accendunt desiderium, et que magis desiderantur illa
ferventius postulantur. Job 6: Quis det mihi ut veniat petitio mea. Secunda condicio quod si-
at cum perseverantia. Ideo dicit petentibus scilicet perseverant. Luce 18: Oportet semper orare et
non deficere. Luce 22: factus Ihesus in oratione prolixius etc. Et i Thess. v: Semper gaude-
te, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite; hec enim voluntas dei in Christo Ihesu in
omnibus vobis. Talis erat beatus Martinus de quo legitur quod oculis et manibus in celum semper erat
intentus, invictum ab oratione spiritum non relaxabat. Sed dicitur quod videtur non esse possibile hominem
semper orare. Dicitur quod non desinit orare qui non desinit in bonis etc. Tercia condicio est ut fiat cum con-
cordia et intentione recta. Matthei 18: Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quam-
cumque petierint fiet illis a patre meo qui in celis est. Concordes orant qui unanimiter devo-
te adorant. Ro. xv: Unanimes uno ore unanimiter deum etc. Ideo templa edificata sunt

Item qui corde pacifico orat Marci xi Si dimiseritis hominibus peccata eorum dimittet et vobis pater vester peccata
vestra. Marci xi Cum stabitis ad orandum dimittite si quid habetis contra aliquem ut pater qui in celis est dimittat
vobis peccata vestra. Est autem intencio nostra ut non solum labiis deo sed etiam corde loquamur
ne dicatur de nobis illud Ysaie xxix populus hic me labiis honorat. Unde Ciprianus
fratres dilectissimi vigilanter intendere debemus ad preces nostras toto corde. Omnis secularis
et carnalis cogitacio abscedat nec quicquam tunc animus quam illud quod precatur cogitet.
Claudatur contra adversarium et pectus soli deo pateat nec ad se hostem tempore orationis adire
patiatur. Ideo sacerdos ante prefacionem misse dicit Sursum corda et chorus respondet Habemus
ad dominum. In quo admonemur tempore orationis nil aliud quam deum cogitare. Certa condi-
cio est ut procedat ex filiali affectu. Ideo dicit patrem qui est origo omnis divini influxus et
spiritualis boni Jacobi i Omne datum optimum. Debet ergo esse filius qui vult petere et hoc per
caritatem que filios dei facit et per fidem que similiter Johannis i dedit eis potestatem filios dei fieri
et etiam per spem de hiis Luce xi Quis ex vobis patrem petit panem id est caritatem sine
qua vacua est tota mensa numquid lapidem id est cordis duriciem dabit illi sicut fecit
dyabolus Matthei 4 dic ut lapides isti panes fiant. Aut piscem id est fidem que scilicet in a-
quis baptismi et scripturarum nutritur numquid serpentem [illegible] dabit illi.
Aut ovum id est spem que producit quasi ex se ipsam fructum salutis tamquam pullum numquid
dabit illi scorpionem id est fiduciam in temporalibus que est spes vana et fatua ore
lingens et cauda pungens Proverbiorum xi Qui confidit in divitiis suis corruet
et i Thimothei ultimo Qui volunt divites fieri incidunt in temptacionem et in laqueum
dyaboli et desideria multa inutilia et nociva que mergunt homines in interitum
et perdicionem. Concludit ergo dominus Si vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis
vestris quanto magis pater vester de celo dabit spiritum bonum petentibus se. Sed quo-
niam et oratio fienda est filio cum beatus Stephanus Actuum vii oret ad filium dicens
Domine Jhesu accipe spiritum meum vel spiritui sancto exemplo Ezechiel 37 oret ad
spiritum sanctum dicens veni spiritus et insuffla super interfectos istos et reviviscant. Videtur
peticiones nostre precipue fiunt ad patrem licet enim omne bonum nostrum in [illegible] et [illegible]
virtute sit a patre et filio et spiritu sancto tamen hoc bonum quod nobis fit a filio filius habet
a patre et spiritus sanctus ab utroque. Pater vero est principium non de principio. Ideo quicquid
habet a se ipso habet. Quapropter filius in orando reducit nos ad patrem per se filium ut
ad eum orantes nostras dirigamus. Ideo dicit patrem. Spiritus autem sanctus ex personali
proprietate habet quod sit donum et ideo magis competit quod impetretur quam quod ab eo aliquid
petatur. Unde ad spiritum sanctum nunquam fit ecclesiastica oratio que collecta dicitur. Communiter
autem ad spiritum sanctum fiat oratio in ympnis et antiphonis que dicuntur oraciones extra[ordinarie].
Secundo communiter vero solus deus debeat orari quia illud quod orando petimus est
vita beata vel ad illam pertinens. Beatam autem vitam dat directe solus deus. Sancti autem
cooperantur nobis ut beatam vitam obtineamus. Et ideo oratio directe fit ad solum deum a quo
expectamus quod orando petimus. Potest tamen cum hac intencione oratio fieri ad sanctos quorum au-
xilio nobis a deo impetratur id quod expectamus. Unde Job ultimo dicitur ad alios sanctos contra
et Job ultimo Job servus meus orabit pro vobis et faciem eius suscipiam et non impu-
tetur vobis stulticia. Et sic patet responsio. Unde Thomas: Sancti cognoscunt in verbo quod ipsis
ad eorum gloriam pertinet. Et quia ad eorum magnam gloriam est quod alios iuvare possunt
quasi dei cooperatores existentes ideo sancti in verbo vident vota eorum qui eos inter-
pellant. De Jeremia ii Machabeorum hic est fratrum amator. Certa ut pe-
tatur id quod ad salutem pertinet. Ideo dicit in nomine meo. Nomen hoc nomine petit qui

ptinencia ad salute petit Act 4 Nec eni nomen aliud est sub celo datum hominibus
in quo oportet nos saluos fi / Ex quo p3 quanta sit v'tus nois xpi q' non visus
nec vagatus sed solu noiatus ap' prez facit mirabilia Est aut sciendum q duplex
e nomen xpi vnu et'nu et aliud tpale vnu a pre et aliud a matre sortitus est
Nomen et'nitatis eius est Ego sum qui sum / ayat vo vocauit eu ihm / Ecce salus
et sic nomen xpi includit salute cu et'nitate quorum vnum sine alio non est affec-
tandum / Est eni in dampnatione et'nitas sed sine salute / Est etia salus sed sine
et'nitate qualis est vana salus hois hec singe Cu igitur qs petit aliquid q8
e qt salute non meret exaudiri / sicut aplus paulus exauditus e / orans pro
remouendo stimulo carnis 2 Cor 12 Sciendu e q quis sit tanc qre in noie
filij fatis orantes deo pro / prima ppt dilectionem summam qua libet pr ad filium que
tanta est ut quicquid ronabilit in noie ipius petatur ipe pat exaudiat Joh v
pat diligit me / 2 q' ipe filius remouit impedimentum exauditionis o-
racionum nrarum tollendo pcta mundi Joh 1 Ecce agnus dei / 3 q' per xpm patrum
e nob omne bonum postulando scz gra et gla Joh 1 Gla et gra per ihm xpm
facta e / 4 q' ipe filius rogauit pro nob prez ut nre orationes reddentur exaudibiles
Joh 14 Rogabo pro vob prez Et Joh 11 ma' pro hec p vob orauit Ex
hoc e q' qre orationes ecclie qmt concluduntur per dnm nrm ihm xpm / Et ab illa
for petitionis non excludit spus s qui est amor quo pr et filius se mutuo
diligunt / et qui sua scitate omez maculas pcti emundat Tyt 3 Vult saluos
nos fecit per lauacrum regenerationis et renouationis spus sci quem effudit in
nos habunde / et q p nob postulat ec Ro 8 Et eius benignitate spualia do-
na que xc nob pmeruit accipimus Ephe 1 Signati estis spu pmissionis i
laude glie ipius Sexta ut ipe petens sustineat ut debito tpe petita acci-
piat Ideo dicit dabit / non eni dz deinde petens si non statim accipiat sed pfecto
dabit si tpus congruum fuit postulatum / differt eni quandoque deus ut desiderium
magis accendat / ps 9 Tu das escam illorum in tpe optimo / Non differt exau-
dire dns primo ne facilitas venie contemptum pariat culpe ysa 26 Misereamur
impio non discet facere iustitiam / 2o ut ex difficultate impetrandi gratiam petens timeat
pcti turpitudinem Jer 2 Scito Scito et vide / 3o ut desiderium augeatur Greg
Desideria dilatione crescunt et si non crescunt desideria non fiunt Vn Aug sup 10
ps Ut q dne repellis oroz meam ait factis Ad hoc forte oro huius dilata e
et tribulationum adusitate q repellitur ut tamquam ignis flatu repressus ardentius
inflametur Exm de Cananea Mat xv hinc Tam diu orandus e quousque
exaudiat / sicut consuevit tamdiu cibum appetit donec impleat corporis sui necessitatem
sic cessac pt urgente necte / Sed sunt quidam inflati qui sanari videntur et ideo
non petunt ut inflati vero superbie Ideo dns tamquam discretus dispensator nichil
adat eis Luc 1 Esurientes impleuit bo Apokalip 3 d / Tertia dicentes sum ec
Septima ut sit pia scz ut orans petat pro se Ideo dicit vob q pro alijs quandoque
non exaudimur repugnat eni quandoque ordini curar demito Vnde Samuel non
e exauditus pro Saul 1 Reg 14 Et Jer 17 dr / Si steterit Moyses et Sa-
muel coram me non est anima mea ad pplum istud Et Jer 7 Tu noli orare
pro pplo hoc nec assumas pro pplo dei laude et oroz / et non obstes michi
quia non exaudiam te Sed Hester exaudita e pro se ipsa postulans Hest 4

da michi inquit aiam meam pro q rogo Sed d q Nunq ergo pro alijs orare debeq
videt q oro pmo et princ dz fi pro seipo demu ergo pro alijs orandum est Jaco vlt
orate p inuicem ut saluemini Ex quo cum pro inimicis orandum est Mt 5 pro psequenti
bus vos orate tunc multomagis p alijs orandum e Nona q3 qmuis alij grando p
alijs no exaudimur no tn frustramur fructu orationis nostre oro cum in sinu
meo reuertit Nota q quedam impediunt orationis exauditionem Primo indignitas
petentis i peccatoris ysa 59 pcta vra absconderunt faciem eius a vobis 2o qn
ipale sit qditum petit Mt 20 de filijs Zebedei Et in passio vsq3 modo no petistis
quicqm s3 q sit aliquid 3o q petit natiu ut puer petens cultru a patre
Adeo paulus no fuit exauditus 4to q legem dei audire qtempnit prouerb 28
Qui declinat aurem suam ne audiat legem oro eius fiat execrabilis Quito qz
paupes ad se clamantes no exaudit prouerb 21 Qui obturat aurem suam
ad clamorem pauperis et ipse clamabit et no exaudietur 6to qn p indigno
petit Eccli 34 Vnus orans et vnus maledicens cuius vocem exaudiet dns
glorificationis Hoc triplex bonum invidus vellet auferre ab homine seu proximo
si posset ymmo et veniam tamquam bonum vellet aliis obstruere quod figuratum
est Genesis xxvi Ubi legitur quod invidentes philistini omnes puteos obstru-
xerunt Sic invidi qui per philistinos intelliguntur vellent omnes obstruere puteos
de quibus alii haurire possent et ipsi soli felices existerent Introducitur
autem per hanc de virtutibus caritas cum sit divine voluntati conformans ho-
mines Iuxta illud Iohannis xiiii Si quis diligit me sermonem meum servabit
Nec mirum Si enim amicicia naturalis facit amicorum idem velle secundum philosophum 8o
Ethicorum quanto magis caritas que est virtus divina hominis voluntatem voluntati
divine conformat Unde ipsa secundum Dionysium transformat amantem in amatum
quod intelligendum est secundum conformitatem affectus et voluntatis Impletur autem
voluntas in nobis per caritatem spiritualem quantum ad triplicem voluntatem dei predictam
per caritatem enim ad deum trahimur in conversione deo unimur in sanctificatione re-
a deo donamur in glorificatione Primum patet Osee vio Traham eos in vinculis
caritatis Secundum patet Iohannis xiiiio Si quis diligit me etc et ad eum veniemus
et apud eum mansionem faciemus Unde Augustinus Caritas nos separat a mundo et ipsa
nos unit deo Tercium patet Iacobi 1o Beatus vir etc et sequitur accipiet coronam
vite quam repromisit deus diligentibus se De donis introducitur donum
consilii Unde Glosa hic spiritus consilii postulatur quo ipsa dei voluntas
inquiritur ut ipsa a nobis impleatur Per donum enim consilii homo dirigitur
qui consilio a deo accepto in hiis ad que humana racio non sufficit per pruden-
ciam et virtutes ei annexas homo sufficienter dirigitur in hiis que humana racio
comprehendere potest Cum ergo dicimus fiat voluntas tua petimus a deo consilium ut
ipse suam voluntatem insinuet et secundum eam vivere donet Ita quod donum consilii

sermonem meum servabit et pater meus diliget eum

facit nos impleri triplici voluntate dei predicta. Nam per donum consilii peccatum
remittitur gratia infunditur gloria acquiritur. Primum patet quia scriptum est: Audite consilium domini et
cetera. Sic dicit dominus: Ecce ego suscitabo super babilonem et super habitatores eius
qui cor suum levaverunt contra me quasi ventum pestilentem et mittam in babilonem
ventilatores et ventilabunt eam. Babilon interpretatur confusio et significat animam peccatricem
cuius habitatores sunt vicia. Ventus pestilens est spiritus sanctus peccata removens
et consumens. Ventilatores sunt divine correpciones, infirmitates, tribulaciones et pericu-
litates, quibus deus peccatores ventilat ut paleas peccatorum excuciat. De 2o et 3o simul
patet, scilicet quod scribitur Ecclesiastici xxi: Consilium eius qui sapiens est sicut fons vite
permanet. Donum siquidem consilii est sicut fons vite de quo hauritur gratia in presenti
et gloria in futuro. De quo fonte dicit psalmista: Domine apud te est fons vite, hic et in futuro
dicitur ergo per hanc peticionem beatitudo misericordie que secundum Augustinum scilicet donum consilii dicit eum
in libro de sermone domini in monte. Consilium convenit misericordibus quia unicum remedium
est in malis tantis erui dimittere aliis et dare. Sic impletur autem in misericordibus
triplex voluntas dei predicta. Nam misericordibus peccatum dimittitur gratia infunditur
et beatitudo promittitur. Primum patet quia sicut aqua extinguit ignem ita elemosina extinguit
peccatum. De 2o patet. Refondebis hoc qui miseretur et commodat disponet sermones suos in iudicio
aut secunditas non est sine gratia. De tercio patet in eo quod Mathei v: Beati misericordes
quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et ait vero beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Una vero dicit quia
erit. Et ait vero beati misericordes quoniam primo promittitur una sed quod dicit quod
ipsam magis consequuntur digni est eius ut quod per se diu impedimus hic ipsam adeo
incipiunt. De fructibus ergo introducuntur sicut tria scilicet caritas bonitas et beni-
gnitas. Caritas quidem secundum eandem convenienciam et adaptacionem qua dicta est de vir-
tute caritatis. Bonitas autem que importat bonam voluntatem benefaciendi secundum
conformitatem voluntatis divine. Benignitas ergo qua quis voluntate dei ferventi
desiderio implere satagit. Unde hec duo differunt, quia bonitas magis importat propositum
voluntatis. Benignitas executionem operis. Dicitur enim benignus quasi bonus igneus a-
moris fervere faciens ad benefaciendum. Sed hic posset esse questio dubitationis prima scilicet
de istis tribus exposicionibus Augustini sit melior alia. Secunda scilicet an oracio que dicit fiat
voluntas tua in hiis fiat vero tu. Tercia scilicet oracio qua dicit fiat voluntas tua in nobis
quam in celo et in terra. Quia scilicet ex precepto teneamur velle quod deus vult. Circa
primum dicendum quod deus sic
scilicet teneamur velle sicut ipse vult et modo quo ipse vult. Ad primum dicendum quod deus sic
Augustinus 3o ait de homine primo beatitudinis consecucionem et ad hunc finem deus fecit homines
ut beatitudinem consequerentur. Unde dicit Augustinus super illo verbo Revera vane constituisti omnes
filios hominum quia in vanum filii constituuntur nisi per Christum resuscitarentur et restituerentur.
Ista autem beatitudo in statu angelorum iam est perfecta in hominibus vero perficitur
instituta erunt. Ideo orainus secundum primum modum exponendi quod sicut voluntas dei iam perfecta est in
angelis in celo ita perficiatur in terra et in hominibus. Secundo deus vult de hominibus
salvatione. Si vis ad
preceptorum quorum ad beatitudinem pervenitur observacionem et dicitur salvatoris: Si vis ad
vitam ingredi serva mandata. Observantur que legem impleantur et observent. Primi iustos
homines per peccatores tamen non observantur sed potius ipsa observacione significatur ad contrarium
Christum et sic oramus per secundum modum exponendi ut sicut voluntas dei fit in celo id est in iustis
in observacione mandatorum sic fiat in terra id est in peccatoribus per conversionem ipsorum. Tercio vult
deus de homine primum eius statum restitutionem. Fecit enim deus primo homines in statu tali
ut nulla resistencia esset carnis ad animam ita quod non potest in carne aliquid insur-
gere contra dominum spiritus in corpore contra animam sed postmodum in pena peccati pugna et resisten-
ciam sentit homo in se. Caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem.
Quam pugnam homo in presenti vita vincere non potest sed in futura restituetur ad primum sta-
tum cum sicut istud corpus animale resurget spirituale ut perfecte caro subiciatur anime inmorta-

magis quam fuisset in primo statu / et istud oracio per tercium modum exponendi ut
fiat voluntas dei sicut in celo i. in spiritu nostro qui condelectatur legi dei ut fiat in terra
i. in corpore nostro quod nullam resistenciam habeat ad ipsum quia ut dicitur est fiet in futura vita
perfecte quamvis ut utique in bonis hominibus seu viris possit inchoari Exemplum ut deus
de homine capitis quam quia tamen membris eius perfectam completur Nam caput omnium hominum non
et angelorum est xpistus qui licet sit quietus suis membris in presenti per graciam
per gloriam coniungetur in futuro et hec oracio per quartum modum exponendi Ut sicut
fit voluntas in celo i. in xpisto capite nostro sic fiat in terra i. in tota ecclesia ista
que sicut nunc secundatur a terra per graciam ita perficiatur eius gloria quod tunc fiet quando
complebit sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam neque rugam Cum ergo queritur que
istarum exposicionum sit melior / patet quod quantum ad vite eterne consecucionem prima est melior
quantum vero ad peccatorum quibus ad vitam perveniunt obstinacionem melior est secunda quantum
autem ad statum restitucionem melior est tercia / sed quantum ad capitis et membrorum complecionem
perfectam melior est quarta / Ad secundam est dicendum quod Crisostomus hanc dubitacionem solvit super
hunc locum dicens Signum non esse dictum faciat voluntatem vel faciamus voluntatem
tuam Ne dei voluntatis impletor vel boni operis executor / seu regni celestis
consecucio dei videatur esse tantum / vel hominis tantum Si enim dixisset faciat voluntatem
tuam videtur esse totum dei quod bonum faciamus vel celeste regnum consequimur Si
vero dixisset faciamus voluntatem tuam videtur totum esse liberi arbitrii et utrumque
esset falsum quia licet causa nostra nobis non cooperantibus nequaquam iustificatorem
et salvatorem non operatur nisi nobis volentibus et consencientibus ad ipsum Unde dicit Augustinus
super Jo Qui fecit te sine te non iustificabit te sine te Est ergo sensus ubi fiat
voluntas tua in terra sicut in celo per graciam tuam adiuncto tamen nostro libero
arbitrio quia unum istorum in adultis non sufficit ad salutem consequendam et mutuam
aliam exterendam / propter quod super illo verbo dicitur unio Converte nos domine ad te
per graciam et convertemur ad te quantum in nobis est nostre voluntatis arbitrio Augustinus tamen
in libro de sermone domini dicit Ideo dictum est fiat voluntas tua et non faciamus
voluntatem tuam quia non facimus nisi oracionibus quod deus vellet Ut sciremus
ipsum velle cum eius velle sit immutabile sicut eius substancia / Sed fiat voluntas tua
que in illis fit qui faciunt quod deus vult et sunt in voluntate eius Ad tercium est dicendum
quod secundum Crisostomum Salvator noster hanc oracionem pro toto orbe terrarum curam nostram in-
iungit sicut Ideo non dixit fiat voluntas tua in me vel in illo aut in nobis fide-
libus solum sed ubique terrarum ut solvatur error et plantetur veritas expellatur
malicia et revertatur virtus / et sic iam non differat celum a terra Vult dicere quod ista
oracionem iussit xpistus fieri pro fidelibus et infidelibus Ideo non dixit fiat voluntas
tua solum in nobis fidelibus / sed in celo et in terra / ac si diceret fiat per graciam
sicut fit in celo et in ipsis fidelibus ita ut iam differat celum a terra Et in hoc
secundum Augustinum destruitur error Pelagianorum dicencium per solum liberum arbitrium
nos posse consequi fidem et alia dona spiritualia quantum ad eorum inicium / licet quantum
ad profectum esse indigemus adiutorio et gracia xpisti Si ita esset / nequaquam orare pro
fidelibus ut fidem habere incipiant ex quo per se et libero arbitrio inicium fidei habere
possent Ad quartum est dicendum / quod Augustinus in diversis locis diversa dicit videtur locum de ita
dubitacione Nam super illud psalmi Non adhesit michi cor pravum dicit quod cor pravum
et distortum est illud quod deus non vult / Idem Augustinus super illo verbo Johannis v
Si deus noluit ... faciemus dicit quod ... vellemus ... nolle

Dicit eciam Tho de Ar q infirmum ingnoranter est impossibile deo
vt aut hanc Sed ingnorans esse q alium reuelet eius
dampnacio q nec sit daret sibi materiam desperandi de diuina miseri
Ideo non est existimandum q alicui reuelacione vidua reuelet
eius eterna dampnacio Si tamen aliquis propter singulares reuelacionem
ille nec debet talem reuelacionem non putare esse a deo sed a demone
nec qui vellet quasi eciam demones facere ponere in desperacionem
Vel si non posset ponere tamen receptum quod putaret talem
reuelacionem sibi factam esse a deo tunc non debet putare
talem sentenciam esse vltimate diffinitam sed magis conmi-
natoriam sicut dictum fuit contra [illegible]
[illegible] Et ideo tales [illegible]
et melius debet ordinare vitam suam deo [illegible] supplicando
vt sibi sua peccata dimittat et in gracia caritate vsque
in fine custodiat Vel potest dici quod deus absolute et simpliciter
non vult aliquem hominem dampnatorum sed solum vult talem tam
condicione posita scilicet si hic moriatur perseuerans vel in mortali
peccato mortuus fuit Ibi deus non vult non talia vellet
[illegible] est [illegible] appetitum [illegible]
[illegible] aduertendum est quod [illegible] deus vult [illegible]
[illegible] tunc [illegible] vult oppositum illius condicionis
[illegible] ille potest velle oppositum predicte posito quod deus vult
sub illa condicione permanente [illegible] conformitate illius
[illegible] ad voluntatem dei Vigesima dicitur quod aliquis [illegible]
[illegible] voluntatem et sciat quod si moriatur perseuerans deus
vult auferre graciam a deo tunc ille ipse debet velle oppositum
illius condicionis putando velle non peccare tunc sine
difficultate sue voluntatis ad voluntatem diuinam potest
velle quod deus graciam diuinam non auferat

dimo de lxviij suppone Contrarium istius videtur dicere idem Augustinus in Enchiridion ~~et~~ 102
~~[struck]~~ ca° viij ait quod bona voluntate potest homo velle aliquid quod deus non vult Sicut
bonus filius bona voluntate vult patrem suum vivere quem deus voluntate mori vult Secun-
dum est quod secundum damascenum secundum libro secundo duplex voluntas est in nobis una
naturalis que fertur naturali motu in illa que sibi sunt connaturalia ut pinotinia in vi-
gina et naturali motu / et naturali amore fugit et non diligit contraria / et quia actor hec non
facit quantum est ex natura tali bona naturali voluntate potest homo velle quod deus vult sua bona volun-
tate / nam vult sicut dictum est per Augustinum quod bona voluntate bonus filius vellet patrem suum
vivere quem deus bona voluntate vellet mori nec demeretur bonus filius nolendo tali
voluntate aliud quam deus vult / quia naturalibus non meretur nec demeretur Alia volun-
tas est in nobis deliberativa que vult bonum apprehensum per rationem in ordine
ad finem consideratum per mediis debitis et circumstantiis que voluntas est oppositorum et eorum
que non sunt in nostra potestate et que in nostra potestate sunt / et est respectu eorum que
possumus velle et nolle secundum quod meremur et demeremur / et tali voluntate delibera-
tiva et electiva / si alicui esset notum quod deus vellet aliquid tenetur illud
nolle quia ex quo illud vellet quod sibi esset notum deum nolle | deliberacet resistere deo
et faceret contra deum et contra voluntatem suam / et deliberacet secundum autem ad voluntatem in
quo formaliter consistit omne peccatum Unde tali voluntate si alicui esset notum quod deus
vellet eius patrem mori tenetur velle / et eius non tenetur gaudere / tenetur tamen non re-
stare nisi tristitia naturali / de quo dictum est supra / Sed si alicui esset notum quod deus vellet (nisi
eum dampnare tenetur id velle / Dicendum est quod impossibile est deum velle dampnatum alicui
esse notam sibi / Et si aliquis diceret sibi esse revelatum / potius diceret credere diaboli
illusionem quam dei revelationem / et magis ac magis bonis operibus insistere / Sed dato
quod notum sibi esset deum eum velle dampnare tunc deus iniustus sit et non dampnaret
aliquem ad eternam penam nisi culpa precedente culpam ipsam que est divina offensa
voluntate electiva nullus homo debet velle quia deus culpam non vult nisi voluntate
permissiva / sed an ipsam penam debet homo velle secundum sicut deum velle voluntate naturali non
tenetur istud velle quia secundum Augustinum quilibet naturaliter vult esse beatus et naturaliter refugit
ad miseriam sed voluntate electiva puta quod si notum esset quod deum velle malum pene
sibi inesse tenetur illud velle / quia in tali malo pene suo preclarum relucet forte
bonum universi et bonum quod quod voluntate electiva preponendum preclarum bona / Ad
quintam dicendum quod voluntas nostra saltem post peccatum est infirma et languida / est obliqua
et deformis et turpis / Et ideo conformando se voluntati divine efficitur iusta
et recta sana et fortis / reformata et pulchra Unde dicit Augustinus quod magna
iustitia est hominis velle esse sicut eo quod non potest esse Dicendum ergo quod modus diligendi
nostre et dei conformitas in eximplitate in volendo et contrarietate in modo nolendi
ut si deus in celo dare elemosinam et ego nolo ibi est nolitum / tamen deus vult in
dare propter gloriam suam ideo si ergo volo propter manere gloriam contrarietas est in modo
volendi (quandoque tamen infirmitate in utroque / ut si deus vult me ire ad ecclesiam et
ego nolo / et ipse vult propter gloriam suam et ego quandoque ut non habeam infirmitatem
tamen non habeo contrarietatem / ut si deus vult me ex caritate subvenire patri meo / et ego
similiter volo subvenire / tamen non facio ex caritate / sed ex quadam naturali pietate et carna-
litate / nunc enim dato quod nolim sicut vult deus tamen nolo contra modum nolendi dei sic in
thesauro / multi diligunt alios propter affectum cognationis et carnis tunc tamen dilationi
sacer clausa non contradicit / tenetur ergo homo per velle quod deus vult ex caritate actuali et
habituali quod pro tanto dico quia cum homo peccat venialiter vult sicut deus vult ex caritate habituali
sed minus non actuali vel saltem tenetur non velle modo contrario / quia eo ipso quo
vellet modo contrario vellet contra caritatem et dei mandata et peccaret mortaliter / Sed

supersubstantialem

Panem nostrum cottidianum da nobis hodie. In parte ista saluator noster docet formam quarte petitionis. Ad cuius evidentiam est sciendum secundum Augustinum in Enchiridion capitulo CXVI quod illa que petuntur in primis tribus petitionibus eterna sunt et spiritualia. Nam dei nomen in nobis sanctificari et eius regnum nobis advenire et ipsius voluntatem nobis fieri sicut in angelis aliquomodo in vita ista presenti in nobis inchoantur sed perfecte possidebuntur in vita futura. Alia vero que consequenter petuntur in aliis quattuor petitionibus temporalia sunt, que tamen propter eterna consequenda sunt necessaria. Nam panem nostrum nobis dari, debita nostra nobis dimitti, in temptationem non induci et a malo liberari nullus dubitat secundum Augustinum solum ad presentis vite indigentiam pertinere. Unde immediate postquam saluator dixerat fiat voluntas tua sicut in celo et in terra, Crisostomus secundum Crisostomum hominibus loquebatur intra carnem inclusis et non potentibus eandem impassibilitatem cum angelis habere, condescendit infirmitati nostre que necessario indiget cibo et potu dicens panem nostrum etc. Panem enim inquit non carnes, non pisces vel non aliquod superfluum, sed quod hic est necessarium. Ecclesiastici 29: Initium vite hominis aqua et panis. Hic ergo quarto loco petimus bonum temporale ad sustentationem. Et tamen ergo non petit pecuniam, non vestes preciosas, sed petit necessaria: panem nostrum. Addit nostrum secundum Crisostomum ut nemo sibi soli temporalia appetat. Unde Crisostomus: Omnia que nobis dat deus sive orationibus sive meditationibus non solum nobis dat, sed et aliis per nos dat, ut de eo quod accepimus partem impotentibus et pauperibus demus. Panem nostrum supersubstantialem id est ad sustentationem superadditam. Sed queritur quomodo sustentatio corporalis potest dici panis supersubstantialis. Dicendum quod cum a deo sit quod subsistimus in vita et hanc vitam ab eo accepimus, restat ut ab eo petamus ut superaddat sustentationem qua in esse conservemur. Et ideo panis dicitur supersubstantialis quia addit ad conservationem substantie. Sed in Luca dicitur cottidianum. Unde concordat hic dictum Ieronimi: apud grecos habetur epiousion quod interpretatur supersubstantiale, apud hebreos segulla, quod nos dicimus cottidianum. In aliis exemplaribus ponitur peculiarem vel precipuum. Et ideo littera Ieronimi exponit supersubstantialem id est precipuum. Panem nostrum supersubstantialem vel cottidianum. Ideo dicit cottidianum quia qui superflue vivunt non comedunt cottidianum sed multorum dierum. Cottidianum id est cottidie necessarium. Da: ideo dicit da quia nec minimum hic possumus nisi tu deus. Psalmus: Qui dat escam omni carni. Da nobis qui sumus filii. Hodie id est in presenti, ut hodie quia nescimus si in crastinum perveniemus. Et tamen ista petitio intelligi potest de pane sacramentali per quem spiritualiter cottidie sustentamur. Panem scilicet eucharistie nostrum quia pro nobis oblatum, supersubstantialem dignitate, da participatione spirituali, hodie id est in via presentis vite. Hic queritur utrum homo possit licite orando temporalia bona petere. Et videtur quod non, quia homo non debet petere nisi bona utilia, sed quandoque temporalia habita sunt nociva non solum spiritualibus sed et temporalibus. Ergo non sunt a deo in oratione petenda. Sed in contrarium est dominus saluator qui dicit panem nostrum cottidianum etc., quod exponitur de temporalibus bonis vite nostre. Et Proverbiorum 30 dicitur: Tribue victui meo necessaria. Respondeo: sicut dicit Augustinus ad Probam de orando deum, hoc licet orare quod licet desiderare. Sed temporalia licet desiderare, non quidem principaliter, sed sicut quedam adminicula quibus adiuvamur ad tendendum in beatitudinem et in quantum deserviunt ad actus virtutum. Et ideo non sunt petenda absolute, sed in quantum promovent ad salutem. Bona autem quibus beatificamur et quibus beatitudinem meremur sunt petenda absolute, secundum illud: Ostende faciem tuam et salvi erimus. Et secundum illud: Deduc me domine in semita mandatorum tuorum etc. Et quia temporalia sunt quandoque nociva, ideo ipsa petimus ut nobis concedantur secundum quod expediunt ad salutem. Vel sic: panem nostrum supersubstantialem

da nobis hodie. Postquam petivimus ea que respiciunt vitam futuram Nunc autem descendimus
ad ea que respiciunt ad necessitatem presentis vite quarum primum est sustentatio nature
quam hic nomine panis petimus Unde dicit Augustinus in Encheridion Tria inquit que in
primis peticionibus petuntur hic inchoantur et quantumcumque proficimus augentur in nobis perfecte
vero in alia vita possidentur Reliquis vero quatuor que sequuntur petuntur temporalia que propter
eternam consequendam sunt necessaria Panis enim quem hic petitur hoc est necessarius Et ita de aliis
Exponitur autem hec particula dupliciter primo de pane materiali Secundo de pane mistico et spirituali
Exponendo de pane materiali sciendum quod hic in sex dictionibus sex includuntur circumstancie
circa superiorum ciborum corporalium attendende Primo namque reseccatur superfluitas per hoc quod dicitur
panem non autem carnes non pisces nec aliquid superfluum sed solum quod necessarium est nature
quod significatur per panem Ecclesiastici xxix Initium vite ipsius aqua et panis Secundo reseccatur
rapacitas ut homo non rapiat cibum alienum nec alias usurpet sibi alienum vel
illicite acquirat per hoc quod dicitur nostrum non alienum Unde Crisostomus Qui de iusticia
panem acquisitum manducat suum panem manducat qui autem cum peccato alienum
Tercio reseccatur gulositas vel lecacitas ut scilicet homo in modo non querat lecacitatem
et delectationem sed necessitatem sustentationis per hoc quod dicitur substancialem id est supersubstancialem id est superaddi-
tum substancie Cibus enim tunc convertitur quasi substancie nostre superadditur et sic per restau-
racionem deperditi corporis sustentatur Ad illum ergo finem cibus debet sumi ut substancia nostre nature
sustineatur et sustentetur Unde dicit Augustinus x Confessionum Hoc me docuisti domine ut quem-
admodum medicamenta sic alimenta sumpturus accedam Ubi autem Matheus dicit supersubstancia-
lem Lucas dicit cottidianum et refertur ad idem quia cum cottidie fiat in nobis deper-
dito necesse est ut cottidie fiat restauracio Unde oportet quod panis restauratiuus et
sustentatiuus sit cottidianus et sit sensus panem nostrum cottidianum id est quo
cottidie indigemus et sine quo in vita ista subsistere non valemus Vel etiam
cottidianum potest referri ad idem cum eo quod subditur hodie ut patebit Quarto
reseccatur ingratitudo ne scilicet homo presumat de se posse habere sustentationem per hoc
quod dicitur Da ei dicat quod nec unum granum ex nobis habere possimus
nisi tu dederis Petimus ergo ut dat etiam cum careamus Sed diceres si panis noster
est quomodo petimus nobis eum dari Quod enim nostrum est habemus Iterum videtur
quod ~~deus~~ non habeat dicere hanc peticionem cum iam panem sufficientem habeat
Respondeo secundum Gregorium in moralibus panis quem habemus dei est ex munere noster per
usum et acceptacionem Vel secundum Crisostomum panem nostrum quem iam habemus a deo nobis
dari petimus ut cum ab eo datur sanctificatus accipiatur panem ergo nostrum quem iam
habemus nobis paratum de tuo munere da nobis ut a te sanctificetur sicut sacerdos
accipiens panem a layco sanctificat et porrigit ei panis enim oblatus est sed
quod sanctificatum est beneficium est sacerdotis et simile hic est Panem nostrum
cottidianum da ac sanctifica et benedic In quo docemur quod cibus absque benedic-
tione non est sumendus et secundum hunc modum exponendi dicimus Panem nostrum
cottidianum da nobis Idem sensus est sicut cum dicimus in benedictione mense
Benedic domine dona que de tua largitate sumus sumpturi Unde homo devotus tali
mente debet sumere cibum acsi sibi de manu dei presencialiter ministretur Quinto reseccatur
incommunicabilitas ut scilicet homo ita sibi cibum non appropriet quin etiam aliis indigentibus
communicet per hoc quod dicitur nobis non michi solum Unde Crisostomus Omnia que nobis deus
dat per nos aliis dat ut de eo quod accepimus partem impotentibus faciamus
Iuxta illud Mittite partes eis qui non preparaverunt sibi Et ideo dicit Augustinus Dicit
inquit tibi Christus Da michi ex eo quod tibi habuisti [dedi] largitorem habe debitorem
habe feneratorem   Sexto reseccatur nimia sollicitudo scilicet ne homo nimis

sollicitetur in providendo sibi in futurum per hoc quod dicit hodie Non per xxx vel xl
annos ymo nec per crastinum quia nescimus si in crastinum perveniemus Ex qua ergo
racione dicit dominus Mathei vi Nolite solliciti esse in crastinum Crastinus enim dies sollicitus
erit sibi Sufficit enim diei malicia sua Ad hoc eciam refertur quod Lucas dicit
Cottidianum Non enim ut dicit Ambrosius pro misso et in horreis reservatum Unde dicit Crisostomus
pro cibo cottidiano oramus ut nequaquam ulterioris diei curam geramus Crastine enim
diei spacium te visurum esse nescis qua ob causam in illius diei sollicitudine torqueris
Et hic est ipse pastor qui cupiditatis dissolui petunt regnum dei ut de vita presenti non
sollicitentur Cyprianus Diurnum cibum discipulus Christi debet petere Contrarium enim esset
et repugnans si nos qui petimus regnum dei velociter advenire quereremus in hoc seculo
diu manere Et notandum quod non dicitur cibus diurnus vel cottidianus qui una die potest consumi
sed qui sufficit ad sustentacionem nec pro una die secundum moderamine racionis Et hoc est quod
dicit Cyprianus panem nostrum cottidianum instrumentum petere ut tantum quantum manducet
quantum racionalis exigit non quantum lascivia carnis impellit Si enim in uno
convivio tantum expendatis quantum sufficit tibi pro centum diebus Iam non cottidia-
num cibum manducatis sed multorum dierum Alio modo hec peticio potest exponi de pane
mistico et spirituali et sic exponendo possumus dicere quod est triplex panis scilicet
panis doctrinalis, panis sacramentalis, panis celestis vel sic panis intel-
ligencie Eukaristie et glorie Primus repellit famem erroris secundus est in nu-
trimentum amoris Tercius prebet delectamentum saporis De primo pane dicitur
Ecclesiastici xv Cibavit illum pane vite et intellectus et ait ... Non enim in solo
pane vivit homo etc. Iste panis dicitur supersubstancialis quia superadditur sive anime nostre
informacionem ... nobilibus scilicet ... et virtutibus et spiritualibus carismatibus
Unde dicit Augustinus in de verbis domini panis supersubstancialis dicitur eo quod anime nostre substanciam
fulcit dicitur eciam cottidianus quia cottidie necesse est ut nobis ab eo doctorum ad-
ministretur Et dicit Crisostomus hunc panem petimus nobis dari hodie id est quamdiu sumus in hac
vita Tota enim presens vita est quasi quoddam hodie dicente apostolo in hebreos
Hortamini vos per singulos dies donec hodie cognominatur In futura autem vita
iste panis non erit necessarius quia ullus erit ibi ignarus sed erunt omnes docibiles
dei Johannis vi De secundo pane scilicet Eucaristie dicitur Johannis vi Ego sum panis vivus etc.
Unde Ysidorus super oracionem Cum petimus ut panem nobis tribuat panem illum petimus qui
dicit in ewangelio Ego sum panis vivus Iste panis dicitur supersubstancialis quod secundum
Johannem ingredientes epynsiou dicitur quod quidem interpretatur egregium vel peculiarem
Et revera iste benedictus panis est summe egregius et maxime peculiaris Non
enim est tam grandis nacio que habeat deos appropinquantes sibi sicut adest deus
deus noster Ex eo videlicet quod manducamus istum summum panem quo deo unimur propter
quod dicitur esse sacramentum unitatis Unde dicitur Johannis vi Qui manducat carnem meam etc.
in me manet et ego in eo Dicitur eciam panis cottidianus id est qui cottidie id est
omni die sumendus est Unde Augustinus in libro de sermone domini in monte Accipe cot-
tidie quod cottidie tibi prosit sic vive ut cottidie merearis accipere Qui non
meretur cottidie accipere non meretur post annum accipere Si ergo panis iste cottidianus
est cur post annum illud sumas Et subdit Augustinus ibidem Si cottidie accipis
cottidie est tibi hodie Christus enim tibi cottidie resurgit hodie enim est quando Christus
resurgit Hunc eciam panem petimus nobis dari hodie id est in vita presenti ut supra
quia in vita futura non accipiemus sub sacramenti accidentibus velatum sed secundum
apostolum revelata facie gloriam dei speculantes in eandem ymaginem transforma-
bimur a claritate in claritatem tamquam a domini spiritu ii Corinthiorum iii De tercio

pane scilicet celesti sive glorie dicitur luce xiiii° beatus qui manducat panem in regno dei
hic Et hic illa beata fruicio dicitur panis quia sicut panis corporalis saciat appetitum edentis
sic fruicio illa saciat desiderium contemplantis psalmus Saciabor cum apparuerit glo-
ria tua Reficimur autem non solum visione divinitatis sed pastum deliciosa contemplacione
humanitatis in Christo propter quod sciendum secundum beatum Bonaventuram Cristus dicitur triplex panis
Ipse enim est panis subcinericius in incarnacione Recoctus in resurreccione Tri-
ticeus in nuda divinitatis ostensione Panis subcinericius est deus homo Quid enim
ut ait Bonaventura est deus nisi pita et panis et quid est homo nisi pulvis et cinis subcinericius panis est deus homo quia est deus nisi pita et quod cinis nisi homo nisi deus latens et
homo patens post panis subcinericius panis ergo subcinericius est panis sub cinere deus
latens sub homine Et sic erat Christus ante resurreccionem panis recoctus est eque homo deus
scilicet post resurreccionem Primus enim est sicut pane accidentaliter pro eo quod panis cinere
celavit quia cum Christus corpus habuit glorificatum tunc humanitatis que in eo celata fuit
cum ante passionem humanitas in eo manifesta fuit et divinitas latebat et ideo
tunc per miracula et predicacionem divinitatem probare et modo ostendere oportebat post
resurreccionem vero magis probacionem divinitatis quam humanitatis quam divinitatis ipsis
demonstrabat hic tunc tactu esu et multis aliis argumentis se verum esse hominem proba-
bat Panis triticeus est sine omni cinere sine furfure et sine emigmate
sed de pura simila purissima hec est nuda divinitas hic panis est deus
videndus secundum Bonaventuram Devocioni non sufficit semel dicere deus Vox enim ipsa de-
nota est deus deus meus hic faciat ut deus et hic addat ut sit deus deus
meus Quid enim prodest michi deus si non sit deus meus Cristus ergo est panis
meus Quid enim prodest michi deus si non sit deus meus Cristus ergo est panis
beatorum subcinericius inestimabili reficit eos sine humanitatis passibilitate que ibi
apparet in cicatricum ostensione hec est enim una causarum quare deus nostri
cicatrices in suo corpore reservavit ut scilicet beati de eis habeant gaudium
singulare Est autem panis recoctus inestimabili reficit eos eiusdem humanitatis
glorificacione et sublimacione Cum videant nostra bona sunt gaudium singulare
quod vident suam naturam tanta claritate dotata et sublimata et in deitate
suppositi que in summo collocata trinitatis Unde sit super eam plenum
est suavitatis dulcedine videre ibi hominem hominis conditorem Est postremo pa-
nis triticeus inestimabili eos reficit nude divinitatis visione qua in ipso cla-
re et nude felicitas contemplatur et sic sive ingrediatur per divinitatis contemplacionem sive
egrediatur per humanitatis intuicionem semper pascua inveniat per nove dul-
cedinis degustacionem De quibus pascuis dicit Gregorius Que sunt illa pascua
nisi interna semper virencia paradisi gaudia Pascua namque electorum sunt deo
presens vultus dei qui dum sine defectu conspicitur sine fine mentis cibo saciatur
Iste ergo gloriosus panis dicitur supersubstancialis quia super omnes creaturas est et omnes
superat creaturas Dicitur eciam cottidianus quia cottidie et eternaliter ipso refi-
ciemur et nec uno momento sine ipso subsistere possumus hunc panem petimus
nobis dari hodie dicitur dupliciter Uno modo dicitur hodie id est in presenti vita per quandam
pregustacionem Alio modo hodie id est in eternitate per beatam fruicionem Per hanc peticionem
excluditur gula quod planum est ex dictis si exponatur de pane materiali
quia omnes species gule per eam restantur ut visum est Exponendo eciam de pa-
ne spirituali dicere possumus quod gula tria mala facit per que impedit
hominem a superiori triplici panis predicti Nam gula intellectum obnumbrat
et hebetat Dyabolo hospicium preparat ad infernum hominem deducit et devo-
rat Propter primum gula impedit verbi dei intellectum Propter secundum impedit eucaristie
sumpcionem Propter tercium impedit glorie fruicionem primum patet in psalmo Turbati
sunt et moti sunt sicut ebrius et omnis sapiencia eorum devorata est

per ebrietatem enim et crapulam intellectus hominis turbatur et confunditur et extra
naturalem perspicaciam movetur et per consequens omnis sapientia et scientia eius devoratur id est devora-
do perditur. Per hoc autem gula impedit nos a sumptione primi panis id est a verbi di-
vini. Vere tamen sunt et obliti sunt mei. Secundum patet Marci v° ubi legio demonum
dicebat: mitte nos in porcos. Ex quo datur intelligi quod dyabolus libenter inhabitat
in gulosos qui per porcos intelliguntur. Propter quod gula impedit eukaristie per-
ceptionem. Cristus enim cum dyabolo in eodem hospicio habitare dedignatur. Que enim conventio Christi
ad Belial, ii Cor. vi°. Tercium patet Luce xvi° de divite epulatore qui sepultus
est in inferno. Et per hoc gula impedit nichilominus a perceptione tercii panis scilicet glorie ce-
lestis. Quod patet cum sint maxime opposita infernus et celum. Unde et propter gulam
homo de paradiso est eiectus. Introducitur autem per hoc de virtutibus fortitudo
cuius est in adversis confortare. Unde bene per panem significatur quod panis cor homi-
nis confirmat, ut dicitur in psalmo. Hanc fortitudinem introducit triplex panis spiritualis.
Primo panis sapientie. Unde postquam sapiens dixit Eccli. xv° Cibavit illum pane
vite et intelligentie, statim subditur: firmabitur et non flectetur in illo. In cuius ex-
figura legitur ii Machabeorum xv de Juda quod armavit socios suos non clipeo vel
in hasta sed sermonibus optimis. Secundo confortat et panis eukaristie quod
figuratum est in pane subcinericio in cuius fortitudine Helias ambulavit xl
diebus et xl noctibus usque ad montem dei Oreb ut legitur iii° Regum xix°.
Panis sacramentalis figuratus est per panem subcinericium. Licet corpus Christi latet
sub accidentibus alienis sicut cibus panis sub cinere. In fortitudine cuius panis
ambulamus per decalogum preceptorum et consternarum perfectionis evangelice
tam inter prospera que per diem quam inter adversa que per noctem intelliguntur donec
perveniamus ad montem dei Oreb, celsitudinem scilicet celestis beatitudinis. Ter-
cio erit in nobis fortitudo panis vite eterne cuius sola spe hic gustatus.
Unde Ysa. xxx° In silencio et spe erit fortitudo vestra. De donis etiam intro-
ducitur hic donum fortitudinis. Unde dicit Glossa super a[illegible]. Cum panis spiritualis
petitur spiritus fortitudinis postulatur quo esurientes iusticie ut ad saturitatem per-
tingant fulciuntur. Correspondet autem hoc donum triplici pani eodem modo quo
de virtute fortitudinis dictum est. Qualiter autem fortitudo differat ut est virtus
et ut est donum patet per ea que dicentur infra circa finem huius sermonis [illegible]
amen. De beatitudinibus vero introducitur per hanc petitionem esurientes iusticie ut
patet per Glossam iam dictam de dono fortitudinis. Est autem esuries et sitis hic
vehemens desiderium quod boni [illegible]. Non satis est velle iusticiam nisi iusticie patia-
mur famem, ut sic semper hoc exemplo numquam nos satis iustos sed semper esurire iusticie
opera senciamus. Simile dicit Bern. in epistola: Numquam iustus arbitratur se comprehendisse,
se numquam dicit satis est sed semper esurit sititque iusticiam ita ut si semper viveret
semper quantum in se est iustior esse contenderet. Et accipitur hic iusticia generaliter secundum quod ho-
mo ab ea dicitur iustus propter opera virtuosa. Sic itaque esurientes iusticiam merentur accipere tri-
plicem panem spiritualem predictum. Panem quidem verbi dei unde ipsa sapientia dicit Eccli.
xxiiii: Qui edunt me adhuc esurient. Anima enim devota esuriens verbum dei num-
quam satiatur in hac vita, sed quanto plus edit tanto magis esurit, et quanto ferven-
tius esurit tanto habundancius edit. Item esurientes accipiunt panem eukari-
stie. Unde psalmus: dat escam esurientibus id est deus dat corpus suum ferventer desiderantibus
cuius figura precessit in manna quod filiis Israel in deserto esurientibus datum fuit ut
legitur Exodi xvi°. Et proinde nulla sacramenta prestant virtutem iuxta illud Malachie
iii [illegible] dat carnibus precipue hoc benedictum sacramentum neque nisi fuerit desiderantibus

accipe debet et quanto fuit fervencior tanto accipit dignius et fructuosius Ite
taliter esurientes implevit bonis scilicet in vita eterna ubi est omnium bonorum habundancia
et ubi implebitur desiderium nostrum omnibus bonis Unde dicit Hugo in libro de triplici
meditacione Istendam tibi inquit Moysi omne bonum omne bonum ipse deus est
et qui scilicet deum omne bonum habet et tunc saciabitur ista anima esuriens Iuxta illud psalmista
saciabor cum apparuerit gloria tua Post quod convenit huic beatitudini saluti tres re
spondet pro primo in qua impletio desideriorum sufficiat qua adimpleat ipsa
expetit eum dicebat adimplebis me leticia cum vultu tuo quod vero Bernardus pertrac
tans Bernardus dicit hic quidem est gustus sed ibi adimpletio cum erit deus omnia in omnibus
Deinde fructibus quod per hanc peticionem introducitur modestia cum est in omnibus exhor
tans acto nobis modum ponere et rebus Nam per istam peticionem omnis immoderatus
et usus rerum temporalium reseratur secundum primam exposicionem Sed hic possunt esse questiones
dubitacionis prima utrum licitum sit omni die petere panem corporalem 2 utrum licitum
sit omni die petere panem sacramentalem 3 utrum licitum sit omni die petere panem
spiritualem 4 utrum licitum sit petere privatam 5 utrum satis quod sit in precedenti conve-
niat hanc peticionem facere Ad primam est dicendum quod in accepcione et peticione
temporalium quinque modis potest esse peccatum primo quantum ad immoderatum desiderium tunc
namque immoderate desiderat vestimenta et cibaria ultra condicionem persone vel
status ipsorum ut nimis delicata et nimis preciosa et diversa ut nimis inexquisita
ta vel indecencia et hunc defectum seu istud immoderatum desiderium removet sal
vator per hoc quod dicit panem nostrum cottidianum ut nomine panis solum necessaria in victu
et vestitu intelligantur ut dicit Augustinus ad probam iuxta illud quod dicit apostolus 1 ad Thi
motheum habentes alimenta et quibus tegamur hiis contenti simus et similiter ro-
me panis necessaria vite hominis intelliguntur quod initium vite hominis panis et aqua
2o potest esse peccatum quantum ad inordinatum animum multi enim alios infestat et
fraudat aliorum iura et rapiunt aliena ut hiis sit eis in temporalibus sicut tyr
ranni predones et usurarii et alii possidentes non sua et hunc defectum removet
cum autem nostrum Sunt enim tres duo qui hominum panem suum non manducant sed
alienum primo illi qui de laboribus suis indigentibus non porrigunt cum ipsum a deo recepi
ant non solum pro se sed aliis dispensandum 2o illi qui cum peto panem suum acquisierunt
suum non manducat sed alienum Tercio potest peccatum committi quantum ad inordinatum
consumendum multi enim inordinate et superflue sumunt alimenta non sine infirmitate
anime et corporis quia in multis escis est infirmitas et aviditas appropinquat usque
ad coleram ut scribitur in ecclesiastico frequentes enim tales sunt podagri et gut
tosi et hunc defectum removet cum dicit cottidianum Si enim ut dicit Cyprianus
tantum comedis vel expendis uno die quod centum diebus sufficere posses iam non cot
tidianum manducas panem 4to quantum ad ingratitudinis vicium multi enim ingrati sunt
bonorum temporalium que recipiunt cum tamen ipse deus sit qui dat esca omni carni
et hunc defectum removet cum dicit nobis ut sciatis recognoscamus hac enim causa
Salomon non petivit divicias et habundanciam ne ingratus cogeret negaret nomen
dei sui 5to quantum ad sollicitudinis dispendium magnum enim detrimentum ho
minibus est nimia sollicitudine et superflua cura rerum temporalium quia solum petere
debet sollicitudinem et curam superfluam prudenciam nam temporalium licita est hic
sed superflua cura non et hunc defectum removet cum dicit hodie Non enim ut
dicit Crisostomus debemus nosipsos occupare et conterere et conturbare sollicitudine super
venientis diei sed solum pro hodierno die sollicitudo est ergo necessaria ...
ergo rebus defectibus puta inordinato desiderio iniusto animo et inordinato
consumo ingratitudinis vicio et sollicitudinis dispendio est licitum quemlibet
fidelem in presenti vita panem corporalem procurare vel petere Ad secundam est dicendum

du a

et augg in li° de sma dni hanc dubitacom manet q̄ p multi sut q̄ panem
sacmetalez fastidiamd no recipiut qui mediate no sunt vita, lib ul male
agant qr no solu laici q̄ solu semel in ano panē istu sumut tenet Verum
sacdotes et clici cottidie gmone dni recipietes no laudant⁹ n° vituparant⁹
ut p̄ cuc augg de consecratione distic 2. Si q̄o per oroz hanc qua xp̄s
docuit nos petim panē sacmetalez ul opteb̄it cottidie istut panē qr cotti-
die petim ipm nob dai ul si semel in ano ul bis recipim⁹ semel ul bis de-
berem⁹ hanc oronē dic̄e quoz vtrūq̄ videt⁹ inqueuis Resp̄ igr̄ sed augg ruds
dup̄ primo ut hi cottidie ul hodie intelligat⁹ p̄dm et vnu est q̄ p quidm
sum⁹ in hac psti vita istu panē indigem recipe omi tpe p̄dm vnu no omi
die alio rudet q̄ lit sacmetal⁹ sub illi spēb no tenean⁹ cottidie ul omi die
istu panē spualit sumē tn omi die debem pete et omi die debe sumē Est
aut panē istu spir̄ recipe i ipo xp̄o incorpai p fide et cal̄e vn dicit beat
augg et hēt̄ de consecratione dis ij Vt quid paras dētē et vētre. crede ma-
ducasti Crede igr̄ in ipm fide informata caritate c ipm spūr manducar̄e qd cotti-
die et omi die faciendu est et petendu Ad tciaz est dicen q̄ p̄m augg q̄d
die indigem panē spualez pete qr sn isto panē in vita spuali p̄simae non
possum⁹ ... aut nobilis iste panis ut p̄bz di et gtep latd sac° scpte
q̄re primo sublevat nos ab omi errore vita cu huana et sue huane micles
erroribus plene sunt qr sp̄ sunt dimminute vitates a filijs hom̄ sed vba dei
ab omi erroris gtagine sunt remota Sc̄o sanat nos ab omi languore
qr misit vbu suu et sanauit eos Non eni hba neq malagma sed vbo
qui sanat omnia sanat⁹ nos ut dr Sapie xvj° Tcio fortificat nos in
omi vigore qr in fortitudine istius panis oz nos ire ad montem q̄ xp̄us est
panis eni huane sapie et eloquentie potius hoies debilitat q̄ fortificat
ad vita eternaz p̄sequdaz 4to sanat nos omi sapore qr hz in se omē delec-
tamentu et omez saporē suauitat q̄ gustado petrus Jo vi° dixit dne ad
q̄ ibimus vba vite hēs eterne Ad 4tam est dicen q̄ sedm augg in libro
de disciplina xpiana pecunia appte notata est qr antea totu qd hebant
inis siue in agris ul in aialibus et vniusale omi tpalia quaz hoies dni
sut pecunia vocat⁹ et istius rei assign̄t plures primo politicoz dicebs q̄
...

instrumenta quibus hoc fit quibus indigemus ut ad beatitudinem perveniamus
et secundum istum modum licitum est in oratione primam petere Unde Augustinus ad Probam hoc licet
orare quod licet desiderare Si ergo aliquis orat ut ait quod deus det sibi divitias vel
tantas vel quantas dedit tali persone et quod det sibi honores seculi et potestates non ut proficiat ut
et virtutis non licet talia in oratione postulare vel petere quia nec licet ista concupiscere vel potentatus
in oratione dominica continetur Sed si quis petit talia ut per ea perveniat ad vitam eternam
et quia eis uti possit ad profectum proximorum et augmentum spiritualium bonorum licet
petere quia secundum hunc modum licet concupiscere et continentur in oratione dominica et nomine panis
intelliguntur secundum Augustinum Ad quintam est dicendum quod pro tanto questio dubia vi-
detur quia que petuntur in primis petitionibus puta nomen dei adveniat voluntas
tua ut impleri Sancti qui sunt in patria iam perfecte adepti sunt Alia vero que in quatuor
sequentibus petitionibus scilicet petuntur nostra non sunt pro eis ergo non est necesse quod
sancti hanc orationem dicant nec pro nobis quia oratio pro aliis fiunt pro quibus o-
rant tamen oratio caritatis facta sit meritoria et satisfactoria Sed planum est quod sancti
qui sunt in patria non sunt in statu merendi Secundum ergo quod sancti qui sunt in patria
sunt hanc orationem dominicalem duplex dicendum Primo nam ista orans deo offendo non sibi aliquid
ignotum manifestando sed ordine divine sapientie implendo quo inferiora per su-
periora vult in sequentibus reduci Unde dicitur Tobie xii cum orabas cum
lacrimis obtuli orationem tuam domino Et credendum est Tobiam orationem dominicam cum lac-
rimis sepe fecisse quia hoc convenit omnibus sanctis facere Secundo spiritualia sibi et temporalia que
petuntur in hac oratione nobis impetrando Quamvis enim sancti qui sunt in patria non sint
in statu merendi nobis vel eis que iam sunt in termino sunt tamen in statu impetrandi
nobis bona que petuntur per orationem dominicam propter illa opera meritoria que fecerunt dum adhuc
viverent sicut patres sancti orant et petentes quoque pro filio ut nepote patris cuius
rex exaudit propter opera grata que sibi fecit tempore iuventutis et valitudinis sue
sicut legimus secundo Regum xix Cum David rex exaudivit preces Berzelai petentis pro
filio Ch... quia dum David erat in castra
alius dicebat Camaam petentes amen impetrabat et hoc quia dum David erat in cas-
tris sicut dicitur secundo Regum et ce-
pestribus prebuit sibi et suis alimenta ut ibidem dicitur Sequitur et de-
Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris
Hec quinta petitio convenienter sequitur premissam quia ut dicit Cyprianus dignum est ut qui
a deo pascitur in deo vivat Et ideo post subsidium tibi petitur venia delicti Vel
aliter qui plerumque in usu tibi corporalis et rerum aliarum ad necessitatem ordinatarum
excedimus et peccamus dicente Augustino in confessionibus Et quis est domine qui aliquid non rapi-
at extra metas necessitatis Ideo post petitionem tibi statim sequitur petitio de dimissione pecca-
ti Et secundum hoc particulam duas partes quia primo ponitur ipsa petitio Secundo adiungitur mo-
dus et conditio cum dicitur sicut et nos etc Circa primum ad commendationem petitionis huius dicitur
dimitte nobis debita nostra Vel sic post petitionem boni consequendi subditur petitio
mali auferendi In ista quinta petitione petit malum auferri quod contrarium est vite e-
terne et hoc est peccatum Unde primo ad Corinthios vi Neque fornicarii neque ydolis servientes
regnum dei possidebunt Et ad hoc petendum dicitur dimitte nobis debita nostra id est
peccata quibus anima obligatur ad penam Debita namque hic peccata vocantur Et e-
nim illam orationem tenetur ullum hominem a peccato esse immu-
nem dicitur quomodo audet extollendo
Unde dicit Cyprianus Nec quis sibi quasi innocens placeat et se extollendo
plus pereat instruitur se nosse peccare dum pro peccatis iubetur cotidie orare Sed
dubitaret aliquis quo peccata possunt dici debita Cum enim debita sunt que alium
tenere tenemur solvere peccata autem non possunt aliquem debere nec solvi Videtur igitur

q inquantum per debita intelligunt peta dicendo q protanto peta dicunt
debita / q inde peta contrahimus q debita no solvimus i q no facimus qd debemus
et obligamur indicii penam debere Sicut go q no solvit pena creditori statuto t' immo
duppliter incurrit debitum primo peta debitum ex eo q no solvit per qd offendit creditore
vlt debitu et debitum pene quam debet iudicii ex eo q est iniustam egit Sic in proposito pro eo q no
facimus debitum nostrum illis quibus debemus contrahimus duo mala scilicet peccatum et reatum
peccatum quantum ad culpam reatum quantum ad penam que utraque noie debiti intelligunt
Ex quo patet q potius et melius dicitur hic debita nostra quam peta
dicendo dimitte nobis debita q per hoc petimus dimissionem culpe et pene q plus petimus
f dimitte nobis peta nostra q mquam dimittitur peccatum ad culpam quam remaneat reatus
quantum ad penam Ultimus q dictum est q inde peta contrahimus q debita nostra quibus
debemus no solvimus Dubitaret aliquis quibus et q debita debeamus Et ter qd
est sciendum q aliqua debemus deo aliquid nobis ipsis et aliquid proximis nostris Debemus
deo religionem nobis ipsis debitam gubernatam proximis mutuam dilectionem Debemus
inquam deo religionem Levitici xvi affligetis animas vestras deo religione perpetua
Est autem sciendum q religio no accipitur hic pro statu religiosorum sed est quedam virtus
moralis que est pars iusticie ad quam virtute deo exhibetur cultum et latrie et comprehendit
in se latriam et actus huius virtutis sunt adoracio, oblacio, oracio. laus. votum, iuramentum
et cetera talia que soli deo debentur Et diffinitur a Tullio in secundo Rethorice
sic Religio est virtus que curam nature quam divinam vocant cultum cerimoniarum af-
fert Et hac virtute per anthonomasiam dicuntur illi religiosi qui seipsos totos tanquam
meritorio vero additur quod aliquod opus sit bonum non sufficit quod sit bonum ex genere sed
etiam requiritur quod sit bonum ex circumstantiis i. quod bene fiat et recta intentione. Intentio
enim operi nomen imponit. Ut ergo in ieiunio et in quolibet alio opere bono meritum pos
simus consequi saluator docet nos malam intentionem excludere et premissa dicens Cum
ieiunatis. In quo dominus presupponit quemquam esse ieiunandum et maxime ex diuina ordinatione
que ieiunia instituit ut habetur Leuitici ib. et sanctorum primum veteris testamenti qui non
testatur imitatione qui ieiunauerunt ut Moyses Helias et plures alii quo ad
patres veteris testamenti. Et Iohannes baptista et sanctus Nicolaus et alii plurimi quo ad
patres noui testamenti et precipue ex obedientia quam tenemur vicario Christi et
ecclesie sacrosancte que ecclesia ex certis et iustis causis solempnia ieiunia instituit inter
que ieiunium quadragesimale obtinet principatum. Secundo quid quantum ad presens sufficit quare de
[illegible] ieiunium institutum est. Primo in memoriam et sine quam Christus ieiunauit [illegible]. Secundo ut
[illegible] debite per ieiunia ad festa pascalia celebranda et ad corpus Christi dignam
[illegible] debite per ieiunia ad festa pascalia celebrandum et ad corpus Christi digne
suscipiendum. 3o quia per hoc soluimus decimam totius anni de corpore nostro quia de anima decimam
soluere tenemur domino deo per orationes deuotas et per priuationes ad deum affectus. De corpore
per ieiunia per carnis afflictiones. 4to secundum beatum Augustinum quod sicut per cibum a pa
radiso per ieiunium et abstinentiam ad celum redire et ingre
di. [illegible] sumus exclusi ita per ieiunium et abstinentiam ad celum redire et ingre-
di debemus. Ideo ad hoc ieiunium ex precepto ecclesie tenentur omnes fideles exceptis hiis
qui legitimis et rationabilibus causis excusantur. Quod secundum [illegible] super 4to [illegible]
et plures sunt presertim [illegible] nondum ieiunandi ut sunt pueri et [illegible]
pregnantes que duplici indigent alimento et infirmi et peregrinantes ad limina sanctorum
et pro victu grauiter laborantes et hospitalem necessitatem. Et hiis similes. Nichilominus
tamen illi qui excusantur a ieiunio corporali non excusantur ut excusari possunt a nec ieiunio spirituali
cum teneantur spiritualiter ieiunare. Pro quo sciendum secundum Augustinum quod duplex est ieiunium scilicet
corporale et spirituale. Corporale est abstinere a cibis corporalibus ad reprimendam gule et
ad refrenationem luxurie que ex epula oritur et consurgit. Spirituale est abstinere ab iniquitatibus
et illicitis voluptatibus. Nichil enim prodest homini ieiunare et orare et cetera bona disciplinare
opera exercere nisi mens ab iniquitate reuocetur et lingua a detractione prohibeatur. Unde idem
Augustinus dicit Qui a cibis abstinet et male viuit demones imitatur quibus
esca non est corporis et nequitia semper inest. Sed quia dominus [illegible] corpus possunt plura
ieiunia hominis non [illegible] meritoria. Ideo ut impedimenta vi et meritorium ieiunium semoueret
dixit Cum ieiunatis. Pro quo notandum est ayulant est ieiunium scilicet indifferens quod ut

placet nec displicet ut est ieiunium egritudinis quo eger ieiunat, ut quia manducare non
potest vel ut sanitatem acquirat, et ut est ieiunium indigencie quo pauper ieiunat quia non
manducet. Demonstratum est aliud scilicet cupiditatis quo cupidus ieiunat quia non habet quid
congreget. Cum igitur non saciabitur pane indigebit et in tristicia erit super mensam suam.
Aliud gulositatis quo gulosus abstinet a cibo grosso ut plus possit comedere de
delicatis. Aliud ypocrisis qui propter gloriam vanam abstinet in aperto et sepe multum
comedunt in occulto. De hiis ieiuniis dicitur Zach. 7. Numquid ieiunium ieiunastis mihi et cetera. Et 2. tum quod est
exercitorium est aliud scilicet sacramentale quod iniungitur a curato pro penitencia. Aliud devo-
cionis vel exultacionis quod fit pro desiderio vite eterne. Aliud meroris de abse-
ncia sponsi Christi, quo venient dies cum auferetur ab eis sponsus et tunc ieiunabunt.
Aliud cautele, hoc ieiunio ieiunavit beata Judith de qua dicitur Judith 8o quod erat
cilicium super lumbos suos et ieiunabat omnibus diebus vite sue. Aliud suppli-
cacionis venie de quo Joelis 2o Canite tuba in Syon, sanctificate ieiunium et cetera
Illa ieiunia sunt meritoria et deo accepta quia ad laudem dei et salutem animarum ordi-
nantur. Sed ex quo dominus per prophetam Joelem dicit Sanctificate ieiunium, queritur quo ie-
iunium sanctificetur. Videtur secundum Hugonem de Sancto Victore quod quinque sunt que sanctificant ieiunium,
scilicet confessio, elemosina, obediencia mandatorum, concordia fratrum, silencium oris et
manus. De hiis dicitur Ysaie 58 Hoc est ieiunium quod elegi, dissolve colligaciones
impietatis id est peccatorum in corde colligatorum per confessionem, frange esurienti panem
tuum, ecce elemosina, dicit omni ieiunans de eo quod sibi subtrahit pauperibus pro-
videat. De 3o dicitur Ecce in die ieiunii vestri invenitur voluntas vestra, quasi dicit
ubi obediencia mandatorum deberet reperiri. De 4to ecce ad lites et contenciones ieiunatis
et percutitis pugno impie, tale ieiunium domino non placet, sed hoc quod concordia
fratrum decoratur. De quinto dicitur ibidem Si desieris digitum extendere id est
cessaveris pravia operari et hoc est silencium manus, et loqui quod non prodest id est
si linguam prohibueris a vaniloquiis et detraccionibus et similibus, et hoc
est silencium oris, tale ieiunium sic sanctificatum fructuosum est et salubre
primo, sic quia placat deum iratum. Exemplum hic Jone de Ninivitis, de quibus
legitur quod audita predicacione Jone dicentis Adhuc quadraginta dies et sub-
vertetur Ninive predicaverunt ieiunium et vestiti sunt saccis. Et sequitur vidit deus
opera eorum et misertus est super malicia quam locutus est ut faceret et non fecit.
Secundo intellectum aperit Daniel primo ubi legitur de pueris qui contempserunt cibos re-
gios quibus ideo deus contulit scienciam et disciplinam. 3o preparat viam gracie
Luce 1o dicit de Johanne Vinum et siceram non bibet. Et subditur Et replebitur
spiritu sancto, et ideo vigilias sanctorum ieiunamus ut in eis animas preparemus ad susci-
piendam graciam venture solempnitatis et sancta mater ecclesia credit spiritum sanctum super
apostolos ieiunantes advenisse. Quarto demonum debilitat qui pascitur in voluptatibus.
Unde Matthei 17 hoc genus non eicitur nisi in oracione et ieiunio. Quinto in quadragesima demonem
quasi obsidemus et ipsum fame a nobis expellimus. Vulgariter enim dicitur fa-
mes expellit lupum de silua et similiter ieiunium demonem de corde hominis in quo
multis voluptatibus delituit incrassatus. Unde demon timens ne futura obsidione
tribus diebus ante quadragesimam castrum suum scilicet cor gulosi studiose munit replens
illud et ingurgitans multitudine ferculorum ne in quadragesima cito compellatur exire.
Non enim potest quiescere in sanctis quia aridus ibi cibus invenitur. Dicitur Luce 11 Cum demon
expulsus ambulat per loca arida querens requiem et non invenit
Et tunc dicit revertar in domum meam unde exivi. Sic demon si ab aliquibus
expellitur in quadragesima revertitur post pascha quando sobrietate ieiunii postposita homines

Et sequitur infra
inter vestibulum et
altare plorabunt sacerdotes et
dicent parce domine
parce populo tuo

ieiunia

adepulas reuitur. Crito autem quod intemperantia libidinis roborat et confortat. Unde
canit ecclesia: Carnis terat superbiam potus cibique parcitas. 3^t gula cata libidine vinces
ad superna erigitur et virtutum stipendia lucratur et acquirit. Unde Gregorius in prefatione: qui
corporali ieiunio vicia comprimis, mentem elevas etc. Sexto dei visionem impetrat. Patet
de Moyse Exodi 24 qui post ieiunium quadragenale dei visionem promeruit. Septimo gratiam
conservat. Ysaie 30: dabit tibi dominus panem artum et aquam brevem, et non faciet a te volare
doctorem tuum, id est gratiam te decorantem. Octavo ad montem glorie perducit. Figura huius habetur 3°
Regum 19 de Helia qui superatis Jesabel roboratus pane et aqua abiit in fortitudine cibi
illius quadraginta diebus et 40 noctibus usque ad montem dei. Et quia ieiunium tam salutiferum
est, ideo in hac vita ieiunandum est que tota est quedam vigilia, sed post mortem
erit festum celebrandum et eternum, nec causetur quis de vigilie longitudine, si perpeditur
festivitatis diuturnitas. Et si quis propter nimiam fragilitatem nequeat omni tempore corporaliter abstinere,
saltem quolibet tempore spiritualiter ieiunet, id est a vicijs abstineat, sicut qui continuum habet bellum
omni tempore munit castrum. Hec omnia Hugo de sancto Victore. Et notandum secundum eundem quod per gulam
quorum maxime in nobis peccamus, scilicet tempore, modo, qualitate et quantitate. De tempore scribitur Ysaie 5°:
Ve qui consurgitis mane ad sectandum ebrietatem, ecce anticipatio hore seu temporis, ad
potandum usque ad vesperam, ecce multiplicatio nimia. De qualitate et quantitate scribitur Sapientie 2°: Reple-
amus nos, ecce quantitatem, vino precioso, ecce qualitas. Sed ut circa contrarias ti-
metur (?) et maxime tempore statutum est cavere excessum temporis prandium post vesperas differe-
re (?) excessum nimium semel in manducare, quod qualitate parte cibarijs uti ut corpus
macerent et quod ardorem libidinis infrigidet. Caro enim est sicut serpens, qui si per
ieiunium infrigidetur caret veneno. Contra quantitatem statutum est paucis cibarijs uti
unde canit ecclesia: utamur ergo parcius etc. Dicit enim Ambrosius: Quod illicitorum veniam
postulantem a multis licitis abstinere. Volunt autem remedium usum esse in contrarium, scilicet
in augmentum morbi, quia lautiora cibaria querunt, de quo non modicum gaudet
dyabolus quod armis que nobis dominus contulit ad protectionem nos expugnat. Sed absit
hoc a veris fidelibus sollicite salutem suam querentibus. Hinc enim doctrina Christi docet
intentionem et omnem nitidum ieiunij cassantia removere. Marie autem et ut plurimum me-
ruit et omnem mitidum ieiunij cassantia removere, macie autem et ut plurimum me-
ritatum ieiunium vento vane glorie maculatur. Ideo dominus tales docet hac male-
diciam vanam gloriam omni studio devitare dicens: Cum ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tri-
stes sicut dicit: nolite ad innuendum quod non solum prohibet ypocrisim in opere, sed etiam
in voluntate, in qua est prima radix merendi vel demerendi. 2° prohibet ieiunantes tristes
fieri, quia dicit: Cum ieiunatis, nolite fieri, et non dicit non esse, quia in ieiunio esse tristem
est necesse, sed fieri tristem est voluntatis. Naturaliter enim ieiunium facit hominem tristem. Unde
Crisostomus: non potest fieri ut sit hylaris qui ieiunat, et ideo dominus non dixit: Nolite esse
tristes, sed nolite fieri, qui enim per [illegible] aliquis fallentes tristes
apparent, illi non sunt tristes sed fiunt. Et subdit Crisostomus: Si ille qui ieiunat
et tristem se facit ypocrita est, quanto miserior est qui non ieiunat et tamen in facie
sua pallorem vel aliud signum ieiunij ostendit. Sed circa quod dominus notanter dicit
Nolite fieri sicut ypocrite tristes, videtur primo quid sit ypocrita, 2° quot sunt species
ypocrisis, 3° an ypocrisis sit peccatum mortale. Ad primum videtur Augustinus quod quilibet
qui vult videri quod non est ypocrita est. Et ideo, Augustinus, pauci sunt etiam
de quolibet statu fidelium qui non sunt ypocrite, quia paucissimi sunt qui tenent illud
quod professi sunt, scilicet sectam Christi et sponsam dyaboli et omnia opera eius. Et sic quasi omnes
sunt aliter foris apparent quam intus est. Et hec est generalis acceptio ypocrite. Sed
specialiter dicuntur ypocrite simulatores qui iusti esse non curant, sed tamen videri cupiunt,
mala perficiunt et bona profitentur, per ostentationem enim boni apparent, per
actionem vero mali existunt. Et subdit Augustinus quod talis ypocrisis non committitur nisi

vestes nigras
et posturas

dua

balde ab astutis qui desiderat vicia sub spe virtutu celare. Ve vobis ypocrite q
siles estis sepulcris dealbatis que apparet hoibus foris speciosa intus vero plena sunt
ossibus mortuorum et omni spurcicia. Ad 2m videtur quod 4or sunt spes ypocrisis. Pa
est boni silatio tunc quis silat se habere bonum quod non habet aut facere bonum quod non
facit de quo Gregorius Silata castitas est duplex iniquitas. Hii sunt siles arboribus
sodomorum de quibus legitur in Scolastica hystoria que iuxta mare mortuum
crescunt poma ferentes que poma in exteriori apparentia matura et sapida videntur
sed cum aperiuntur tunc inveniuntur plena favillis sic opera ypocritarum in morte re-
periuntur coram deo et angelis vana digna supplicio infernali. Secunda species est
boni desideratio qua ea que de suo genere bona sunt prava intencione corrumpuntur
tum ut hoibus placeant. Hii sunt qui contra preceptum domini dant filias alienigenis fili
is suis i. bonis operibus malas intenciones adiungunt Exo 23. Tales dampnan-
tur sicut falsarii monete regis eterni. Tercia species est boni dissilatio qua quis silat
se bona sua occultare appetens tamen ea hoibus esse manifesta ne appareat ypocrita ut
ut melior videatur. De hiis dicitur cap 6 quod amat orare in angulis etc. Tales
cum rogati an bonum aliquod faciant renuere solent. Deus enim tantum meliores sunt
et hoc ideo ut in aliis habeantur veneracione et eorum opera estimantur prestanciora.
Quarta species est mali palliatio qua quis bonis obumbracionibus mala sua depi-
cy git ut quantum mala sua faciet et ex hoibus illius bona appareat. De hiis dici-
tur 7o venient ad vos in vestimentis ovium intus sunt lupi rapaces. Dicitur enim in libris
de naturalibus alium quod lupi similes pastorum finguntur et oves pastores esse putant
et sic intrante metodum luporum non fugiendo et sic ad eas fraudulenter
veniunt et diripiunt. Ad 3am videtur sicut Albertus super 4to dist 16. Cum de
ypocrisi indicandum est sicut de mendatio et sicut mendacium non semper est mortale sed
quandoque est perniciosum ita et ypocrisis tunc est peccatum mortale quando est perniciosa ut
quando simulator per silatam sanctitatem aliud quodammodo ledit vel defraudat. Quo
aut ypocrite cognosci debeant declarat dominus consequenter dicens Exterminant e-
nim facies suas demoliuntur vel dissipant venustatem vultus. Exterminare proprie
est extra terminos eicere ut expulerim facere vel fugari sed hic capitur pro decornare
Unde Glosa exterminant i. extra terminos humane condicionis abducunt. Illi ergo
faciunt exterminant quadam tristicia extra modum solitum aliorum de uirant
ut religiosi perfecti appareant. Vel aliter sicut enim sunt aliqua unguenta
ad decorandum faciem quibus utuntur mulieres ad silandum pulcritudinem ita sunt
queda ungenta ad exterminandum i. decornandum perdito modo faciei et forte talibus
ungentis utebantur ypocrite ad silandum penitenciam sicut et nunc quidam mendicantes talibus
utuntur ad extorquendum pecunias per questum. Exterminant enim facies suas et bene
dicit facies quia magis apparet quam brachia vel pedes. Dicitur enim iactancia
de nimio nitore et de nimio squalore vultuum et vestium et ideo medium
fine intencionis reprehendit hic ut supra ibi Glosa. Ne plus habet virtute sed fic-
tam virtutis speciem ut appareant hoibus ieiunantes plus quam alii hoies lucentur visio
seu dispositionis pompe. Sed quo attendendum est quod anima et corpus sic unum
sunt quod deus sub ista lege coniunxit ut caro spiritui subdatur et ratio racioni in
omnibus consentiet et ideo facies a faciendo dicitur ut quicquid anima intus facit
hoc facies foris ostendit. Facies ergo est terminus voluntatis et anime in operatione naturali
ypocrite igitur quod intus de malicia gaudent et foris iusticiam silant facies suas

[illegible]

extermi(n)ant in quo deus creator vilipenditur deus noster immutat quod ca(usa) [illegible] ... manet et quod in ... deicit

et lege nalez putrit deum int(er) corp(us) et a(n)i(m)az diu(isi)t fatuum et ho(m)i(n)es decipit dum

propter corp(us) laudez se tristes fl(or)e simulant [illegible] ideo subdit(ur) ut appareat ho(m)i(n)ib(us) ieiunantes

Iungo i(d est) ut temicz autem [illegible] gl(ori)e (con)sequuntur. Tales enim s(e)c(un)d(u)m [illegible] lugdunen(sis)

de nichilo saturantur de vento impinguantur de nubibus inebriantur de sophis

ditant(ur). Et ideo seq(uitur) Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Nobis potest [illegible]

atoz in assercione dices Amen dico vobis receperunt mercedem suam temporalem i(d est) laudem

humanam quam voluit h(ab)e(re) p(ro) ieiunio sed adhuc eternam recipiet mercedem p(ro) simulatione

et fictione scilicet dampnationem eternam. Et notat dicit receperunt et non recipiunt quia illa

laus adeo brevis est quod quasi nichil sed decipit. Gregorius Non est tutum labiis hominum

committere gloriam suam quia committitur archae seu ciste cuius serra et clavis ma-

nus tua posita in ore meo non in tua sed in mea potestate est tu mea libitu

possum laudare vel tibi derogare. [illegible] ieiunii que continetur in hoc versu. Abstinet

eger egens cupidus gula gloria votum. Et s(e)c(un)d(u)m hugonem receperunt de scito bic

receperunt et non recipiunt gloriam quia gloria in qua [illegible] tam momentanea est quod vix

[illegible] aliquid deputi na cito pertransit et [illegible] tamdiu gloria de laude hominum sen-

titur sed cum perfertur auditur et mox vox prolata perit. Similiter gloria vocis [illegible]

Iob [illegible] laus ipsorum brevis et gaudium ypocrite ad instar puncti. [illegible] Augustinus

dicens in honoribus et laude [illegible] est vana vel deceptoria voluptas infructuosus

labor [illegible] anxietas [illegible] sollicitudo [illegible] timor visa sublimitas

initium sine prudentia et finis tuus pena. Ergo sequitur quod non est securum pro

favore hominum appetere [illegible] Sequitur Tu autem cum ieiunas etc.

Postquam salvator noster docuit removere maliciam ypocrisim circa ieiunium iam ostendit

quis sit debitus modus ieiunandi et dat consilium dicens Tu autem cum ieiunas. Dicit non

vos in singulari propter paucitatem ... ieiunantium supra autem dixit in plurali cum ieiunatis

propter multitudinem ... ieiunium. Notandum igitur quod ad ieiunium meritorium requiruntur aliqua hic

per ordinem expressa. Primo ut ieiunans ungat caput suum oleo non ad litteram hoc

intelligendo quia s(e)c(un)d(u)m Bedam ridiculum esset in ieiunio oleo caput ungere sed est in-

telligi metaphorice. Et primo sic s(e)c(un)d(u)m Bedam Unge caput tuum oleo i(d est) festinum

et letum te exhibe [illegible] tristicia ypocritarum et sumitur metaphora a palestinis

quorum mos erat in festivitatibus caput ungere [illegible] dicit Apostolus 2 Cor. 9 hylarem

datorem diligit deus. Secundo sic unge caput tuum oleo [illegible] mentem tuam devotam

quae tunc ungitur cum in ieiunio spiritualiter delectatur. Et 3o sic unge caput tuum oleo etc.

quod tunc ungitur cum in ieiunio spiritualiter delectatur ... triplex unctio. Primo u-

[illegible] i(d est) Christum qui est caput nostrum et hoc fit [illegible] qui caritate sua effudit super

unget Christum qui gratias agit ... secundo unget Christum

Christum. Caritas enim unctio est 1 Io 2 Unctio docebit vos de omnibus. Hec unge

Christum [illegible] diligendus est Deut. 6 diliges

[illegible] super deum fundendum quia ipse super omnia diligendus est ... quia propter dilexit

dominum deum tuum etc. ab ipso enim hoc unguentum in nos descendit ...

nos et omnis gratia a deo sunt principium Iacobi 1o Omne datum optimum etc. ergo

eius caritas ... in ipsum refundi debet. Primo ... flumina redeunt

Tercio ungit Christum qui pro pauperibus ... et hec unctio debet fieri

oleo misericordie. Oleum natura tria facit reficit esurientem sanat vulnera et nocte

illuminat. Sic elemosina reficit Christum esurientem in paupere Mt 25 Esurivi et de-

distis mihi manducare etc. 2o sanat vulneratum quia est quoddam salutiferum emplastrum

super vulnera peccatorum Ps 78 dicitur frange esurienti panem tuum et sequitur et

sanitas tua citius orietur. 3o elemosina illuminat quia tenebras peccatorum expellit

Eccl. 3 elemosina resistit peccato. Oleo ergo caput ungit qui tempore ieiunii elemosinas dat [illegible]

habundantes. 4o sic unge caput tuum oleo i(d est) cor tuum in devotis meditationibus

lavandum etc.

Corda et malicia cogitationum. Ysa. 1 lava faciem tuam etc. 4to lava ab immundicia cor tuum Ierusalem ut salva fias

2o ab adoptiva [illegible] immundicia glorificat simulacre ... que tria sunt per tres [illegible] spiritus

quos Iohannes vidit exire de ore draconis Apoc. 13. 3o pedes sunt lavandi a sordibus [illegible] Cant. 5

lavi pedes meos quo modo inquinabo illos. 4to manus a sanguine carnalis voluptatis Ysa. 1 manus

vestre plene sunt sanguine et aperi [illegible] lavabis [illegible] 7to facie a fermento

ypocrisis ut infra.

nitur et resoluitur et hoc oleo nitide conservationis hoc oleo sancti tue unges caput mentis
cap. 27 ideo intus ianuas celestium nuptiarum non sunt admisse. Secundo ad ieiunium
meritorium requiritur ut ieiunans faciem suam lavet. Ideo dicitur Et faciem tuam lava
id est conscienciam tuam purifica et pulcre per faciem consciencia intelligitur secundum Cris. quia sicut in conspectu
hominum gloriosa est facies pulcra sic in oculo dei sponsa est consciencia munda. Si igitur
abstuleris nequiciam tuam ab anima tua et bene ieiunabis. unde Ambrosius in quodam sermone
oportet nos esse in sanctitate puros pudicicia mundos honestate nitidos et quanto dierum sanctorum
propinquius tempus advenit tanto amplius intendamus mundare. Si enim inclitus a le-
alis susceptus solet maculas vestium suarum aqua diluere magis oportet nos maculas
animarum nostrarum fletibus abluere qui summi domini dei nomen suscepimus. Et sicut ille si vestes
adeo infecte sordibus fuerint ut maculas sola aqua non purget addit mollitiem
olei aut sinigmatis(?) et fellis acrimoniam ut silia. et nos si tam sunt peccata
nos maculaverit ut minime solis fletibus abluatur addamus oleum nunc acrimo-
niam ieiunii. Nullum enim est tam immane delictum quod non purgetur abstinencia vel
extinguatur elemosina. Debes ergo faciem id est conscienciam lavare triplici lavacro secundum Hildradum(?)
Primum est lavacrum compunctionis id est lixivium de quo psalmista lavabo per singulas noctes lectum
meum etc. lixivium compunctionis debet esse calidum ut cor a sordibus abluat. exemplum de Ezechia
calidum ut frigidum cor in amore dei calefaciat exemplum de Magdalena amarum ut dul-
corem carnalium voluptatum temperet Recogitabo tibi etc. Ysaie 38. hoc lavacrum
sive lixivium debet scilicet esse calidum et tinctum. Tinctus est memoria peccati vel inferni vel mortis
indubitanter venture. hos tinctus colat qui hec tria fideliter recogitat. Exemplum ap-
ponit qui confitendo lacrimas effudit utrumque fecit David cum dixit. Certum non est
in morte quando mortuus sit tunc. Ecce tinctus in memoria mortis assumptus. in inferno
autem quis confitebitur tibi. ecce memoria inferni. laboravi in gemitu. ecce aqua
iuncta tinctui lacrimis meis etc. lavabo faciem. Secundum lavacrum est confessionis
de quo verius lavacrum legitur dixisse Romano militi. Unde in confessione lavatur
de hoc lavacro habetur 4 regum 5 capitulo ubi dicitur de Naaman leproso lavare
septies in Iordane. septies dicitur propter septem capitalia peccata. vel possumus dicere
quod hoc lavacrum sit lavacrum lactis. sicut primum lavacrum dicitur lavacrum lixivii
quia sicut lac serpentes fugat de corporibus hominum suo odore sic confessio expellit peccata
de cordibus confitentium unde Bulhar(?) similiter confitenti remittit deus peccatum et eum
dyabolus quem in corde hominis innasceretur amittit. primo ... Ubi enim peccatum re-
mittitur ibi procul dubio dyabolus de corde peccatoris expellitur. Tercium lavacrum
dicitur lavacrum vini id est operose satisfactionis per quam peccator resumit virtutem
et graciam perditam. hoc vinum letificat cor hominis. Vel potest dici lavacrum sanguinis
id est afflictionis carnis Apocalypsis 7 laverunt stolas suas in sanguine agni id est in imi-
tatione passionis Christi. Ad talem faciei lotionem hortatur nos Ysaias 1 lavamini et
mundi estote. Faciem ergo lava ne sordidus appareas. Hec duo dicit quando
duo videlicet unge caput oleo leticie et tristiciam reparatam lava et aqua mundi-
cie quod experimentum faciei. Item secundum duas partes iusticie lava faciem
id est conscienciam a malo tergendo. Unge caput id est mentem in bono gaudendo. Et
sic sanctificatur ieiunium secundum Cris. Tercio ad meritorium ieiunium requiritur recta ad
deum intencio ideo subdit Ne videaris hominibus. Ubi removet intencionem pravam
scilicet quere affectum favoris et laudis humane. Non enim prohibet Christus videri
sed velle videri et laudari. Ideo dicit ne videaris hominibus ieiunans. Unde
Glosa hominibus ieiunat qui favorem eorum captat. deo ieiunat qui pro eius
amore se macerat et quod sibi subtrahit aliis impendit. Et ergo dicit
in textu. Suadens intencionem rectam. Sed patri tuo id est deo qui est pater pauperum

deut. 32 Nunc pr

Deut. 32 Nonne ipse est pater tuus qui possidet fecit et creavit. Item tuta provisionis
Sapie 12 Cui cura est de omnibus, et ps. Oculi omnium in te sperant. Item bone ad-
optionis Ro. 8 Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum
adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater. Item rare glorificationis sua hereditate sua nobis in gloria
largiendo, ps. 15 Tu es qui restitues hereditatem meam mihi. Mt. 6 Qui videt in abscondito
primo in abscondito maiestatis Ys. 45 Vere tu es deus absconditus. 2o in abscon-
dito cogitationis vel cordis, ps. 7 Scrutans corda et renes deus. Et 1 Reg. 16
homo videt que foris sunt, deus autem intuetur cor. Tertio in abscondito remunerationis
ps. 30 Quam magna multitudo dulcedinis tue quam abscondisti te. Reddet tibi, i. approbabit vitam et secretam
intentionem tuam, mercedem talis premium tibi retribuendo. Sapie 10 Reddet deus mercedem labo-
rum sanctorum suorum. Nota quod multa bona per ieiunium redibuntur. Primum est evitatio dampnationis
Exemplum Jone 3o ubi deus misertus est Ninivitis per ieiunium. 2m est evacuatio dyabolice temptationis
figuratur Judith 13 de Judith dicitur quod per ieiunium amputatur caput Olofernis per quo suggestio
demonum figuratur. 3m est eliminatio lascivie carnis per qua dyabolus vexat, Mr. 9 hoc genus
demoniorum non potest eici nisi in oratione et ieiunio. Orationes sanatur pestis animi, ieiunio pestis
corporis, et sic patet quod malum amovendum valet etiam ad bonum adipiscendum, et primo est corporis
sanitas. Eccl. 31 vigilia et colera et tortura viro infrunito somnus sanitatis in homine
parco. 2m est impetratio sapientie Dan. 1 pueris propter abstinentiam dedit deus intelligentiam.
Et 10 capitulo post ieiunium ebdomadarum trium facta est revelatio Danieli. Tertium est im-
petratio doctrine Exo. 34 legitur quod Moyses ieiunavit 40 diebus ut susciperet legem qua
doceret populum. 4m bonum est impetratio gratie Ys. de ieiunio quod debite sit cum operibus misericordie
dicitur Ys. 58 Nonne hoc est ieiunium quod elegi, dissolve colligationes impietatis, solve fasci-
culos deprimentes, frange esurienti panem tuum. Et sequitur Tunc erumpet quasi mane lumen
tuum et sanitas tua citius orietur. Alia patent hic supra. Sed hic possunt esse vij dubi-
tationes. Prima utrum ex precepto sint aliqua tempora ad ieiunandum instituta. 2 utrum non observantes
illa tempora sint semper transgressores precepti. 3 utrum tempora ad feriandum vel ad solempnizandum instituta
sint ad ieiunium ita quod sciant vigilias. 4 utrum utentes lacticiniis tempore ieiuniorum solvant
ieiunium ecclesie. 5 utrum ieiunantes diebus dominicis faciant contra ecclesie ordinationem. 6 utrum ex
precepto ecclesie ieiunando sit ieiunare sit semel comedere in die. Septimo utrum cum nativi-
tas domini venit die veneris sit licitum comedere carnes. Ad primum est dicendum quod hanc dubi-
tationem movet Aug. in titulo misse de ieiunio die sabbati dicens, quod si a me veritatem
ipsius questionis queris, ego in ewangelicis et apostolicis litteris totoque instrumento novo quod
novum testamentum appellatur in animo revolvens video preceptum esse ieiunium. Sed quibus non
oporteat ieiunare et quibus oporteat precepto domini vel apostolorum non invenio diffinitum.
Secundum ergo determinationem Aug. ieiunium ex precepto domini et apostolorum invenitur institutum,
sed quibus diebus ieiunetur et quibus non, non invenitur diffinitum nisi per consuetudinem
populi christiani et propter instituta maiorum que pro precepto et lege tenenda sunt.
Nam secundum regulam Aug. in dicto libro in hiis rebus in quibus nichil certi statuit divina
scriptura mos populi et instituta maiorum pro lege tenenda sunt, de quibus disputare
non oportet quia concietur indeterminata loqui. Ad secundum est dicendum quod aliqua tempora ie-
iunandi sunt in precepto, aliqua vero sunt in consilio, aliqua sunt media. Verum in precepto
sunt sancta, videlicet pascha cum tota quadragesima precedente, vigilia pentecostes et vi-
gilia nativitatis domini propter reverentiam sumptionis corporis christi, quia si non frequentius
saltem ter in anno, in pascate, pentecostes et in nativitate domini christi fideles
communicare consueverunt, ut patet de consecratione d. 2 Omnis. Festivitates apostolorum
cum festivitate Mathie preter festivitatem Philippi et Jacobi et Johannis Ewangeliste

que infra festiuitates occurrunt parimodo sunt in obseruatione ieiunii ut patet extra de
obseruatione ieiuniorum De vigiliis ac sancti Bartholomei que sit ieiunanda et obseruanda
consuetudo patrie ut ibi dicitur vigilia sancti Johannis Baptiste sancti Laurentii assumptionis
et natiuitatis sancte Marie et omnium sanctorum propter eorum orationum suffragia impetranda Leuatorum
enim ipsa cum aliorum ieiunio precipitur obseruanda quia istis diebus sacre ordinationes
consueuerunt celebrari ut 76 dis. c. consilium vero ad ieiunandum sunt dicti isti quarta feria
quia tali die ad occidendum dominum iudei dei consilium fecerunt et Judas eius tradicionem
cogitauit sexta feria scilicet quia in tali die christus crucifixus est videbitur ergo si iniquitate quod
istis diebus non ieiunat vel eum tradere saluatorem vel cum figentibus crucifigere Et
indeis die sabbathi propter quietem domini in sepulchro sicut patet de consecratione dis. 3 Inter dicta
ad ac ieiunium ipsa sunt dies dominica et quinta feria quia manichei et gentiles ac alii
infideles hos dies magis solempnizabant ieiunio Ut ergo ieiunium christianum a ieiunio
infidelium dicta non sed vel distingueretur ordinauit ecclesia quod nemo fidelium talibus
diebus ieiunium celebraret Ad tertium est dicendum quod omnia que sunt ieiunanda sunt solemniter
festiuanda et solempnisanda non in contrario vero feriandi sunt omnes dies dominici a vespere
usque ad vesperas festum sancti Stephani Johannis ewangeliste Innocentium Siluestri Circumcisio
domini Epiphania purificatio virginis ascensio domini Dedicatio sancti Michaelis Marti-
ni Dedicatio cuiuslibet oratorii in ipso loco et alia festa que episcopi cum populo collaudauerint
talia enim non generaliter omnibus sed vicinis commorantibus indicenda sunt ad feriandum
Reliquas vero festiuitates per annum accurrentes ad feriandum nec cogendi fideles sunt
nec prohibendi sicut habetur de consecratione d. 3 in omnibus istis solempnitatibus ieiunium
non precipitur Ad quartum est dicendum quod in modico ieiunio ecclesie esus carnium aliud sed
esus casei lactis et ouorum solum in solempni ieiunio quadragesimali interdicitur Secularibus
cum quarta distinctione capitulo denique quod par autem 3 ut qui istis diebus scilicet quadragesimali
liberi a carne animalium abstinemus ab omnibus quoque que sementinam originem carnium
sunt ieiunemus a lacte scilicet a caseo et ouis ieiunantes utuntur fere propter carentiam olei
vel carentiam piscium In partibus vero Italie talis consuetudo non seruatur Sed unumquod
in tali patria utentes caseo et ouis soluunt ieiunium ab ecclesia institutum puto quod si
talis consuetudo est vulgaris que pro lege tenenda est ita soluit ieiunium ecclesie per transgressionem
talis consuetudinis sicut soluitur per transgressionem precepti maxime si talis consuetudo
non possit frangi sine scandalo ut dicit ad lucallum Gracianus potest 76
distinctione dicens Unaqueque prouincia in suo sensu habundet et precepta maiorum
leges apostolicas arbitretur Ad quintum est dicendum quod hec dubitatio mouet Augustinus
in libro de ieiunio diei sabbati dicens Si die dominico ieiunare est magnum scandalum
postquam innotuit detestabilis multumque fidei catholice contraria heresis manicheorum
que suis auditoribus ad ieiunandum diem dominicum tamquam legitimum constituerunt per quod factum
est ut ieiunium diei dominice horribile apud christianos habeatur inducebat autem presbiter iuste
manicheorum fluxit testimonium apostoli Pauli qui die dominico protraxit sermonem usque
ad noctis medium antequam cibum sumeret sicut in actibus legitur Ex hoc igitur post modum
ordinauit ecclesia quod die dominico ieiunandum non esset Qua ordinatione ut dicit Augustinus
in eodem libro non frangit ille qui idoneus est ut nulla refectione interposita ultra
ebdomadam perpetuare possit ut ieiunio xl dierum quantum posset appropinquaret Sunt
aliquos fecisse cognouimus Nam ad ipsum quadragenarium usque peruenisse quedam
a fratribus dignissimis fide nobis assertum est Nam sicut Moyses et Helias nichil
cum prandia sabbatorum fecerunt in diebus xl ieiunauit Item post septem dies

tusie ieiunando ulla refectione imposita non sibi elegit diem dominicam ad ieiu
illius ieiunat in quibus scit ieiunare dispositus nandum sed in illis ieiunat in quibus se ieiunaturum disposuit. Volunt ergo Augustinus quod solum ille facit contra
ordinationem ecclesie ieiunando die dominico qui semel tantum hora ordinata comedit modo quo ecclesia
statuit. Sed si quis tunc erit die dominica sicut aliis diebus quibus ieiunare disposuit nulla comestio-
ne imposita quia talis non ieiunat modo quo statuit ecclesia non frangit ordinationem ecclesie. Unde
Christus non fecit contra ordinationem ecclesie ieiunando continuata diebus tunc quibus sex dominicis ieiunavit quia ipse
secundum Augustinum non ieiunavit modo quo ecclesia ieiunat qualibet die una comestione impo-
2 moyses nendo sicut Moyses et Helias. Fecerunt contra consuetudinem legis quia mandabatur diebus sabbati
non esse ieiunandum sed in illis ieiunaverunt quos se ieiunaturos disposuerunt. Diebus ergo
dominicis ieiunando non est imposita solum una comestione sicut ecclesia ieiunat nisi forte
ex necessitate sicut fecit Paulus protrahendo sermonem usque ad noctem. Unde dicit Gregorius in
dyalogo quod sacerdos ille qui prandium detulit beato Benedicto in dominica resurrectionis domini dixit
sibi: Surge, sume cibum quia dominica resurrectionis est, abstinere tibi non licet. Ad sextam est
dicendum quod licet ad auctores nostros pervenerit aliquos iuristas esse sine quod semel in die
comedere non sit de ratione essentiali ieiunii ecclesie eo modo quo ecclesia statuit ieiunandum quia licet
ut dicunt predicta decretorum vel decretalium neque per aliquorum sanctorum testimonia expressa in-
veniuntur sed per communem consuetudinem populi tamen cum populi consuetudo non magnam fidem
facit in facto quia multas consuetudines populi tollerat et dissimulat ecclesia. Quorum contrarium fate-
licet dominus eorum contra de ratione ieiunii ecclesie modo quo ecclesia statuit ieiunandum abstine-
ut dicunt quia ipsa diffinitio ieiunii data per sanctos doctores manifestabat quod dicitur ieiunium primo-
nia victus abstinentiam ciborum bis vel ter in die comedentes dummodo sit abstinentes
ieiunare dicuntur modo quo ecclesia statuit ieiunandum quorum opinionem quod magis dolendum
est doctores aliqui theologi consentire asserunt. Tamen in causis querulosis et litigio-
Thym 2 sis iuriste pretacto theologis preponantur quia ad litigia audienda seu diffinienda dicen-
te apostolo contemptibiles de ecclesia assumendi sunt eo quod servum dei non oportet litigare sed
mansuetum esse ad omnes. In hiis tamen que spectant ad formationem morum in sana
religione et expositione sacre scripture sacrarum litterarum tractatores iuristis solum verum
etiam pontificibus preferendi sunt ut patet 20 dis. c. decretales. Ymo in questionibus dif-
finiendis ubi questio per theologos fidei doctores determinata invenitur puta sacre
scripture expositores primum locum debent tenere. De casu ergo proposito totum contrarium quod dicunt
nobis videtur quod licet de ratione ieiunii secundum se ut est actus virtuosi ponentis modum in cibis
et potibus sit abstinere solum propter hoc quod in eius diffinitione ponitur victus parsimonia et ciborum
abstinentia. De ratione tamen ieiunii secundum quod ecclesia statuit ieiunandum et quolibet die debita hora
una comestione imponere si questionem hanc facientibus et eius solutionem invenire nolentibus
consuetudo universalis ecclesie et observantia maiorum non sufficit quare tamen sufficere debet quia illas
consuetudines ecclesia dissimulat que et si male sunt tollerat tamen ecclesia propter civitatem ma-
iorum mali quia abusionem tamen inimica in die carnisprivii populi autem non pri-
ideo ne priores existunt suo ingenio relinquendi sunt ut scribitur contra dis. consuetudines
secundum se bonas et laudabiles universalis ecclesie et per maiores observatas pro le-
gibus et preceptis sancta mater ecclesia mandat esse observandas possumus cum Augustinus dicat et
patet xi dis. In hiis in quibus sacra scriptura nichil certi statuit mos populi et instituta
maiorum sive sit scripta sive non pro lege tenenda sunt. Et sicut prevaricatores
legum divinarum veteris et novi testamenti, ita prevaricatores consuetudinum coherceendi
sunt ecclesiasticarum dicta nichilominus. Proferamus in medium dicta Augustini

in libro de ieiunio diei sabbati quod si potest ut ieiunetur modo quo ecclesia statuit ieiunare una comestione interponendo in die et tamen quis solvit si quispiam ebriosus tamen in ipsa una comestione inebrietur. Similiter si potest ut non ieiunetur modo quo ecclesia statuit ieiunium dum si spatium et abstinentes sint homines atque modestissime prandeant. Unde secundum Augustinum in eodem libro ieiunare ieiunio ecclesie est non prandere sed semel comedere; et non ieiunare tali ieiunio est prandere et per modum cene sumere. Ieiunare in ieiunio intimo et virtuoso hic est abstinere non solum a cibis verum amplius ab illecebris et peccatis quia ieiunium secundum Augustinum tale ieiunium domini si non prandeatur offendit, porro et ipsum non offendere [illegible]. Et planum est quod ieiunium ecclesie quis potest demereri ut si semel comedendo vino inebrietur in quo dicente apostolo est luxuria. Tandem secundum Augustinum predicto libro nullus dubitat die dominico longe plus aliis diebus christianis ieiuniorum esse abstinendum ut tota illa die in devotione et dei cultu occupare teneantur; et tamen eodem die ieiunare omnibus christifidelibus est interdictum. Aliud est ergo ieiunare et aliud abstinere modo quo ecclesia statuit ieiunandum. Ad secundum quod est dictum quod tribus causis esus carnium indulgetur: primo propter festi dignitatem unde dicitur extra de observatione ieiuniorum quod illi qui nec voto nec regulari observantia sunt astricti si festum nativitatis domini ipso die veneris venire contigerit carnibus vesci possunt propter ipsius festi excellentiam, non tamen qui propter devotionem volunt abstinere reprehendendi sunt. Secundo propter infirmitatem unde ibi dicitur quod cum necessitas legi subiecta non sit, illi qui in quadragesima vel aliis ieiuniis solempnibus in infirmitatibus petunt sibi esum carnium indulgeri supportari debent, ut in eis maius periculum evitetur. De comestione vero carnium die sabbati mandat papa ibi consuetudinem patrie esse servandam. Tertio propter famis necessitatem unde cum quadam quadragesima urgente fame magna populus ipsius in una patria comedere carnes fuisset coactus, mandat papa in tali articulo necessitatis sic comedentes non esse puniendos sed petens confugiendus ad deum quia bonarum mentium ibi est timere culpam ubi culpa minime reperitur. Sequitur.

Nolite thezaurizare vobis thesauros in terra ubi erugo et tinea demolitur et ubi fures effodiunt et furantur. Thezaurizate autem vobis thezauros in celis ubi neque tinea neque erugo demolitur et ubi fures non effodiunt et furantur. Ubi enim est thezaurus tuus ibi est et cor tuum. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si fuerit oculus tuus simplex totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est tenebre sunt ipse tenebre quante erunt.

In parte ista ut supra dicebatur salvator nos docet informationem morum in religione christiana per divinam contemplationem et temporalium et terrenorum abiectionem. Ad cuius intellectum est sciendum quod Cristus sic continuat istam processionem ad predictam. Dixit enim Christus non esse ieiunandum propter vanam gloriam et humanam laudem et quia nichil est quod ita continuose faciat homines et temporalia bona sicut humane glorie cupido, eo quod propter hoc homines turbas famulorum, equos auro coopertos, mensas argenteas desiderant, non ut utilitatem et voluptatem impleant, sed ut magis multis ostendantur. Ideo salvator statim adiungit tractatum ad contemptum terrenorum dicens Nolite thezaurizare etc. Vel sic: Superius salvator damnat simpliciter intentionis in operibus iustitie seu virtutis pravitatis cum dixit Attendite ne iustitiam vestram faciatis. Hic docet simplicitatem in operibus supererogationis. Et primo docet et exemplificat in duobus in thezauro et oculo. Docens in primo partem contemptum terrenorum propter deum. In secundo seculum intuitum supernorum.

Ibi lucerna corporis tui. Unde ait primo de collatione thezauri cordis, 2o de lucerna oculi.
primo ponit prohibitionem scilicet de non collocando thezauro in periculo, 2o ammonitionem de re-
ponendo eum in tuto ibi Thezaurizate vobis. primo facit suam inhibitionem, 2o innuit ad hec
rationem ibi ubi erugo et tynea non demolitur. Dicit ergo sic Nolite thezaurizare vobis thezauros id est divitias
in terra id est in transitoriis secundum glossam. Unde Crisostomus Stulticia est non relinquere unde exiturus es et illuc
non premittere quo iturus es. Non tezaurizat in terra qui adest cum congregatione diviciarum. Congre-
gantur autem divitie propter sufficienciam vite humane. Thezaurisatio autem indebita vite ne-
cessaria. Dicit oppinio quia reddit hominem insufficientissimum. Ille autem qui congregat divicias ex avaricia et
amore pecuniarum non utitur eis sed custodit eas, ducit miseram vitam et premittit eas pu-
trefieri et ideo dicit Iheronimus in epistola ad paulinum avaro deest tam
quod habet quam quod non habet. et talem modum thezaurizandi indebitum excludit salvator cum dicit
Nolite thezaurizare vobis thezauros in terra ubi erugo et tinea demolitur. Erugo
vel eris rubigo et in hoc tangitur corruptio diviciarum artificialium et naturalium ut auri
et argenti et ceterorum metallorum et tynea demolitur id est dissipat et consumit. et hic cor-
ruptio diviciarum naturalium ut frumenti et vini et ceterorum vestimentorum et consimilium que
putredine et tineis solvuntur et consumuntur. Et ubi fures effodiunt et furantur. hec
dicit secundum glossam propter lapides preciosos qui licet non possunt rubiginari nec tineis corrodi
tamen possunt a latronibus tolli. Nota hic tanguntur omnia in quibus thezaurisatio consistit
que sunt transitoria et non stabilia. Unde glossa Omne terrenum vel erugine consumitur ut aurum
et argentum vel putredine et tineis solvitur. vel quod ab hiis immune est a furibus
tollitur ut lapides preciosi. In hiis eciam anime gemina avaricie reprehenditur. Iste glossa depositum
patitur ab omni corruptibilium genere detrimentum quia ab insensibili ut est erugo, a sensibili
ut est tynea, a racionali ut sunt fures. Exponitur secundum glossam Erugo fit superbia que decorem
virtutum obfuscat, tinea que vestes latenter rodit Invidia est que studium laterat
et pannum unitatis dissipat. heretici sunt fures et demones qui semper ad hoc sunt inten-
ti ut spiritualibus spolient. Ex predictis patet quod thezaurisatio que fit ex causa hone-
stis non est interdicta a salvatore tamquam illicita ut cum quis thezaurisat ad opera
pia facienda ut est constructio ecclesiarum, relevatio pauperum et huiusmodi. vel propter
rempublicam conservandam et consimilia. quia talia non thezaurisat in terra id est propter terrena
sed propter deum et in celo. perfectius tamen et supererogacionis est ab omni congregatione
diviciarum abstinere. Unde apostolus habentes alimenta et quibus tegamur contenti simus.
Unde beatus Iheronimus in epistola ad paulinum victus atque vestitus divitie christianorum sunt
Sed perfectorum. et volenti pauperibus subvenire perfectius est totum superfluum simul quam
... et cetera. Unde Iheronimus in eadem epistola ad paulinum dicit festina queso te et here-
ditatis ... male naviculae sunt magis precide quam solve. Sequitur Thezaurisate autem vob-
is. hic ponitur ammonitio de thezauro reponendo in tuto ibi primo ammonet nostrorum co-
... 2o utilitate ibi vobis 3o preciositate id est thezauros
preciositate ibi thezaurisate 2o utilitate ibi vobis, 3o preciositate id est thezauros
quarto securitate ibi in celo, 4to de stabilitate ibi ubi est thezaurus tuus. Dicit ergo
thezaurizate vobis id est ad utilitatem vestram non ad utilitatem dei. Unde glossa Iusti non indi-
get. thezauros id est multa premiorum in celo id est in spiritualibus et eternis
cum non prodest sed vobis thezauros id est multa premiorum in celo id est in spiritualibus et eternis.
Ex hoc patet quod ille est verus modus thezaurisandi cum scilicet hec temporalia et transitoria co-
mutantur in priores usus et sic commutantur in hec spiritualia et eterna que sunt in celo.
Unde sequitur Neque erugo demolitur quia ibi nulla vetustas nec tinea, quia ibi nulla
passibilitas. et ubi fures non effodiunt nec furantur quia ibi nulla violencia nec fraus.

+ Sunt enim divitie indigentie causative, nam permittunt sufficientes se facere et faciunt indigentes. Unde boheci-
us de con. admiratur de inmoderate et mortaliter divitias congregantibus parvule dicit. Cuius sollicitudine
tanta divitias congregare festinat et fugare credo indigentiam quiritis, sed hoc in contrarium vobis cedit. Nam ubi
sunt plures divitie constat hunc pluribus adminiculis indigere. Nam qui plures agros et vineas habet pluribus
indiget laboratoribus qui consumunt. Sunt et hominum cordium afflictive. Eccl. ii. loquens de divite
dicit: Cuncti dies eius laboribus et erumpnis pleni sunt nec per noctem mente quiescit, et eccl. v°. Saturitas
divitis non sinit eum dormire. Et propterea Seneca in tragediis dicit: Avaro quid mali optas nisi ut
diu vivat. Nota multiplex est thezaurus, quidam qui dispergendus est, proverbiorum x°. Non proderunt
thezauri impietatis. Et infra 12. Malus homo de malo thezauro profert malum. Et
29 est thezaurus pene, psalmus Thezaurisat et ignorat cui congregabit ea. Et est thezaurus
bone conscientie. Infra 12. Bonus homo de bono thezauro profert bonum. Et est thezaurus quartus
sapientie. Ecclesiastici primo. In thezauris sapientie intellectus et scientie et religiositas. Et sapientie 7a. Infinitus
est thezaurus sapientie, quo qui usi sunt participes facti sunt amicitie dei. Et est thezaurus
scientie et gratie, proverbiorum 21. Thezaurus desiderabilis et oleum in habitaculo iusti. Thobie 4.
thezauros ultimos denique in celo reponere. Secundum quod celo ubi est thezaurus tuus ibi est
et cor tuum, secundum Glossam. Si in terra est, cor est deorsum, si in celo cor est in Christo sursum.
Bernhardus: Si thezaurus tuus est in terra tunc et cor tuum, et si nichil possidetur quod eveniat
sed nec erugo nec tinea etc., tunc non pravum sustinebit iacturam in inferioribus affe-
ctibus et eorum provectibus et a celestibus destitutus ut nichil excelsorum cogitare possit.
Aliter sic potest introduci: Nolite thezaurizare etc. Supra salvator contra Jeiunium
mitorum docuit removere appetitum laudis humane, hic vero contra iennium et alia opera
misericordie docet removere appetitum bonorum temporalium dicens: Nolite thezaurizare, id est terrenum emolu-
mentum de spirituali opere querere quod emolumentum erugo et tinea consumunt et a furibus
aufertur. Unde quod dixit David de quolibet, id est vult thezaurizare: Thezaurisat et ignorat
cui congregat ea. Super quod dicit Augustinus: Thezaurisas et colligis. Non dico sed
vide ne forte antequam colligas colligaris, ne forte cum vis esse predo sis preda
et ne forte cum vis esse predo minoris sis preda maioris. Non enim sentis
te esse in mari nec cernis minores pisces a maioribus devorari. Sed dicis
filiis congrego si thezauros. Ecclesiastici dissolvo te cum filiis tuis. Tu situri eum thezau-
rizas situris. Hec etc. Non est quod thezaurisandum in terrenis quia divitie terrene
non satiant animam, sicut dicitur eccl. v. Avarus incitus implebitur pecunia. Pro
quo sciendum ut dictum est thezaurus marie in terris congregatur, scilicet metalla
vestimentis et gemmis. Per que tria superrogationis opera intelliguntur, scilicet obe-
diencia que est quasi aurum propter ductibilitatem, quia sicut aurum ductile est et malleabile
usque ad laminas tenuissimas, sic homo per obedienciam ducitur ad voluntatem sui prelati
vel superioris, psalmus In voluntate tua deduxisti me. Hoc autem si fiat pro terreno lucro
corrumpitur erugine ambicionis. Plures enim sunt obedientes ut placorem aliis
acquirant. Ecclesiastici 12. Sicut eramentum eramentum eruginat nequicia illius. Et Jacobi
v dicitur: Aurum et argentum vestrum eruginavit, et erugo illorum in testimonium vobis erit.
Castitas que est quasi vestimentum anime, vestimentum enim mundum et integrum et in-
corruptum est. Hec autem corrumpitur a tinea luxurie que de carne oritur et
carnem consumit sicut tinea vestem. Job 6. Qui habitant domus luteas, id est corpora vo-
luptuosa, consumuntur velud a tinea. Paupertas que est quasi lapis preciosus, ymmo
est margarita preciosa quam qui invenit vendit omnia bona sua et comparat eam. Hanc
surripiunt latrones, id est appetitus superfluitatis sub specie necessitatis se ingerentes.
Osee vii° Fur ingressus est spolians latrunculos foris. Quomodo autem sit thezau-
rizandum subiungit dicens: Thezaurizate vobis, id est ad vestram utilitatem non meam
quia bonorum vestrorum non indigeo. Job 22. Quid prodest deo si iustus fueris aut
quid ei confers si immaculata fuerit vita tua, quasi dicat nichil sed tibi. Ideo thezaurizate
vobis thezauros, id est opera bona et meritoria et virtutes quibus homo spiritualiter dives efficitur. Ecclesiastici 44.
Homines divites in virtute pulcritudinis studium habentes pacificantes in domibus suis. Omnes
isti in generationibus gentis sue gloriam adepti sunt et in diebus suis habentur in laudibus.
Unde Boetius: Divitiarum amor insaciabilis longe amplius desiderio torquet animam quam refrigerat
usu suo, utpote quarum acquisitio quidem laboris, possessio timoris, amissio plena doloris invenitur.
Propterea Augustinus contra hoc bona et utile prebet doctrinam dicens: Abice quare divitiarum munera, abice
vincla voluntaria, abice anxietates et tedia quibus plurimis te inquietat animus.

Legitur enim in miraculis beati Antonii de Padua ordinis minorum, cum quodam tempore predicasset in exequiis cuiusdam
divitis mortui et tractasset hanc auctoritatem: Ubi est thezaurus tuus ibi et cor tuum, dixit: Revera in isto
divite non est cor nisi in archa; et cum quesitum fuisset cor ipsius divitis inventum fuit in archa inter
pecunias et non intra ipsum divitem.

et multo que laudabiles thezauros congregaverunt. Secundum thezaurum nunc dicitur Proverbiorum 21:
(desiderabilis) Thezaurus desiderabilis et oleum in tabernaculo iusti. Item thezaurum meliorem ... de quo Proverbiorum
10: Benedictio domini divites facit. Item celestis sapientia. Sapientie 8o: Si divitie appetuntur
in hac vita, quid sapientia locupletius que operatur omnia. Item timor domini, Ysaie 33: Divitie
salutis sapientia et scientia et timor domini. Hunc thezaurum non congregatur in terra sed in celo, id est
in spiritualibus bonis que ducunt ad celum, ubi nec erugo demolitur, quia ibi nulla est passi-
bilitas; ubi fures non effodiunt nec furantur, quia ibi nullus timor hostium. Illic ergo thezau-
rum collocatum vel puram habetis et omnimodam securitatem de qua dicitur prima Petri primo: In heredi-
tatem incorruptibilem scilicet a tinea, incontaminatam et immarcescibilem scilicet ab erugine
et conservatam scilicet a furibus et latronibus. Ibi ergo debemus thezaurizare ubi qui thezaurizat
thezaurum nunc incrementum et ubi thezaurus multiplicatur, cum in centuplum accipit.
Et quia cor sequitur rem dilectam, ideo si thezaurus noster in celo est ibi erit et cor nostrum. Ideo
sequitur: Ubi est thezaurus tuus ibi est et cor tuum. Quidam enim homines qui thezaurizant in terra
habent corda sua in terra. De quibus talium dicit Crisostomus: Qui collocat thezauros
in terra non habet quod speret in celo. Utquid ergo celum aspiciat qui in terra thezauri-
zat, ubi suum scit depositum. De talibus dicit Psalmus: Oculos statuerunt declinare in terram.
Sed homines celibes et celestem vitam ducentes thezaurizant in celo, sicut legitur de beato Stephano
qui intendens in celum vidit gloriam dei. Et de beato Martino legitur quod ma-
nibus ac oculis semper erat in celum intentus. De talibus et eorum imitatoribus dicit
Apostolus: Nostra conversatio in celis est, ad Philippenses 3o. Et multo magis fidelis in celo scilicet thezaurizare
et ibi cor suum reponere, quia merces hominis non celestis est et non terrene. Unde qui dignitate
faciunt sine nomine qui terrenis intendunt et nomen suum eo amplius dignificat qui
pro celestibus bonis et eternis diligenter laborat. Sed hic possunt esse sex dubi- (dubia)
tationes. Prima utrum divitias et paupertates conveniat homini habere ex natura. Secunda utrum homines pos-
sessiones proprias et proprios thezauros sit quid iuris naturalis. Tertia utrum esset melius omnia tempora-
lia bona esse communia quam propria. Quarta utrum aliquis per artem et industriam possit se facere
divitem et possit divitias congregare. Quinta utrum thezaurizare et divitias congregare
sit peccatum mortale. Sexta utrum quis possit divitias et temporalia contempnere tali intentione
quod sit peccatum mortale. Ad primam est dicendum quod divitias et paupertates habere homo ex natura (et paupertates)
convenire potest dupliciter intelligi. Primo ex natura instituta ante peccatum; natura humana non poterat
ad inopiam et paupertatem, quia nec fuit ex terre sterilitate nec ex aeris tempestate
(devenire) vel ex tyrannorum invasione seu contra hominis malitia potuisset ad defectum devenire vel
ex aliis supervenientibus fortuitis eventibus, ubi humana natura in omnibus temporalibus et cor-
ruptibilibus rebus super quibus dominium acceperat invenisset sufficientiam secundum gradus su-
os in aquis, in terra, in arboribus, animalibus et volatilibus. Et sic natura instituta naturaliter
non habuisset divitias et paupertates, sic quod unus esset alio dicior vel magis pauper.
Ita quod ex defectu vel fortuito eventualiter vel corporaliter unus pervenisset ad paupertatem,
alio divite remanente, nisi dicatur quod naturaliter conveniebat homini divitias et paup-
ertates habere, quia natura non dedit ei talia, sed per suum exercitium et laborem debebat sibi
in rebus temporalibus et corporalibus sufficientiam. Et natura sic convenire dicendum quod naturaliter
convenit homini mendicitas, quia natura non dedit ei indumentum, sed per suam industriam
et per manus voluit sibi indumentum fabricare vel super ...
pertractare illud. Unde posuit deus hominem in paradiso ut operaretur et custodiret
illud. In paradiso ante peccatum homo laborasset et fuisset agricola non ad laborem sed ad

delectacionem quesiuisset ergo homo ante peccatum per suum laborem et exercicium victum et
vestitum in corporalibus que sibi deus subiecerat / sed quia quia sibi fuisset obediencia
et in nullo inuenisset resistenciam et fraude seu euentum fortuitum ideo sic stante
natura naturaliter nullus potuisset ad defectum et paupertatem venire. Sed si loquimur
de natura destituta per peccatum / sic non ex natura / sed ex peccato supervenit homini quod incur-
sit diuicias nec paupertas nec sanus nec infirmus / nec letus nec tristis / quia omnia ista ex-
pit nisi / ex ipsa resistencia corporalium quorum dominacionem propter peccatum amisit / ut
nec ex terra / nec ex aqua vel elementis aliis recipiat illud obsequium et seruitutem
quod debet recipere et ex hoc contingit eum quandoque habundare et quandoque indigere / quod
est esse propriae pauperem et diuitem. Ad 3am est dicendum quod secundum ysidorum libro ethi-
mologiarum et ponit Gracianus prima distinctione de iure naturali est femine et ma-
ris coniunccio liberorum educacio / et omnium quibus possessio de iure vero communis est pos-
sessionum diuisio et apparatus. Hoc idem magis explicat Augustinus super Io(hannem) et Gracianus
ponit 8 distinctione dicens quod iure naturali vel diuino non audet aliquis dicere hec villa
est mea / vel hec domus. Nam iure diuino domini est terra et plenitudo eius / et pauperes
et diuites deus de eodem luto fecit / et pauperes et diuites vna terra portat.
Iure igitur humano dicitur hec domus est mea et hic seruus est meus / quia tolle iura
imperatorum nullus potest dicere hoc est meum et hoc est tuum. Sic ergo ut patet per dicta
de iure solum ciuili et humano est habere propria possessiones et proprios thezauros et de
iure naturali est esse omnia communia. Sed ius ciuile est contrarium iuri naturali / oportet quod habere
proprias possessiones similiter opponatur iuri naturali / sed ius ciuile esset contrarium iuri naturali
[et] ius ciuile non esset seruandum quia contra ius naturale nulli homini licet agere. Vnde dicitur
eadem distinctione quecumque vel maioribus et consuetudine sibi recepta / vel scriptis
comprehensa si naturali iuri fuerit aduersa et contraria irrita sunt et vana habenda
dicamus ergo quod si esset vel vellet in eo casu in quo ius ciuile et humanum est iuris
naturalis destructiuum ita quod simul cum iure naturali non possit stare nulli licet propter peccato
proprium sibi aliquid ascribere / Vnde cum vnus homo videt alium in necessitate ita quod aliter
releuari non possit nichil proprium esset suum / quem videret / et si in tali casu homo
acciperet alienum eo inuito et nesciente non esset furtum / quia et si videtur alie-
num non tamen esset alienum sed suum in tali necessitatis casu / ciuile quo quis vendicat
sibi aliquod proprium non potest stare cum iure naturali quo essent omnia communia. Sed in multis
casibus in quibus ius ciuile non est iuris naturalis destructiuum / sed magis declara-
tiuum et ad particularia negocia applicatiuum habere proprias possessiones et proprios thezauros
non est contra ius naturale / sed est explicatio et distinctio iuris naturalis / quia ut di-
citur in primo politicorum sicut naturale est homini esse ciuilem et politicum / ita naturale
est ei habere possessiones et possidere omnia temporalia que deseruiunt vite politice et ciui-
li. Vnde dicit ibi quod homo instinctum bestium habet ad bestias et bruta animalia cum
volunt se subtrahere a dominio suo / et ne possessor eorum existat / quia hoc conuenit
sibi naturaliter et quod talis homo possideat hunc equum et hanc domum / et istud explicatum
et distinctum est per ius ciuile / propter quod dicitur per iuris consultum in
primo digestorum quod ius ciuile non omnino conuenit cum iure naturali et gencium
nec omnino discedit ab eo / sed cum aliquid iuri communi detrahimus vel addimus ius ciuile
efficimus. Ad 4am est dicendum quod Sortes et plato ut recitat philosophus in 2o
politicorum et Gracianus ponit 8 distinctione fuerunt istius opinionis / quod vtile erat

civitati quod cives non gaudent propriis possessionibus sed erunt eis omnia communia quia non solum
divitie et possessiones sed etiam uxores et filii, quod tunc ut dicebat esset pax summa et tran-
quillitas in civitate, sed quilibet diligeret omnes iuvenes tanquam proprios et omnes
pueros tanquam filios proprios et omnes possessiones tanquam suas. Hec ergo opinio communis
videtur contra consuetudinem hominum quantum tamen ad unum modum vivendi possumus
ipsam salvare sed quantum ad alium modum vivendi simul vivendi non philosophus debemus
ipsam reprobare quantum vero ad modum vivendi in caritate et in vita spirituali non est dubium
quod Plato et Socrates optime dixerunt potuisse de communitate possessionum et rerum temporalium
quod esse plura temporalia quia demonstrat appetitum hominis circa affectum talium non esse cor-
ruptum sed bene dispositum et ordinatum primo quod bonum quanto communius tanto dignius et
melius secundo quod quanto plus elongatur a possessione temporalium tanto plus approximat ad pos-
sessionem spiritualium quod implet preceptum caritatis que ipsa facit quia et iuxta apostolum non
querit que sua sunt. Unde apostoli et sancti viri in primitiva ecclesia omnia erant communia
et adhuc apud regulariter viventes precipitur ut omnia sint communia et non dicatur proprium.
communis refrigescente caritate et regnante cupiditate pessime fuerit. Quantum tamen ad mo-
dum vivendi in civilitate et in vita morali talis opinio est dampnanda propter tria
mala que sequerentur que adducit philosophus contra Socratem et Platonem si possessiones et temporalia
essent communia. Primo namque sequeretur omnia [illegible] quod homines communiter viventes in communitate propter
corruptos appetitus non sunt prompti ad bona quia secundum suum appetitum recipiunt ad bonum
proprium unde experimento sciunt omnia esse quia efficiuntur negligentes et otiosi et curaverunt circa
communia apparet primo quod magis labor et sollicitudo requiritur in rebus temporalibus cura-
ndis et acquirendis quantumcumque homo sciat quod possessiones et bona que acquirit sua propria
sunt adhuc in communitate multum indiget quod dat se otio et labore negligunt. Secundo
sequuntur litigia videmus enim ad sensum quod secundum participantes et participantes aliquid
quod est litigiosum et dissensio unde non solum inter civitates habentes communes
fines videmus scissuram et guerram sed etiam inter fratres et proximos habentes communem heredi-
tatem ut in pluribus sunt litigia. Unde si omnia essent communia raro vel numquam in civitate
talia esset pax vel quies. Tertio sequeretur confusio et inordinatio unde sicut dicitur quando
unum aliquid percipit pluribus ministris confusio et inordinatio generatur in eis quod quilibet
credit alium facere quod est a domino imperatum et ita unusquisque sub spe alterius totum in
confusione et inordinate relinquit ita quod ex quo omnia essent communia inordinate et in con-
fusione quodammodo omnia que spectarent ad bonum relinquerent. In tali ergo vita politica et
civili considerata humana natura qualis est non qualis sint et qualis debet esse melius
est ut quilibet gaudeat propriis bonis et propriis possessionibus. Ad quartum est dicendum quod secundum philosophum
in primo politicorum volentibus civiliter et politice conversari opus est pecunias acquirere
quod solum per [illegible] divitias homines civiliter conversantur. Certitat autem ubi quatuor per que homines
sunt ditati acquirere pecunias et pecunie divitias congregare et seipsos dites facere.
Primum est possessoria unde enim est expertus circa agriculturam et circa nutricionem aliud
ut qualiter et quo tempore agri sunt laborandi et seminandi et vinee plantande et qualiter
nutriantur apes et quomodo equi boves et oves et volatilia faciliter ex talibus possessionibus
potest pecunias acquirere et divitias congregare. Secunda est mercatoria unde enim aliquis sunt de-
ferre mercantias per mare vel de terra de una patria in aliam et pensare ubi
plures et ubi numquam sunt nate vel quod sciat assistere vel consulere [illegible] mercatoribus deservie-
ntibus facile est per talem modum acquirere pecunias et congregare divitias.

Tercia est artificia conductoria licet enim per philosophum primo ethicorum cuiuslibet artis sit proprius finis medicine enim sanitas et militaris victoria et fabri cultellus et carpentarii domus, finis tamen omnibus in quo omnes conveniunt est pecunia quia omnes ex opere facto ex talibus artibus pecuniam intendunt. Certa est pensoria quia cum homo volens pecunias acquirere prudenter omnia particularia negotia per que alii pecunias sunt lucrati et secundum illa debet mederi et recitat philosophus duo exempla que volens ditari debet prudenter, primo ista monopolia in ea vendicare unum ut ipse solus sit venditor sicut ipse ponit exemplum de quodam siculo qui reposito apud se numismate totum ferrum emit de cunctis mercatoribus ac venientibus ad nundinas ipse vendebat ferrum non multum faciens excessum precii sed solum de l talentis assumpsit C. quod audiens Dionisius qui erat dominus civitatis Syracusane permisit pro illa vice illam pecuniam quam lucratus erat portare sed eum amplius ibi stare non permisit ideo quod talis solum sibi soli volebat pecunias congregare. Secundo debet prudenter secare per providentiam. Recitat enim ibi philosophus de Milesio qui fuit unus de septem quem philosophi receperunt quia cum sibi semel esset improperatum quid valet sibi sua philosophia cum sit esset in paupertate volens ostendere quod facile esset philosophos ditari si ea talia vellet intendere providerat per astrologiam futuram esse maximam habundanciam olei dando ergo arrabones totum oleum emit civitatis veniente ergo tempore et subito querentibus taxato precio sibi ut placuit quia solus vendebat et habundant et congregavit divicias quantas voluit non ut pecunias diligeret sed ut ostenderet quod facile esset philosophos ditari si vellet sicut philosophus dicit. Ad quintam est dicendum quod divicias congregare infinitas ut homo utatur eis tamquam instrumentis quibus perveniat ad finem non est peccatum sed divicias congregare insaciabiliter ita quod homo non saciet in congregando et in thezaurisando sine peccato mortali esse non potest cuius ratio est quia licet est dictum de appetitu finis et eorum que sunt ad finem quod beatitudo tamquam finis insaciabiliter est appetenda sed ista temporalia que iuvant nos ad consecucionem finis secundum mensuram taxatam sunt appetenda quantum faciunt ad sustentationem et nutricionem vite tam animalis et spiritualis. Videmus quod natura que ex ovo generat avem duo posuit in ovo album scilicet et rubeum ex albo generatur ex rubeo vero generandum in ovo includitur nutritur, et planum est quod nec infinitum album natura apposuit sed tantum quantum sufficit nec infinitum rubeum sed tantum quantum sufficit. Unde insaciabiliter et in infinitum divicias appetentes et congregantes agunt primo contra naturam, secundo contra ordinem finis quia solus deus est insaciabiliter et in infinitum appetendus non autem divicie nec aliqua temporalia. Tercio quia talibus tamquam transgressoribus divine legis sacra scriptura ipsa vero penam eternam imprecatur. Ve inquit vobis qui coniungitis domum ad domum et agrum agro copulatis usque ad terminum loci numquid soli vos habitabitis in medio terre. Ad sextam est dicendum quod sicut dicitur oculus pura intentione debes accipere et si lucerna corporis tui est oculus ut dicit textus cum hoc sequitur quod oculus sit lucerna intentio ~~oculus~~. Est autem dictum inter oculum et lucernam quia oculus videt lucerna autem non videt sed illuminat oculum ut clare videat. Dicemus ergo quod intencio nostra duo importat primo intencionem in finem et quia non possumus tendere in finem nisi finis sibi esset ostensus et visus, ideo intencio presupponit visionem cognitionem intellectus hec est cum intellectus in anima quod est oculus in corpore secundum Damascenum. Secundo ut intellectus tamquam oculus directe et clare videat quod videat quod

videndum est intentio dicitur voluntatis electio quia voluntatis actio tanquam lucerna illuminat
et clarificat intellectum ut recte videat et isto modo si vera intentio que est oculus fuerit simplex
ita quod sit clarificata et illuminata per voluntatem que est lucerna totum corpus et to-
ta congeries operum nostrorum erit lucidum. Si vero fuerit nequam et obliqua quia lucerna non
clarificat nec illuminat intellectum et oculum anime ut recte iudicet finem quia illud quod
deus prefigit sibi finem non proponit tunc totum corpus et tota congeries operum nostrorum erit
tenebrosum. Cum ergo aliquis temporalia contempnit propter deum quia tunc est intentio pura oculus
eius est simplex. Sed qui hoc facit propter laudem humanam vel propter aliam causam quia tunc est
nequam et opera efficitur tenebrosa et sic hec temporalia bona et mala intentione
potest contempnere et quandoque talis intentio mala potest esse peccatum mortale quandoque veniale.
Lucerna corporis tui est etc. Superius salvator egit de collatione thezauri in celo
in quo intelligitur rectitudo affectus in contemptu terrenorum. Hic agit de simplicitate oculi per
quam intelligitur rectitudo affectus in intuitu supernorum. Ubi per similitudinem hominis exterioris
ostendit dispositionem interioris. Nam sicut oculus exterior est quasi lucerna que illuminat et
dirigit motus corporis sic oculus interior scilicet intentio nostra est lucerna qua dirigitur
motus hominis interioris. Ponit ergo primo officium oculi. 2o conditionem. agens de oculo duplici
ibi Si oculus tuus. 3o ponit conclusionem concludens duplicis obtentionem operationis in malo
ibi Si ergo lumen quod in te est. Dicit ergo lucerna corporis tui est oculus tuus id est sicut
oculus exterior est sicut lucerna que illuminat et dirigit motus membrorum sic oculus
interior scilicet intentio mea est lucerna que dirigit motus interioris hominis unde Ecclesiastes 2o
Oculi sapientis in capite eius. Si oculus tuus simplex fuerit. Hic subdit distinctionem
oculi agens primo de simplici 2o de duplici ibi Si autem oculus tuus nequam fuerit.
Dicit ergo sic. Si oculus tuus simplex fuerit id est intentio recta totum corpus tuum lucidum erit
id est tota congeries operum nostrorum erit luminosa et directa. dummodo opus sit de genere bonorum.
Nam simplex dicitur oculus interior cum in unum bonum convenit affectio voluntatis
et discretio rationis non ad diversa et hoc maxime fit dum est caritas in voluntate
et veritas in ratione. quia caritas congaudet veritati prima ad Corinthios 13o. Iste dicitur oculus
insignia quia in homine debet esse unica intentio scilicet ut omnia que facit faciat propter deum
unde in Canticis Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum. Si autem oculus
tuus nequam fuerit id est intentio perversa vel ad amorem terrenorum inclinata. De quo
Beda oculum nequam duo mala constituunt scilicet cecitas qua non cognoscit veritatem
et pravitas qua diligit iniquitatem. Ecclesiastici 31 memento quoniam malus est oculus nequam
nequius oculo quid creatum est. totum corpus tuum tenebrosum erit id est congeries operum obscura
erit et perversa per peccatum. Crisostomus sic homines infirmos oculos in tenebroso loco includunt vi-
det in sole et nichil. sic dediti terrenis et medialibus rebus sapit et affectus est
astutus in rebus spiritualibus nichil sapit. quia mens eius corrupta terrenis desideriis bo-
num iustitie non sentit. Jo 9 oculi lippientes vident lucernas [illegible] sanus oculus
simplicia et pura intuetur. sic est de intentione perversa et recta. Ista omnia sunt nutri-
genda de oculo mentis unde Crisostomus Si loquitur de oculo corporali dixisset sanus aut
infirmus non simplex aut nequam. Oculus ergo simplex est intentio sine plica erroris
simulationis et adulationis. Oculus nequam est in opposito. Deinde Si ergo lumen. Hic
subdit conclusionem expressius appellans lumen opera de genere bonorum. tenebras opera de genere
malorum unde Proverbiorum 4o Iustorum semita quasi lux via impiorum tenebrosa. Est ergo sensus
sedum [illegible] Si ergo lumen quod in te est id est si bona que agis quia mala interius sunt

hoc enim dicere quod est oculus corporis hoc intellectus anime Sic ergo oculis orbatur multum operationis reliquorum membrorum amittitur sine eius efficacia ita et mente corrupta multis malis vita tua impletur

tenebre sunt propter mala intentionem ipse tenebre quante erunt i. quid de hiis que per se mala sunt et mala intentione fiunt Ex dictis duplex obtenebratio est scilicet prave intentionis et prave operationis Aliter secundum Augustinum et ponitur in Glossa lumine dicatur in tenebre ipsum sunt Et ideo hic est quia intentio est facientis nota exterius vero facti intentio est quia nescitur ubi tendat ad bonum vel ad malum Est ergo sensus si lumine quod in te est i. si intentione operaris que te latere non potest quia tibi nota est tenebre sunt i. appetitu corporali sordidatur ipse tenebre i. ipsa opera ex mala intentione facta quanta erunt vera opera dicuntur tenebre quia nescitur finem et exitum eorum sed si intentio vera que nobis nota est bona fuerit multo magis ipsa opera si autem mala sit multo magis ipsa opera pessima erunt Vel potest esse sensus si intentio corrupta est tenebre multo magis dum vel sunt procedentes ex illa intentione tenebre erunt Virtus non eliges aurum et sericitas vestes ut oculis orbaveris quia nulla reliquis vite esset tibi utilitas Ita in anima custodi intellectum Sequitur nemo potest etc.

Nemo potest duobus dominis servire aut enim unum odio habebit et alium diliget aut unum sustinebit et alterum contempnet Non potestis deo servire et mamone Ideo autem dico vobis ne solliciti sitis anime vestre quid manducetis nec corpori vestro quid induamini Nonne anima plus est quam esca et corpus plus quam vestimentum Respicite volatilia celi quoniam non serunt neque metunt neque congregant in horrea et pater vester celestis pascit ea Nonne vos pluris magis estis illis Quis autem vestrum cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum unum Et de vestimento quid solliciti estis Considerate lilia agri quomodo crescunt non laborant neque nent Dico autem vobis quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis Si enim fenum agri quod hodie est et cras in mechilud (?) vero clibanum mittitur deus sic vestit quanto magis vos modice fidei Solent homines mundani plus solliciti esse de temporalibus et transitoriis bonis quam de spiritualibus et eternis et in hoc sequuntur bruta animalia que prosequuntur appetitum sensuum tamen in contrarium debet esse in homine qui est creatura racionalis cum in eius signum habet faciem in celum erectam ut plus attendat celestibus quam istis temporalibus et caducis et hoc docet Salvator dicens Nemo potest duobus dominis servire Superius Salvator postquam removit duplicitatem intentionis in ypocritis qui simulate volunt placere deo et hominibus hic removet duplicitatem affectionis que est in mundanis qui sollicitudine sua volunt assequi celestia et terrena sed quia hoc non potest esse Ideo dominus dissuadet sollicitudinem mundanam multiplici racione primo quia est dampnosa 2o quia est errorum libera et superflua ibi nonne anima plus est quam esca 3o quia est laboriosa ibi Nolite ergo solliciti esse Primo dampnositatem ostendit quia excludit a servicio dei adducens ad hoc primo generalem sententiam 2o eius probacionem ibi Aut enim unum 3o conclusionem ibi Non potestis deo servire etc.

Inter deo et mundo nemo servire potest quia deus diligit pacem mundus autem turbacionem Joh xvi In mundo
pressuram habebitis in me autem pacem. Inter lege mentis et lege carnis nemo potest servire quia lex mentis
precipit puritatem lex carnis voluptatem. iste sunt due leges de quibus dicitur ad Romanos vii Video
aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee / quia lex carnis est carnalia concupiscere
lex autem mentis est iudicia desiderare. Iuxta illud apostoli caro concupiscit adversus spiritum spiritus autem
adversus carnem /

quarto ex conclusione elicit solliciitudinis philosophorum ibi Ideo dico vobis. dicit ergo Nemo
potest duobus dominis servire, id est discrepantibus et contraria mandantibus sicut deo et dyabolo servire
deo celi et mundo sive lege racionis et lege carnis prima ad Corinthios x° Non potestis
participes esse mense domini et mense demoniorum et prima ad Corinthios 6 Que conventio Christi
ad Belial et que societas lucis ad tenebras / et 3 Regum 18 Usquequo claudi-
catis in duas partes Si deus est dominus sequimini eum si Baal sequimini illum. Non duas
duos vocat quia contraria iniungunt Bernardus Super 9 duos eos dicit qui contraria iniungunt ne-
que duo utique esset ymmo unus si unum vellet / Si ergo quis servit Regi et imperatori
non servit eis ut duobus id est dominis et discrepantibus quia in hoc quod dicitur duobus no-
tatur diversitas et discrepantia / Ubi sciendum primo quod duo domini sunt deus et dyabolus
quorum diversa racione dicitur dominus / deus enim dicitur dominus racione creacionis Deuteronomii
32 Nonne ipse est pater tuus qui possidet fecit et creavit te / 2° Iure redempcionis
1ª Corinthios 6° Non estis vestri empti enim estis precio magno / 3° racione eductionis
psalmus Dominus regit me et nichil michi deerit 4° racione defensionis psalmus dominus defen-
sor vite mee / dyabolus autem dicitur dominus primo racione fraudulentis subiugacionis
2 Petri 2° A quo quis superatus est, huius et servus est / 2° racione crudelis exacto-
nis ysaie 3° populum meum exactores sui spoliaverunt / 3° racione violente detencionis
ysaie xxvi° domine deus noster possederunt nos absque te 4° racione letifere remunera-
cionis Romanos 6° Stipendia peccati mors Nemo potest servire istis duobus dominis
propter contrarietatem servitutis. Servitus enim dei est suavis Matthei xi° Iugum enim
meum suave est / 2° est debitum huic 2° de manu inimicorum nostrorum liberati
serviamus serviamus illi sine liberatorum / 3° est fructuosum Sapiencie 3° Spes illorum
immortalitate plena est in paucis vexati in multis bene disponentur 4° est
gloriosum deo servire regnare est / Boecius eius agere servimus summa libertas est
3 Regum x° beati pueri tui qui stant coram te semper. Econtra servitus dyaboli est one-
rosum Trenorum ultimo Cervicibus minabamur et lassis non dabatur requies / Et
Ieremie 16 Servietis diis alienis die ac nocte qui non dabunt vobis requiem
2° est indebitum Trenorum ultimo Servi dominati sunt nostri 3° est infructuosum
Romanos 6 Quem fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis / quarto est ig-
nominiosum quia opprimit servitores suos servicio luti et lateris sicut pharao fi-
lios Israel in egipto / Secundo nemo potest istis duobus dominis servire propter contrarietatem
dominorum quia deus et dyabolus contrariantur sicut lux et tenebre 2 Corinthios 6° Que
participacio lucis ad tenebras / deus enim est lux Johannis 1 Erat lux vera Et
1 Thimothei 6 lucem inhabitat inaccessibilem / Et ergo vult ut in luce sibi serviatur Matthei
v Sic luceat lux vestra coram hominibus Et Joh 3 Qui facit veritatem venit
ad lucem Econtra dyabolus est tenebra Genesis primo tenebre erant super faciem abyssi
Et ideo in tenebris ei servitur Jo 3 omnis qui male agit odit lucem / 2° con-
trariantur ut quies et labor / deus enim est pacis rex Joh 16 In mundo pressuram
habebitis in me autem pacem / et ideo in suis servis quiescit Matthei v Beati pacifici Econ-
tra dyabolus est ipse labor 1 Petri ultimo Circuit tamquam leo rugiens Et
ideo vult ut in peccatorum circuitu et labore sibi serviatur / psalmus In circuitu impii
ambulant / In signum huius dicitur Iudicum 16 / Quod philistei Sampsonem molere

ludere

fecerunt. Tercio ꝯparantur ut calor et frigus Deus enim noster ignis ꝯsumens est. Ysa.
3. Spiritus ut ignis vorabit vos. Et sequitur Quis poterit habitare de vobis cum igne
devorante. Et ideo ignitos per fervorem caritatis querit. Ps. Concaluit cor
meum intra me. Et Luce 12 Ignem veni mittere in terram et quid volo nisi ut
ardeat. E contra dyabolus est ipsum gelicidium Jer. 6 Sicut frigidam facit cisterna
aquam suam sic frigidam fecit maliciam suam. Et ideo frigidos querit. Mt. 24.
Quoniam superhabundavit iniquitas, refrigescet caritas in cordibus multorum. Terci-
Nemo potest hiis duobus dominis servire, propter ꝯtrarietatem officiorum, quia deus vult sibi serviri
colligendo Luce xi Qui non colligit mecum dispergit. Dyabolus autem dispergendo
Joh. x Lupus rapit et dispergit oves. Quarto nemo potest etc. propter ꝯtrarietatem locorum
quia deus in altis habitat. Ps. Altissimum posuisti refugium tuum. Et Ysa. 6
Vidi dominum sedentem super solium excelsum et elevatum. Dyabolus autem in infimis
Job 40 Sub umbra dormit in secreto calami etc. Quinto propter ꝯtrarietatem
1 loc. ... ministrorum, quia deus vult habere ministros unanimes. Ps. Qui habitare facit unius mo-
ris in domo etc. Dyabolus autem discordes. Proverbiorum Inter superbos semper iurgia.
Item deus vult habere ministros humiles. Mt. 18 Nisi efficiamini sicut parvuli. Dyabolus
vero arrogantes Job 40 Ipse est rex super omnes filios superbie. Item deus
vult habere ministros mundos 1 Thess. 4 Hec est voluntas dei sanctificatio vestra.
Dyabolus autem immundos. Unde Mt. viii Eiecti demones intraverunt in porcos. Sexto
propter paucitatem temporis, quia deus totum tempus exigit Luce 2 In sanctitate et iusticia
coram ipso omnibus diebus nostris. Et ideo subditur aut enim unum odio habebit puta
dyabolum qui semper est odio habendus et execrandus, et alterum diliget puta
deum qui semper super omnia amabilis et diligendus, aut unum sustinebit scilicet
dyabolum propter peccati delectationem, non dicit diliget. Nemo enim diligit dyabolum. Sed
sua cupiditate implicatus eum patitur, ut si quis alienam ancille ꝯiunctus
duram patiatur servitutem et tamen non diligit eum tamen amat ancillam
et alterum ꝯtempnet scilicet deum. Non dicit odio habebit sed ꝯtempnet. Nullus
enim odit deum cum sit summum bonum sed aliquis bene ꝯtempnit deum mandata
eius postponendo. Vel aut unum odio habebit scilicet dyabolum carnalem appetitum
mundum et alterum diliget scilicet deum racionis instinctum celum. Glo. interlinearis dicit hic
quod nichil est medium quia quicquid enim facis facis ex amore dei vel ex servi-
tute dyaboli. Sed intelligendum est quicquid facis bene sive servire quod dicitur propter
indifferencia. Item Glo. Augustini Nullus ꝯtraria deum odisse potest. Propter hoc non quod est
odium affectus de quo hic et est odium effectus quo multi deum odiunt, quia
mandata eius ꝯtempnunt, quia mandata eius ꝯtempnere est deum in pro
et sunt hic ꝯtraria pro syndesi que non fuit extincta in Cayn, nec in peccatoribus quantu-
mcumque magnis extinguitur, aut unum sustinebit et alterum ꝯtempnet, sustinebit
unum id est dyabolum quem homo peccando quasi tyrannum super se dominantem sustinet et
alterum ꝯtempnet scilicet deum sicut accidit in persona affectione peccatoris. Ubi deus postponitur
/ Dubitatur hic quia dicitur in Glo. interlineari quicquid facis aut facis ex amore dei
aut ex servitute dyaboli, secundum hoc videtur quod nullum opus sit indifferens nec ve-
nit moveri etc. Respondeo quod non notat ibi causam moventem sed ꝯcomitantem
ut sit sensus quicquid facis vel facis ex amore dei vel ex servicio dyaboli, hoc est existens
in amore dei id est in caritate vel existens in servicio dyaboli id est in peccato, non quod pre- 2 10 opus
dat quodlibet opus ex amore dei movente vel ex servitute dyaboli. Item ꝯtinue
ꝯservare imitatur verba distinctionis, quia primo dicitur aut enim unum odio habebit
et aliud diliget, ꝯtra non dicitur ergo aut unum diliget et alterum odio habebit

sed dicit unum sustinebit et alterum contempnet / licet solucio istius ad superius possit patere
augustinus in rudet et habetur in glo. Neo dyabolum diligit sed patitur et nemo deum odit sed
contempnit hec est postponit / Unde augustinus dyabolus enim per se est odio habendus deus vero
diligendus / neque aptus aliquis unquam deum odio habuit / sed omnes se eum amare fa-
tentur et dyabolum nomen execrantur / communis viciosi eum qui tyrannidem super se dominantem
sustineat / deum vero non odio habent sed contempnunt vincti cupiditate et persuasione
dyabolica / Sic augustinus autem cum unum sustinebit non dicit diligit neo enim dyabolum dili-
git sed sua cupiditate implicatus eum patitur / Sed contra in psalmo Superbia eorum
qui te oderunt ascendit semper / scribitur de dapifero quod augustinus primum verbum retractauit sicut
dicitur habetur in glo. / Ubi glo. dicit augustinus in retractatione eiusdem rei / non video fuisse
dicendum multi enim sunt de quibus scriptum est / Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper / Et
in posse distingui quod consideracio dei est duplex / una secundum quod consideratur ut creator
in primum et gubernator a quo habemus esse et permanenciam / et illo modo nullus consciencia potest deum
odisse / sicut non potest non amare quod sit / communis attendit in dapifero quod appetat quod non
sunt sicut hoc est in miseria / iniquus in appetitu ut non sint simpliciter / Alio conside-
ratur secundum quod consideratur ut retributor uniuscuiusque secundum merita et vindex iusticie
et illo modo dicitur superbia eorum etc. / Ex quibus patet quod dyabolus odiendus est non quoad
ad eius naturam sed quo ad eius maliciam / primo quia odio habet deum et homines / psalmus Superbia
eorum qui te oderunt ascendit semper / et cum odio iniquo oderunt me / 2o quia inuidet
saluti nostre / Sapie 2o / Inuidia enim dyaboli peccatum intrauit orbem terrarum / 3o
quia pro suo posse amaltat et affligit nos / Job 1o / dixit dyabolus extende
manum tuam per paululum et tange cuncta que possidet / 4to quia ferox est
et crudelis et nullis placatur obsequiis / Judith 3 / Judith ferocitatem olofer-
nis omnibus obsequiis mitigare non poterat / 7to quia irridet sibi similes / psalmus neque
irrideant me inimici mei / 6to non habet remunerare / quia dominus est terra etc. / Deus
autem diligendus est / Primo diligit nos / Sapie 11 / Diligis omnia que sunt / Et
apostolus dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo / et suo a-
1 more preuenit nos / 1 Joh 4 / In hoc est caritas non quasi nos dileximus
deum sed quoniam ipse dilexit nos / Non potestis deo seruire et mamone
Dictum est quod duo domini sunt deus et dyabolus quibus neo potest simul seruire hic iam
declarat dicens Non potestis deo seruire et mamone / Mamona secundum augustinum
est dicto punica et hebraica lingua temporale vel diuiciarum Nam apud punicos Mamo
dicitur dyabolus qui preest diuiciis / non quod eas habeat in sua potestate sed quia hiis
utitur ad decipiendum / Unde quoniam ab hiis decipitur seruus eorum constituitur
sicut est omnis auarus qui est seruus lucri et pecunie sue Et ideo dicit dominus
Non potestis etc. / Quoniam enim liceat diuicias iuste acquirere / iuste possidere
et bene dispensare / quia secundum ambro / Sicut diuicie sunt improbis impedi-
menta / sic probis ad iutoria sunt virtutis / non tamen licet seruire diuiciis
in toto affectu eis inherere / Quoniam enim diuiciis seruit qui sic ut seruus custodit
quoniam autem seruitutis iugum excutit et eas utiliter distribuit / hic non seruus
est diuiciarum sed dominus / habetur ambro / Unde eciam Basilius ad andream
dicit / Si tua sunt bona que possides / expende ad lucra pro terminis tue-
lestia commutando / si non vales facere / te perit me tue non dominum sed
seruum custodem non possessorem esse demonstras Denique et conformantes
crumene tue sicut ancilla domine que congaudet gaudenti / et condolet dolenti

et tu crescente in az subito crescis aio et decrescente decrescis contraheris tristicia si decrescit
et solueris leticia aut inflaris superbia quando crescit Item secundo quod a seruitute diuiciarum
debet nos aliquid retrahere primo quia ille dominus contraria precipit et cesari non sunt Ieronimus 16
Sermones etc 2o quia precipit inhonesta ut sunt furta mendacia et similia unde et per
auariciam principes sacerdotum christum occidunt 3o male remunerat quod egredientem
de mundo nudum relinquit Iob 6 Nichil intulimus in hunc mundum etc Sunt eius de
uicie flagellum fortune quo incessanter suos suo affligunt et sunt ardor acquirendi
et timor perdendi et ideo sancti uiri huic domino non seruiunt nec obediunt unde in figura
huius dicitur Gen 39 Quod Joseph relicto pallio in manibus impudice domine egres-
sus est foras sic sancti ne seruiant auaricie relinquunt pallium i. substanciam mundi et mundi
mundum christum sequitur Mat 16 Si quis wlt uenire post me Et ideo dominus prohibet
ut diuiciis non seruiatur Non enim wlt habere seruos quorum cura pecunia uel cura mundo ne
ad remunerandum insufficiens uideatur Sed quia seruitus diuiciarum ponitur quod nimia solli-
tudine Ideo dominus consequenter prohibet nimiam sollicitudinem dicens Dico uobis ne so-
liciti sitis anime uestre quid manducetis et corpori uestro quid induamini Ex quo patet quod prohibet
duplicem solitudinem scilicet cibi quo ad animam et animalitatem et vestimenti quo ad corpus
Sed quare solitudinem cibi comparat anime Respondetur primo quia talis solicitudo naturam conseruare potest
animam 2o quia cibus multiplicat spiritus uitales quibus mediantibus est anima per spatium
unitur corpori 3o quia anima non potest uiuificare corpus ut maneat in corpore nisi cibum mutatur
Sed solliatudine vestimenti attribuit corpori quia vestimentum conseruat temperanciam et armo-
niam qualitatum elementarum quarum distemperancia corpus corrumpit Et sic dominus prohi-
bet sollicitudinem circa ea que sunt pro sustentacione uite nostre hec est circa cibum et amictum
I Thim 6 habentes alimenta et quibus tegamur hiis contenti simus Creditur quod
dominus solliacionem cibi et vestimenti prohibeat Cum tamen dicat Gen 41 de Joseph quod
sollicitus erat de cibo non ad unum annum sed ad septem Pro isto sciendum que sol-
licitudo sit prohibita et que non Notandum quod multiplex est sollicitudo prima dicitur spiritualis
qua homo mittitur et hec multiplex quedam est que ordinat hominem ad deum in oracione
et deuocione et in obseruancia mandatorum dei de qua Michee VI Indicabo tibi
o homo quid sit bonum et quid deus querat a te facere iudicium diligere misericordiam
et solliatum ambulare cum deo tuo Alia ordinat hominem ad se ipsum in cautela temp-
tacionum et victoria uiciorum Deut 4 Custodi temet ipsum et animam tuam in solli-
citudine Alia ordinat in proximum et hec consistit in multis primo in conseruacione
pacis et concordie Ephes 4 Soliciti seruate unitatem spiritus in uinculo pacis
2o in subuencione inopie Luce 10 Martha Martha solicita es etc 3o in
ministerio cure pastoralis de qua 2 Cor XI Instancia mea cottidiana solicitudo
omnium ecclesiarum hec solicitudo potest dici prudencie spiritualis Alia solicitudo temporalis que
est duplex quedam est necessitatis qua quis solicitus est pro necessariis ad uictum hec est
nobis indicta Gen 3o In sudore etc et talem habuit Joseph Sed quod causa
huius ad illa tempora hec fuit propter eminentem sterilitatem futuram Ista solicitudo non
reprobatur quia natura hominis necessaria uite requirit debet tamen talis esse ita temperata ut propter
solicitudinem temporalium non negligatur eterna ymo talis est quandoque meritoria ut quando homo
solicitatur propter necessariis ut uitet peccata Ephes 4 Qui furabatur iam non furetur
magis autem laboret quod bonum est et ut unde uiuatur et ut indigenti
subueniendi habeat Alia est cupiditatis qua homo solicitus est acquirere superflua uel eciam
corporis necessaria tanto affectu quod negligit spiritualia et hec prohibetur hic et vocatur so-
licitudo suffocacionis et hanc eciam prohibet Paulus Philipen 4 Nichil soliciti sitis etc

I petri ultimo Omnem sollicitudinem vestram in ipsum proiicite. Hec sollicitudo multa mala
generat et eternam dampnationem inducit. Nota secundum Je quod non dicit non potestis deo servire
et divitias habere, sed dixit non potestis deo et divitiis servire, quia divitias habere licet ut
bene dispensentur, secundum quod dicit Ambrosius super Lucam. Sicut divitie sunt impedimenta
reprobis ita probis sunt adiumenta virtutis, sed divitiis non licet servire, hoc est toto
affectu eis inherere, qui enim divitiarum servus est, divitias custodit ut servus, qui autem servitutis
excussit iugum distribuit eas ut dominus. Crisostomus dicit Audiat hic avarus quod christiano no=
mine censetur non posse divitiis et christo simul servire. Crisostomus dicit hic Et ab illo loco
Thezaurisate vobis thezauros etc. ostenduntur nocumenta divitiarum ut perveniretur ad
contemptum ipsarum. Unde dicit hic Non solum in hoc nocent divitie quod demones vel latrones
armant contra nos ut supra Thezaurisate etc. sed intellectum obtenebrant ut supra
de oculo nequam, et a servitute dei nos expellunt in suam captivitatem ut hic. Ideo
dico vobis etc. Non potestis deo servire et mammone. Et sollicitudo nimia vite a=
nimalis est servire mammone. Ne solliciti sitis anime vestre, id est animali vite vel animalitati que cibo
sustentatur. Infra x° capitulo Qui perdiderit animam suam propter me inveniet eam. Neque cor=
pori quid induamini. Duo tangit necessaria ad sustentationem animalis vite, alimentum et
vestimentum, alimentum propter corruptionem interiorem, vestimentum propter corruptionem exteriorem.
Et prohibetur hic sollicitudo circa necessaria et quanto plus circa superflua. Nota sollicitudo
est duplex, scilicet providentie que regitur per spiritum sancte que docet ponere modum necessitati.
Est alia sollicitudo anxietatis que non regitur sancta sed magis excecat et suffo=
cat spiritum. Unde Glossa In sudore vultus parat panis, sed labor exercendus est,
sollicitudo tollenda que mentem perturbat. Non ergo excludit hic salvator sollicitudinem
rationabilem que est pars prudentie, scilicet quod homo faciat quod in se est laborando et acquirendo
necessaria vite et animam sequitur quod homo temptaret deum si expectaret absque opere omnia necessaria. Ob
multitudo quam debet fieri via humana, sed sollicitudo que hic prohibetur est inordinata seu
immoderata et superflua per quam postponuntur bona spiritualia et per quam mentes
istis terrenis et mundanis adheret et quia opera dei abiciunt postponuntur et impedi=
untur. Nota quod quadruplex sollicitudo invenitur in sacra scriptura. Est sollicitudo quedam
laudabilis, vituperabilis, tollerabilis et miserabilis. Prima laudabilis et est de
precepto, et hec est quadruplex. Est enim sollicitudo regendi quantum ad prelatos Ro 12 — sollicitudo omnium eccle=siarum
Qui preest in sollicitudine, et 2 ad Cor XI Instantia mea cottidiana etc. Item
est sollicitudo obediendi quantum ad subditos Josue 23 Estote solliciti ut custodiatis
cuncta que scripta sunt in volumine legis Moysi. Item est sollicitudo pacis servande et uniendi
quantum ad pares Ephe 4 Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Item
est sollicitudo proficiendi quo ad se et est triplex. Prima recogitandi divina mandata Deu=
tro 4 Custodi temetipsum et animam tuam sollicite et ne obliviscaris sermonum
et ne excidant a corde tuo. 2a declinandi malum ibidem Deut° 4 Custodite animas
vestras sollicite, non vidistis aliquam similitudinem ne forte decepti faciatis simili=
tudinem. 3a est sollicitudo fervoris faciendi bonum Ro 12 Sollicitudine non pigri
spiritu ferventes domino servientes. Hec est sollicitudo laudabilis et in precepto. Item
Item est sollicitudo vituperabilis et prohibita et est triplex. Prima sollicitudo acquirendi
divitias ex cupiditate Eccles 2° Peccatori dedit deus afflictionem et curam super=
fluam ut addat et congreget et hec vanitas et cassa sollicitudo mentis est.
Secunda est sollicitudo in retinendo divitias ex avaritia. Infra 13 Sollicitudo
seculi huius et fallacia divitiarum suffocat verbum dei. 3a est sollicitudo in studio per=
petrandi peccatum. Dan 13 Volentes complere observabant cottidie solliciti

+ dicit Cris. Crisostomus qui maius est dedit quod minus est quo non dabit / carnem qui cibat plasmavit glo. cibum aut vestimentum auferret Sed notandum est quod deus vult nos curare circa victum et vestitum
unde datum est primo homini Gen. In sudore vultus tui vesceris pane tuo / et ideo deus vult ut sis sollicitus
sollicitudine providencie / non autem anxietatis et avaricie que suffocat mentem ne possit elevari in deum
Item qui dat maius dat minus Crisostomus est si expedit /

videre illam / et hec sollicitudo vituperabilis et in prohibitione Item alia est sollicitudo
tollerabilis et permissa / et hec est quadruplex prima est sollicitudo dilectionis naturalis
ut in mora faciet Thobias propter nupcias pater eius sollicitus erat dicens quid
putas morat filius meus / 2a est sollicitudo cure rei familiaris j Re 9 De asinis
quas nudius tertius perdidisti ne sollicitus sis quia invente sunt / 3a est sollicitudo
mediocris providencie luc. 10 Martha Martha sollicita es etc / 4a est sollicitudo
infirmitatis humane prima Cor. 7 Qui cum uxore est sollicitus est que sunt mundi
quomodo placeat uxori / et hec est sollicitudo tollerabilis et in permissione Item
est sollicitudo miserabilis ex peccato illata et hec est triplex / prima sollicitudo laboris
in operando Eccl. 2o detestatus sum omnem industriam meam qua studiosissime
laboravi et sollicitus fui / 2a est sollicitudo anxietatis in paciendo / primi Ma-
chabeorum vj Recessit sompnus ab oculis meis et concidi corde pre sollicitudine
et dixi in corde meo in quantam tribulationem deveni / 3a est sollicitudo timoris
in pavendo Jer. 38 Sollicitus sum propter iudeos qui transfugerunt ad caldeos
ne forte tradar in manibus eorum et illudant michi / Sollicitudo ergo qua opera
dei abiciuntur et postponuntur vel impediuntur prohibetur hic Cum dicitur Ne solli-
citi sitis Sequitur Nonne anima plus est quam esca Hic salvator prohibet mundanam
sollicitudinem quia irracionabilis et superflua / Et probat hoc per plures rationes
prima racio sumitur per comparationem ad nos Cum dicit Nonne anima plus est quam esca
Et ponit hic dominus sex raciones per quas ostendit et probat quod non debemus esse
sollicitati sollicitudine cupiditatis vel suffocationis / prima est ista / Qui
dat quod maius est dabit etiam quod minus est / sed deus dedit quod maius
est scilicet corpus et animam ergo dabit quod minus est puta victum et amictum / et
hec racio sumitur ex comparatione ad nos et tangitur ibi Nonne anima plus est quam
esca et corpus plus quam vestimentum De hoc non est dubium quia anima est
ad ymaginem et similitudinem dei facta inmortalis et beatitudinis capax / esca vero cor-
poralis modici valoris est respectu anime Item corpus est vestis ~~[illegible]~~ / quantum ergo anima ame
excellit corpus tantum corpus excellit vestimentum Item corpus facit ad esse ut sit
per compositi vestimentum autem solum ad bene esse Item corpus in resurrectione erit particeps
glorie vestimentum autem tale non erit Item esca et vestita cata sunt propter homines Non
sit ergo homo sollicitus ut percipiat id quod propter se creatum est + Secunda racio sumitur ex
parte eorum que ad usum nostrum data sunt / et precipue ex comparatione avium ad homines
et est talis racio / longe maioris precii est homo quam sunt aves / sed deus pascit illa
sine eorum sollicitudine / quia non seminant neque metunt / ergo multo forcius pascit hominem
de quo habet specialiorem curam et hec tangitur ibi Respicite volatilia celi non enim se-
runt neque metunt neque congregant in horrea et pater vester celestis pascit illa Crisostomus
pascit paterfamilias servos / pascit alia / sed in obsequium filiorum / quanto
magis filios qui cariores sunt illis / Unde luc. 12 sic habetur considerate corvos /
Ubi notandum quod pulli corvorum antequam nigrescunt a parentibus non nutriuntur sed rore
celi pascuntur Et pullis corvorum invocantibus eum etc Comparat per corvos filii
dyaboli intelliguntur Et ergo deus pascit filios dyaboli multo magis pascet nos Et dicit
notanter pater vester celestis Non dicit deus / quia sic esset racio in abequali / ipse enim est
deus omnium creaturarum Sed dicit et pater ut multo magis credamus quod pascet nos qui
sumus filii et avibus digniores Unde sequitur Nonne vos pluris magis estis illis
plus valetis homo quam avis volatile / et tamen deus pascit volatile ergo etc / Sed
queritur Apostolus dicit Numquid de bobus est cura deo ergo videtur non geret curam
pro brutis Respondeo non est ei de talibus cura discipline sicut ut eos per leges

Respicite volatilia Hic subdit racionem ad idem supradictam per comparationem ad alterum / et primo ad alterum racionale
irracionale insensibile i et de vestimento 3o ad alterum volatile sensibile, i Nolite ergo solliciti esse Dicit ergo Respicite vos et excludit aves
tria in quibus est sollicitudo humana cum dicit quod non serunt neque metunt neque congregant in horrea / Et est glo. Quia non dicit
non volat ad gratia quia non prohibet providenciam et laborem sed sollicitudinem inordinatam et avariciam Unde glo. hec
non prohibet providenciam et laborem sed sollicitudinem ut tota fiducia maneat in deo, ergo dat Et pater qui scit, vel qui vult
celestis qui potest Ac si diceret / Si ergo pater vester celestis pascit illa tamen multo magis vos qui filii estis / et si irracionalia tamen multo magis
vos qui racionales estis quibus promittitur eternitas Ideo itaque facit mentionem patris celestis ut moveamur ad fiduciam Unde glo.
Exaggerat fiduciam filiorum et confirmat quia si bonitas patris ad volatilia se extendit quanto magis ad filios adoptivos
Unde Fab. / quis rex militibus devotis debitam non prebet alimoniam / quis dominus famulis suis non ministrat cibaria
quis pater non dat filiis alimenta /

alie vero rationes sumuntur per comparationem ad alterum ibi Respicite volatilia

instruat vel in eis legem tradat. sed hic est ei de omnibus cura prudentie. postea Ex aug-
dat increments corporis. Tercia ro sumitur ex defectu vtilitatis sollicitudinis. neque enim vestra solli-
citudo est tanti vigoris ut per eam possimus acquirere vitam nostram. Et intendit tales racione
Cum deus augmentum dabit et nutrimentum quia nutrimentum est causa augmenti post de generacione
tione sed deus corpora vestra sine sollicitudine vestra auget ergo et cibo pascet. Et hoc
tangit ibi Quis autem vestrum cogitans id est per sollicitudinem suis cogitacionibus potest adicere id est addere
ad staturam suam cubitum vnum q. d. quis est ille qui sollicite cogitando potest se maio-
rem facere cubito vno Certe nullus. Si ergo augmentum non acquirimus vestra sollicitudine
ergo nec nutrimentum Illum ergo est cura nutrimenti cuius est cura augmenti et hoc
est deus. Et postquam in duobus prohibuit sollicitudinem cibi. tribus racionibus composita sua
manifestando Jam consequenter prohibet sollicitudinem vestitus dicens Et de vestimento quid
solliciti estis considerate lilia agri etc. Tangit racionem certam que sumitur ex comparacione
tione florum qui vestiuntur diuersis coloribus nec tamen subsistunt sed mittuntur in cliba-
num. multo magis ergo deus vestiet homines qui sunt capaces fidei et diuine noticie
Et hoc est quod dicit Et de vestitu quid solliciti estis Considerate lilia agri etc. No-
mine liliorum generaliter intelligit quoscumque flores. Quomodo crescunt terra scilicet ipsis prestante
nutrimento et rore celi et vestiunt absque sollicitudine propria non laborant scilicet victum ac-
quirendo ut crescat neque nent id est non filant ut sibi vestimenta componant Dico autem
vobis quod nec Salomon qui super omnes reges diuiciis habundauit qui licet non laborabat
tamen iubebat aut disponebat aut faciebat. sed lilia nesciunt quo vestiuntur. preterea
Salomoni ministrabat vestimenti decorem homines liliis vero deus In omni gloria sua quia
ceteris regibus gloriosior fuit non est coopertus sicut vnum ex illis id est ita venusto colore
sicut lilium Vnde Jeronimus Reuera quod sericum que regum purpura potest floribus comparari
aut que pictura textricium. quid enim ita rubet ut rosa quid ita candet ut lilium
viole vero nullo potest superari colore Si autem fenum agri id est flores qui dicuntur fenum
quia velociter arescunt quod hodie est scilicet viride et floridum et cras in clibanum id est in
fornacem mittitur deus sic vestit quanto magis vos modice fidei Crisostomus Statuto
tempore lilia formantur in frondibus vestiuntur colore et implentur odoribus et quod terra
radicitus non dederat deus inuisibili collacione largitur quanto magis vos non fi-
qui de dei prudencia dubitatis. Respicite volatilia celi Moraliter secundum hugonem de sancto victore
volatilia celi superbi sunt qui alta petunt de quibus potest volucres celi et pisces maris
id est animi Abdie j. Si exaltatus fueris ut aquila et inter sidera posueris nidum
tuum inde detraham te dicit dominus. Hii superbi sunt volatilia immunda que vngue
et rostro ledunt id est rapacitate et gula ut miluus duo ale. potencia et opulencia
quibus mali tolluntur in altum ut grauius ruant. hii non serunt in presenti nec metunt
in futuro Ideo mendicabunt et nichil dabitur eis neque congregant in horrea. horreum
dicitur celum ait xiij Triticum congregate etc. id est sanctos in vita eterna. Diuersa horrea diuerse
mansiones in celo. Vel horrea sunt pauperes in quibus frumentum securius conseruatur
et tamen deus eis prouidet Ideo lucas appellat eos coruos. lilia agri sunt
mali in mundo florentes. folia lilii sunt in quibus inanem felicitatem suam constituunt
scilicet sublimitas. potencia. opulencia. prolis fecunditas. pax ab aduersis. sanitas
corporis. voluptatis sensuum. De hiis Job xxi Quare impii viuunt et subli-
mati sunt. etc. primum confortatique diuiciis etc. secundum Semen eorum permanet
coram eis etc. 3m Domus eorum secure et pacate etc. 4m et non est virga dei su-
per illos etc. quintum tenent tympanum cytharam et gaudent ad sonum organi. ducunt in bonis
dies suos etc. sextum etc. voluptas auditus et aliorum sensuum Sed quam va-
num sit et dampnosum ostenditur cum subditur et in puncto ad inferna descendunt et
hoc ideo quia non laborant in presenti ut crescant in futuro. Apocalipsis xiiij A modo
dicit spiritus neque nent id est non faciunt opera quibus corpus tegatur nuditas in futuro

Quanto magis vos qui estis racionales qui estis creati ad gloriam sempiternam modice fidei vestit sine sollicitudine superflua
vocat autem eos qui nimis sollicitantur de talibus modice fidei quia ex defectu fidei procedit talis sollicitudo
superflua non autem sollicitudo racionalis et moderata sed magis includitur in fide quia oppositum eius esset temptare deum
quia sicut natura animalium est prouido modo viuere et terre nascentibus crescere sic natura hominis est viuere secundum dictamen racionis
ad quod sequitur ipsum sollicitari sollicitudine moderata ad querendum ea que natura non dedit ut vestes et similia

Vanum (?) vnde
dubitare non
debetis

Sed diuicias
sua et potencia
alia terra
in coreguo (?)

Jeronimus in Salomone non fuit
vestes ab arte scilicet a
natura et licet ars imitetur
naturam tamen opera artis non
assequuntur perfectionem nec
et io tinctores non
possunt facere colorem ita
videm et pulcrum sicut
natura in terre nascentibus

Qu a

Unde tam inextricabilem nuditatem ferre non valentes quam dictum sunt membris cadite
sup nos et collibus ope nos. Unde bene dicit quod Salomo et xpus in oi gloria sua qui
in mudo habuit non fuit coopertus ysa c 28 Stridimus cum non sentes sper. Si ergo
fenum etc. fenum dicit quia cito arescit postquam fiat fenum tectorum etc quod hodie i in
puti viret et cras i in futuro in clibanum i in infernum mitti ut sit tibi ignis
et m. ps 9 In igne devorabit eos in inferis non subsistat. Deus sic vestit i ta venuste
quanto magis etc. i si ta bona sunt que dantur in signum dampnationis quia secundum Greg.
Continuus successus temporalium magnum est future dampnationis indicium. Exemplum de sancto
Ambrosio et eius hospite. Si igitur talia dat iniustis qualia dabit amicis. Sed hic
tres occurrunt dubitationes prima utrum solus deus christianorum non patiatur coli aliquem tamquam
deum aut deum. 2 utrum hoc teneatur laborare et suo labore victum et vestitum querere.
3 utrum aliquis absque transgressione precepti possit a tali labore excusari. Ad primam est
dicendum quod hanc questionem movet Aug. primo li. de consensu ewangelistarum c. 8 quod Romani sole-
bant deos gentium quos subiugabant eorum imperio colendos suscipere et eorum sacra sus-
cipere. hic tamen de deo gentis hebree cum eam obpugnavit vel vicerunt facere noluerunt
Tertium vero secundum Aug. cum ipsi hebreorum subiugaverunt eorum imperio deum eorum colere
noluerunt cum tamen deos gentium omnium colerent et eis sacrificia offerebant qui ipsos subiu-
gabant imperio eorum quia patrimonio deorum gentium quas superabat vel vincebat
credebat eorum imperium crevisse. Causam autem cur ibi Aug. tale assignat quia
Romani Socratis philosophi sententiam tenebant firmam cum eum sapientissimum hominem
omnium oraculo philosophorum audivisset. Sententia autem hec fuit Socratis unumquemque deum sic
coli oportere quo colendum ipse preciperet. Cum ergo sicut precepta dicta hebreorum
quod deus eorum solus coli volebat ~~de socrate simulacra~~ aliis omnium gentium
et solus mandat sibi afferri sacrificia videntes quod si illum deum colerent et eius
sacra reciperent eorum destruenda ydola et simulacra deorum aliorum in quorum si-
mulacris et ydolis per responsa demonum fallacia frequenter audiebant eorum superbum
deorum illorum patrocinio superati noluerunt deum hebreorum colere nec eius sacra recipere
ex quo sibi cum aliis diis sumere non poterant. Hanc igitur de causa secundum Aug. Romani
respuerunt unius veri dei cultum ne multos deos offenderent magis arbitrantes
sibi obfuturam illorum deorum fuisse verecundiam quam veri dei consultam benivole-
ntiam. Solus igitur deus vult non patitur aliquid aliud coli vel diligi vel deum nisi
quod sibi et aliunde alteri sibi repugnanti tamquam duobus dominis vel diis famulatur.
Ad secundam est dicendum quod hanc questionem Aug. pertractat in libro de ope monachorum. Erant
enim tempore Aug. otiose viventes et nullum corporalem laborem gerere volentes aliqui monachi
inducentes textum ewangelicum quod xpus mandat ad querendum victum et vestimentum
non esse corporaliter laborandum cum volatilia celi a deo pascantur et lilia agri vestiantur
absque eo quod illa seminent vel metent vel aliquid laboris corporaliter faciant. Et si
dicebatur eis eorum apostolus mandat quod qui non laborat non manducet. Respondebant hoc de
spirituali labore apostolum dixisse. De quo scriptum est Ego plantavi Appollo rigavit.
Non autem dicebant esse intelligendum de corporali labore quia tunc apostolus contradixisset ewangelico ergo
precepti non est laborandum corporaliter ad querendum vite necessaria. Hoc autem nulli dicit
Aug. primo quidem quia statim homine peccante in penam ei preceptum fuit quod in labore
et sudore vultus eius deberet vesci pane suo. a qua pena sicut nec ab aliis pena-
litatibus corporalibus xpus non liberavit nos nec absolvit ymo ipse tales pe-
nalitates corporales primo voluit experiri. Secundo quia in laude illius sancte mulieris
scribitur proverbiorum ultimo quod manus suas misit ad fortia et digiti eius apprehenderunt
fusum et panem otiosa non comedit. Tertio quia precipimur carnem nostram nutrire et
fovere ipsam debito nutrimento et vestimento. Esset autem contra omne si nullam

curam cira nutā corporis agemus certo quod esset hoc derogare diuine bonitati
quod corporales operationes non subtrahit a creaturis sed magis mediantibus eis
regit corpus sicut mediantibus actionibus rogit spiritus relinquere ergo diuine prudentie
que hominis personam pertinet agere non est diuine magestati sed impugnare Quod vero dicitur
de volatilibus concedendum est secundum augustinum quod predicto modo sicut obseruabat christus in
non laborando corporaliter sic obseruare debebat in non quoquendo et non molendo
et non reponendo in granariis uel cellariis quod volatilia hoc non faciunt sed ipse volebat
habere manus ociosas et plena repositoria per talem christus saluator non prohibet
corporalem laborem et prouidentiam circa nutā prudenciam sed solum remouet diffidentiam
Intendit enim quod cura usque ad ista minima se extendat multo magis ad rationales
creaturas cum deo maior sit cura de hominibus quam de bobus uel volatilibus non tamen
per talem prudenciam uel curam suam propter labores et proprias operationes hominis subtrahit
quod cum homo pascit se et vestit se per suum laborem et exercicium deus eum pascit
et nutrit ipsum Non enim ut ait augustinus quod deus dixit Inuoca me in die tribu
lationis et eruam te. Apostolus non debuit fugere cum esset deprehensus in ciuitate damasci non
et per fenestram submitti a fratribus in sporta quod hoc deus volebat eum facturum Et
aliud quod dicebatur apostolo dicendum est de labore corporali intelligendum esse quod non la
borantes non manducent quod paulus ante premittit Cum essemus apud vos non in que
borant non manducent quod paulus ante premittit cum essemus apud vos non in ge
te fuimus neque gratis ab aliquo panem manducauimus sed in labore multo ac sudore
operantibus manibus nostris die ac nocte sicut enim dicit augustinus opifex uel sutor
tabernaculorum et in actibus ait Quecumque sunt in usu ministrauerunt manus
iste. Ad tercium est dicendum quod cum corpus sit intendendum ut fiat spiritum et spiritus deo
ut sit totus homo diuino cultui mancipatus et cum bonum publicum et commune preponendum
sit ciuili particulari bono pensato quod vacantes spirituali studio et deputati reipublice
et communi bono in actibus spiritualibus sicut religiosi deputati ad ministerium animarum et
rectores et milites deputati ad regimen et defensionem reipublice multo sunt excu
sati si non laborant propriis manibus Etiam layci et alii obsequiis istorum mancipati cum
in multa mala doceat ociositas et cum potissime religiosi et uniuersaliter clerici et de
diuini a uanis rebus et discessibus inutilibus et ab omni inutili ocio debeat esse
semoti multum est securum et laudabile quod semper habeant quibus sint occupati
diuinis laudibus reddendis uel lectionibus scripturarum aliquo operis faciant scribende
clerici uel aliquid corporalis operis layci Unde dicit Jeronimus in epistola ad rusticum mo
nachum Egiptiorum monasteria hunc morem tenebant ut nullum reciperent
absque labore et nisi facient eum aliquo operis posse operari et intelligitur de illis
qui eciam in exercitiis absque corporali labore uitam vitare animalis transisse non potuissent
quod ut dicit augustinus in libro de opere monachorum si aliqui in seculo habebant illa
quibus sine opere manuum suarum sustentauerunt vitam eorum si postquam monasterium
ingressi sunt et illa bona indigentibus sunt dispertita et credenda est eorum infirmi
tas et ferenda ut sine labore transeant nec attendendum in quo loco illa habebant sed uita
impendendum cum omnium tamen eorum sit una respublica quod et uita rusticana et
artificis laborare ad professionem seruitutis dei venientes labore aliquo corporali quo magis
operentur se excusant non possunt quod nullo modo ut ait decretum est ut in illa vita ubi
senatores sunt laboriosi ibi opifices et artifices fiant ociosi. Sequitur.

Nolite ergo solliciti esse dicentes quid manducabimus aut quid bibemus
aut quo operiemur hec enim omnia gentes inquirunt Scit enim pater vester quia
his omnibus indigetis Querite ergo primum regnum dei et iusticiam eius
et hec omnia adicientur vobis Nolite ergo solliciti esse in crastinum
Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi Sufficit enim diei malicia sua

Sicut sup dicebat. Hic ultimo saluator docet inspiracionem more providencie
divine specialem gubernacionem ad cuius intellectum est sciendum quod multi fuerunt sicut Cicero
contradicentes in humanis rebus esse fortunam non providenciam nec existimabant
dei iudicio suam vitam gubernari sed in certo ducti euentu et quod necessarium erat errorem
extirpare ut fortius vitatur errorem de dei providencia cordibus hominum saluator
figet crescentem eam dicens Nolite igitur solliciti esse. Hic removet sollicitudinem
per comparacionem ad alterum racionem quod facit hic. 2o concludit propositum de hoc quod sollicitus sit
primum querite regnum dei. Dicitur ergo nolite ex comparacione ad gentes talis illud quod
provenit ex diffidencia divine providencie est vitandum sicut sollicitudo et anxietas temporalium
est huiusmodi sicut patet in gentibus que talia querunt. Ad evidenciam tamen est considerandum
quod aliqui dixerunt providenciam divinam esse tamen circa superiora et non circa actus humanos
de hac opinione legitur Job. Circa cardines celi perambulat et nostra non con-
siderat. Job xxii. Et ex hoc dicebant quod homo circa necessaria vite debeat multum solliciti
et hoc est quod saluator reprehendit cum dicit Nolite ergo prohibet affectum et studium
cum dicit solliciti esse dicentes quid manducabimus aut quid bibemus hoc patet ad ali-
mentum aut quo operiemur hoc patet ad vestimentum Quo quidem modo xi dicitur Cibus
dabit nobis carnes ad vescendum Exodi et sequitur in glosa. Hic videntur argui
qui supto victu quem lautiora sibi vel austeriora preparant cum quibus vivunt
alimenta querunt vel indumenta. Dicitur hec enim omnia gentes inquirunt i. gentiles
providenciam divinam circa actus humanos negantes circa talia immoderate sollicitantur
Unde glosa Julianus. Quid amplius hic fidelis a gentili cuius infidelitas animum
sollicitat Crisostomus. Qui in rebus humanis credunt fortunam esse non providenciam neque in
dicto dei vitam suam gubernari estimant sed incerto euentu. Et ideo timet et desperat quod neminem
habeat gubernatorem qui autem sit dei iudicio gubernari estimat suam in manum
dei committit. Item carnales pro bonis temporalibus anxietate habent ad Romanos 8. Qui
secundum carnem sunt que carnis sunt sapiunt qui vero secundum spiritum que sunt spiritus senciunt. Et
aliquando deus dat bonis bona temporalia hoc facit ad consolacionem et si subtrahit hoc
facit propter exercitium Unde Augustinus Scit celestis medicus quid nobis datur ad consolacionem
quid vero subtractum ad exercitacionem non enim homo iumento suo sicut cum cibaria subtrahit
Unde sequitur Scit enim pater vester celestis quod omnibus hiis indigetis quod divina providencia se
extendit ad omnia quantumcumque minima et precipue circa ea que sunt hominis necessaria. Scit non
in quibus tangitur divina providencia pater vester ut ad spem provocet. Unde mihi Deum precem
audis non dubitans de voluntate quod omnibus hiis indigetis ut non dubitetis de
effectu quod dat sicut mihi infidelitas cura ambitat. Sexta racio sumitur ex sollici-
tudine dei erga nos deus enim pater noster scit indigenciam nostram et hec curam de nobis
ergo nos solliciti esse non oportet Non enim filii debent esse solliciti sed hanc solli-
citudinem debent relinquere patri. Et ideo dicit Scit enim pater vester celestis quod omnibus
hiis indigetis i. pater vester cuius ipsius est cura de nobis. Crisostomus Qui causam creavit
novit eius indigenciam quod si pater est non potest despicere filios quod hiis omnibus indiget
licet enim patres non dant filiis superflua tribuunt tamen necessaria. Sciendum tamen
quod ex septem causis quandoque patiuntur penuriam in necessariis vite. prima ex nostro meri-
tamente peccatorum deutro 28. Si audire nolueris vocem domini dei tui ut custodias et facias
omnia mandata eius immittet dominus super te famem et esuriem donec conterat te. 2a
est causa exercende virtutis Unde apostolus 2 Cor. xi In fame et siti etc. Tercia
est ex importunitate nostre avaricie quod enim superflua quererimus Ideo videtur nobis
quod in necessariis deficiamus quare dignum est ut qui necessariis careamus. 4ta abusus

λ et cures huius
vite fatigat

pro quo impleatur et repleatur bonum scilicet celeste spirituale et temporale / primo de bonis gloriae, secundo gratiae, tertio consolationis / primum debet esse maximum / secundum medium / tertium minimum / ideo primum debet esse in intentione sicut finis / secundum in operatione tamquam medium / tertium in adiectione tamquam sustentatio

temporalium creaturam enim creata abutitur dignum est ut ei aliquid ad utilitatem tollatur. Cum tanta ingratitudo digna enim est ut ingratus privetur beneficiis / sexta est ut credamus deum nobis prebere temporalia bona. Si enim nostre sollicitudini sic attendentur credemus temporalia a nobis esse vel nobis a deo ex debito tribui / cum vero ea aliquando nobis subtrahit / ostendit quod ipse sit dominus qui in se sperantibus ministrat / Et hoc est quod dicit Scit enim pater vester / Ipse enim est pater vester qui dedit nobis esse nature in creatione / esse gratie in recreatione / et dabit esse glorie in sua regni consummatione. Querite ergo primum regnum dei. Secundum glossam / prius docuit excludere malum / hic docet quere bonum quia non sitis solliciti de bonis temporalibus sed de regno dei. Secundum Rabanum Est glosa ex predictis / qui docet ratio satis ostensum est quod non debetis esse solliciti circa temporalia eo quod vana sunt dico autem vobis quoniam quod debetis esse vera sollicitudo scilicet circa spiritualia / et tangit duplex bonum spirituale scilicet bonum mediale et primum. Dicit ergo Querite autem primum id est principue regnum dei id est vitam eternam ut illud pre... miatis per vitam virtuosam et opera meritoria / Vel regnum dei id est summum bonum unde glosa Regnum dei summum bonum est / et ideo querendum / Queritur autem fide spe et caritate. Sed quid est regnum dei querere / Secundum glossam est iustitiam observare. Secundum quod regnum primum consumit prophetia dicens Unam petii a domino hanc requiram ut inhabitem ... et iustitiam eius id est non solum regnum querite sed iustitiam eius id est debita merita correquisita / que scilicet iustitia est via ad hunc finem / unde glosa per iustitiam venitur ad regnum. Sed quid est iustitia regni Respondet glosa Iustitia regni est omnia que Christus docuit observare. Nota duo debent esse in intentione finis propter se et ea que sunt ad finem / ergo primum querendum est regnum dei tamquam finis et iustitia eius tamquam ad finem. Querite ergo primum spiritualia et hec / de intendendo temporalia adicientur vobis id est si querimus meliora privemur / adicientur vobis deteriora. Sed obicitur primum querendum est regnum / ergo ... temporalia secundo querenda. Respondeo primum dicitur duobus modis vel per comparationem ad posterius vel per abnegationem ad prius. Hic ultimo modo accipitur sic ut sit sensus. Querite primum regnum dei et iustitiam eius hoc est ante ista nichil querat / unde glosa nichil ... Vel secundum ... quod post ista / sed quere summum quod propter se et extra quod nichil petitur. Vel secundum Augustinum primum querite regnum dei id est propone cunctis ceteris / et hec omnia adicientur vobis id est consequemini sine ullo impedimento. Non dicit deinde querite ista / nec dicit postea petite quia indigna sunt quorum dari ... Sed quia hec est quod etiam orat pro bonis temporalibus. Et apostolus ... ad Corinthios ... iubet fieri collectas Respondeo non propter se petit sed ut ordinat ad regnum ut patet in predictis exemplis. Unde dicit Augustinus ad hanc regulam totum hoc preceptum reducitur vel redigitur ut in istorum promissione regnum dei cogitemus. Sed queritur quid est quod dicit adicientur quod non dixit dabuntur. Respondet Augustinus et habetur in glosa quia aliud est quod prius datur aliud quod superadditur / quia in intentione eternitas in usu debet esse temporalitas / et illud datur hoc superadditur. Hoc quod non solum venit in usum sed ad... Volt ergo dicere quod illud quod cadit in intentione datur. Nota ergo quod in intentione non debet cadere temporale nisi parvum / et hic notat hoc verbum dicitur ut ostendat quod ista sunt quasi adiectiva respectu regni quod est ut substantivum. Vera in bonis eternis est vera subsistentia / in bonis autem temporalibus fragilibus est fallacia. Unde propheta de bonis eternis dicit Substantia mea apud te est / et de temporalibus dicit Substantia mea tamquam nichilum ante te. Preterea sunt autem assunt et absunt propter ...

Hoc regnum querendum est primum ... et ad ... illud quasi ... ... tamquam ... quia ... superna ... ... quasi ...

Vel propter primum ... quod scilicet ... temporale posterius querendum est non quod ... ... illud tamquam bonum ... ... et ... ... temporale scilicet ... et ideo querant temporalia ut ... regni dei et non ...

... regnum querendum est primum quia in eo omne bonum continetur et perfecte ubi nulla deficit ulla indigentia / tertio quia ipsum solum satiat ... satiabor cum apparuerit gloria tua / ... secundo dicit et iustitiam eius quia iustitia regni dei dicitur per quam consistitur regnum inveniunt ... querens regnum querere et iustitiam / et recta via perducens ad regnum dei. Sapientia ... deduxit dominus per vias rectas ... ... hec iustitia regni dei consistit in tribus primo in receptione sacramenti fidei / quod enim volentem esse de regno ... sicut regnum ... tertio nisi quis renatus fuerit etc. / secundo consistit in contemptu mundi non timendo ipsius adversa sed fortiter tollerando ... per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei / eius autem prospera sunt fugienda quia sunt ... carnis ... ... et superbia vite ... primo ad Corinthios ... caro et sanguis regnum dei possidere non possunt et ... ad ... qui talia agunt regnum dei non consequentur Galatas v / ... non ad ... non est regnum dei esca et potus ... que est avaritia ... v beati pauperes spiritu / et ... superbia vite ... xix sinite parvulos venire ad me ... eorum est regnum celorum ... ... regni requirit ut ea que regni sunt operentur / et ... statuta ... que fortis ... de toto ... xi regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud ... ... in penitentia agite appropinquabit enim regnum celorum.

Cui sit primum asserunt primo de regno dei et ideo deus adiecit eis regnum mundi scilicet ipse Constantinum
sed hodie a multis primo et precipue queritur regnum mundi magis quam dei et magis solliciti sunt
pro terrenis edificiis quam pro animabus et celestibus et ideo timendum est eis ne cum regno mundi
amittat regnum dei

Nam sicut propter mala opera terre fructus subducitur sic propter bona opera adiciatur

corrumpatur sit et quod bona temporalia quandoque subtrahuntur et adduntur Si subtrahuntur filiis
ad probationem si dantur ad gratiarum actiones quandoque eis omnia cooperantur in bonum Ro 8 Ipse
vero cadunt in intentione regnum et iustitia sed regnum principaliter iustitia secundario quia regnum
ut finis iustitia ut via ad finem illud Hugo de Sancto Victore Iustitia via est precium per quam itur
ad regnum regnum vero retributio meritorum Sed de illis qui faciunt de adiectivo
substantivum et econverso dicit Augustinus Qui ea que relinquit te duce et observat in vestigiis et
tuos pro te minus amat minus tibi sit omne creaturarum Querite ergo
primum regnum dei Ubi sciendum quod primum duo possunt teneri nominaliter in maximum
quia secundum Augustinum tria sunt genera bonorum scilicet maximum ut est vita eterna media ut spiritualia
alia quibus pervenitur ad illa et minima ut temporalia Querite ergo Nam res perdita solet
queri Homo autem peccando regnum amisit quia amisit pignus vel gratiam et ideo
dicit querite sollicite vel perseveranter Item res perdita ibi solet queri ubi presumitur esse vel
ubi fuerat querite ergo scilicet sursum non deorsum quia supernum est Colo 3 Que sursum
sunt sapite etc Primum id est illud quod maximum bonum est scilicet regnum dei quod dicitur
maximum propter perpetuitatem Luce 1o Et regni eius non erit finis Ps Regnum
tuum regnum omnium seculorum Item propter abundantiam Ps Gloriam regni tui dicent Ps
Gloria et divitie in domo eius Item propter dignitatem et certitudinem Ps Hec requies mea
in seculum seculi Et loquitur de Syon celesti Etiam sicut dicit regnum in quo Christus
commendat sue largitatis exuberantiam quia non dimidium sed totum regnum promittit
Ceteri enim dimidium regni promittunt ut consueverunt Hester 4 Etiam si dimidiam partem
regni petieris Et similiter Herodes puelle saltanti ut habetur Mt 14 Non enim con-
siderant dantes quid deceat recipere sed quid eos deceat dare Christus vero dedit datum
suum propter illam diligentibus se Commendat autem suam largitatem ut ex eius me-
moria ad desiderium attendatis Alio modo primum potest teneri adverbialiter ut sit sensus
primum id est principaliter ut insinuet quod aliquid potest peti secundario scilicet temporale ad sustentationem
et ut pauperibus subveniatur et ut deo melius serviatur Gen 28 Et si dederit
mihi deus panem ad vescendum Unde et ecclesia orat ut fructus terre dare et

Non temporalia querenda sed

Nolite ergo solliciti esse ut regnum dei digne queratis primum vel ante omnia Ps Quere
mane astabo tibi etc Et non solum ante omnia sed etiam super omnia Philipp 3 Omnia
arbitror ut stercora et per omnia Prima Cor 10 Sive manducatis sive bibitis omnia
in gloriam dei facite Et propter omnia Prima Cor 12 Et omnia in omnibus Querite toto corde intentione Deutro 4 Cumque quesieris dominum deum tuum invenies eum si tamen in toto
corde quesieris eum Votis exultatione Osee ultimo Tollite vobiscum verba et qui-
timum addimus bona operatione Thob 4 In omni opere tuo cogita illum Regnum dei non
mundi Ioh xviii Regnum meum non est de hoc mundo Non terrenis Ro 6 Non regnet peccatum
in corpore vestro mortali Non dyaboli Iob xl Ipse enim est rex super omnes filios superbie
et iustitiam eius Iustitia regni dicitur omne illud per quod homo meretur regnum dei et
pro quo ei ex merito redditur scilicet media bona quibus venitur ad regnum Unde iustitia
regni dicitur fides Ro 3 Iustificati ex fide Item penitentia quia precta precepta per primum Math
et veniunt ad regnum Mt 4 Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum
Nec igitur estimetis quod illud summum bonum solis verbis aggressis addicitur et iustitiam eius
id est virtutes et opera virtutum quibus iuste redditur regnum ut si cupis requiem non
refugias laborem Prosper Ultrix Stellis manibus inquieti et in domibus regnis
moratur Et hec omnia quandoque omnia sunt filiorum scilicet temporalia adicientur vobis Non
dicit donabuntur quia tanquam vilia non mereantur dari dona Nec dicit querite illa

Nolite ergo solliciti esse in crastinum i. in futurum sollicitudine scilicet futuro tempori debita inordinate praeoccupando et curam quae incumbit diei crastinae in die hodierno anticipando / de praesentibus ergo ut ait Johannes Crisostomus debemus esse sollicitos qui futura prohibet cogitare / Sufficit enim nobis praesentis temporis cogitatio / futura quae incerta sunt deo relinquimus. Ubi Petrus cantor dominus prohibet sollicitudinem viciosam de praesentibus quae scilicet sunt unius anni / semel enim in anno seminamus metimus et colligimus. Unde et quasi praesentia dicuntur. Hic autem prohibet duas sollicitudines de futuris scilicet de hiis quae post annum veniunt / de hiis enim quae procurat divina ordinatio non convenit sollicitari / Si ergo tua prudentia vult annum extollere et tendere vitam in vicesimum sollicitaberis utique ut abbatis qui vissis in tribus annis reservant annonam / Cuiusmodi homines, non reputamus sapientes / cum tamen veniat contra dominum prohibentem qui credit tibi curam praesentium / Tales enim de deo diffidunt / et ob hoc miserrimi sunt. Haec Petrus.

ne regno quaerendo creari mereantur ut iustitie eius sapiencie vel dominacionis nichil esse dixi in comparatione illius / Item adiciuntur quia Christus maximus rex haec in pacto non ponit / Item adiciuntur tamquam accessorium / Sicut enim actus committitur servo cui adicitur certa temporalia committuntur intercessione. Multi tamen illis tamquam principalibus adhaerent. Propter quod ipsis conquiritur homini usque ad terram quid diligit pravitate et quietem mendacium Augustinus dicit et quae relinquunt ducem et oberrant in vestigiis tuis nutibus tuos pro te amant et obliviscuntur quod imperas omnis enim creatura clamat tu me fecisti / Vobis scilicet non respectibus quibus si quoque subtrahuntur ad peccatum est / si dantur etc. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Supra Salvator removit sollicitudinem mundanam ostendendo quod vana et inutilis hic removet mundanam sollicitudinem quae est laboriosa et afflictiva. Vel secundum Hugonem prohibuit supra sollicitudinem de praesenti quae impedit respectum veri boni. Hic prohibet sollicitudinem futurorum illudicium bonum impedientem. Nolite ergo solliciti esse in crastinum i. in futurum. Secundum glossam scilicet anticipando tempus requirit. Sed obicitur. Nunc licet reservare in crastinum omnes enim hoc faciunt ergo non praeceptum nec consilium. Etiam quia dominus habuit loculos Johannis 12 quorum custos fuit Judas sicut dicit beatus Augustinus in libro de sermone domini in monte / et habetur hic in glossa. Item apostolus videtur fuisse sollicitus in crastinum. Prima ad Corinthios 16 de collectis quae fiunt in sanctos sicut ordinavi in ecclesiis Galathie ita et vos facite per unam sabbati unusquisque vestrum apud se ponat thesaurizans quod sibi placuerit ut non cum venero tunc collectae fiant. Item navigaturi cum apostolo Paulo imposita sunt vectesilia quae afferebant ei Actuum 28

~~cum apostolo Paulo imposita sunt quae necessaria erant. Hiis ergo et consimilibus scripturarum locis concludit beatus Augustinus dominum nostrum non haec exempla et consiliis scripturarum locis concludit beatus Augustinus dominum nostrum non haec improbare si quis humano more ista procuret~~ Similiter legitur in actibus apostolorum capitulo 11 quod cum quidam vir nomine Agabus per spiritum praedixisset futuram famem in universo orbe distribuerunt inter se quod habundabat ut possent futurae fami occurrere et significaverunt fratribus habitantibus in Judea ut hic id fecerunt. Nam si de illis quae sunt in crastinum necessaria ad victum et vestitum non esset sollicitandum. Ad quod apostolus dixisset qui furabatur iam non furetur magis autem laboret manibus operando ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Ad quod similiter dixisset ille sanctus Joseph Pharaoni futuram famem per septem annos sterilitatis praevidens. Rex virum sapientem quaeratur praeficiat frumentum per septem annos sterilitatis quae iam venturi sunt congreget in horrea et servetur in urbibus et praeparetur futurae fami quae oppressura est Egiptum et non consumetur terra inopia quo ergo salubrius dari dari dicitur. Intra crastinum non est sollicitandum. Secundum Augustinum crastinus dies dicitur qui succedit praesenti tempori in quo comedit et bibit et pro necessitate et providet sibi de victu et potu ut deo possit militare et finem non sollicitatur in crastinum quia bonum est finem intendit. Unde dicit Augustinus quod maliciam pro penalitate quam patimur in infirmitate et mortalitate, ideo pro crastina die homo non debet stare cum comedit nec et sitit salvator accepit, ideo pro crastina die homo non debet stare cum comedit et sitit salvator accepit. Hodie quia vitae sufficit sua malicia et sua penalitas. Secundum Crisostomum vero Sicut crastinum hodie quia vitae sufficit sua malicia et sua penalitas. Vult ergo nos esse sollicitos de necessariis non die salvator accepit esse superfluum. Multi namque magnam sollicitudinem habent qualiter quae habent aut de crastino ut superfluo, multi namque magnam sollicitudinem quam sollicitudinem nomine crastino superflua sunt expensuri et quibus dimissuri quam sollicitudinem nomine crastino intelligitur. Secundum Crisostomum Salvator prohibet quia cum congregamus superflua ipsa se ad intellectum. Secundum Crisostomum Salvator prohibet quia cum congregamus superflua ipsa se ad rabiunt et te eis non fruente nec de eis curante invenimet eis nullos qui ea procuret quare ergo curas de illis quorum proprietatem est aliis dimissurus. Ex hiis et consimilibus scripturarum locis concludit beatus Augustinus dominum nostrum non hoc non hoc improbare si quis humano more ista sibi procuret

Non vult autem dominus de futuro nos esse sollicitos tamquam etiam de vita futura simus / quia secundum beatum Jeronimum incerti et securi sumus. Unde Anselmus puta te cotidie moriturum et de crastino non cogitabis. Unde et Seneca. Dies dicitur scitur ultima est ordinanda / Sufficit ergo nobis praesentis ordinatio temporis / futurorum curam quae incerta est relinquimus. Ut crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi i. tempore afferet sollicitudinem secum / quia tempus futurum habebit sollicitudinem suam sibi congruam et debitam sit per et variatione temporis occurrunt varia facienda / de quibus sufficit tunc sollicitari cum eorum venit hora / Crisostomus dicit cum futurus advenerit dies de ipso curabitis et non ante / Sicut enim hodie nam sollicitudinem non incidere ita nec crastina postquam crastina advenerit / Et enim hic in praedictis haec non sollicitus dicit avaricie quae semper est fugienda / hic discretionem prudencie quae de praesentibus non de futuris est habenda / Sic ergo hodiernus dies sit de se sollicitus tunc et non de alio. Sufficit enim diei malicia sua i. cuilibet tempori labor et fatigatio / calamitas et contritio / dolor et tristicia / afflictio et angustia / sollicitudo et cura

sed si quis ppt ista deo militet ut in opibus suis no regnu dei sed acq̃sitoz
istoz intueat̃ vn glo no labor et puidetia dapnatur sed sollicitudo meteȝ
suffocans sn et aplus laborauit pro victu acq̃rendo 2o ad tessa 3o Nocte
inest opabant et dic ne que vrm grauaremus Nolite ergo solliciti esse in
crastinu in anxietate et merore que aiam pturbat Unde subdit̃ Crastinus
enim dies erit sollicitus sibi ipi dr po mesurans pro mesurato ut sit sensus illi
q erunt in die crastino solliciti erunt ꝺ ipis Et ideo Nolite solliciti esse de crastino
qr nescitis si tunc eritis vel sunt pro mesurante hi crastinus dies ut sit sensus crastinus
dies satis dabit tibi de sollicitudie et cura et hinc concordat sequens lra Suffi-
cit enim diei malitia sua malicia i cura vl afflictio que est malum pene vn glo
Curam aut pntiu malicia vocat qr pe malus est Sufficit diei malitia sua
qr cura pntis diei mens atterit̃ non dz geminari malitia diei no erat ergo
dies pns malitia alius diei i pena Non ꝺ glosa dies malus no est sed in eo
fiunt mala Itm in glo malitia no petiu sed labor et angustia scli pro
rebus pdictis notand est qr sollicitudo importat studiu quoddam ad exhibitu ad aliquid
consequendu Quadrupliciter ergo sollicitudo pro rebus tpalibus pt esse illicita Uno
ex parte eius de quo sollicitatur ut si tpalia tamquam finez quaramus Unde Aug in lio
de opibus monachorum Cu dns dicit Nolite solliciti esse hoc dicit ut non ista intue
antur et ppt ista faciant quidquid in euangelii predicatione facere iubent̃ Alio pt
ex tpalium sollicitudo illicita ppter superfluu studiu quod appõ ad tpalia
pcuranda ppt quod ho a spualibus quibus principalius insistere dz retrahit̃ Et ideo
dicitur infra 13 c sollicitudo scli suffocat vbum dei Tercio modo ex parte timoris
superflui cum scz aliquis nimis timet qr necessaria ꝺ deficiant quod dns triplex excludit po
ppt maiora bnficia hoi psita diuinitus pter suam sollicitudinem scz corpus et aiaz 2o
ppter subuentionem q deus aialibus et plantis subuenit que deus fecit ppt hom
absque ope huana no secundum pportionem sue nature 3o ex diuina prudentia ppt cuius igno-
rantiam gentiles circa tpalia bona querenda principalius sollicitant̃ Et ideo concludit q
principaliter nostra sollicitudo esse dz de spualibus bonis sperantes qr etiam bona tpalia nobis
puenient ad necessitatem si fecimus quod debemus Quarto modo redditur sollicitudo illicita
ratione tpis tpus debitum est vna circumstantia que requirit̃ qr opus bene fiat
ꝺ illud Eccl 8 omni negotio tpus est et oportunitas qr no solum in exterioribus
opibus ꝺ in interiori sollicitudine locum habet unicuique enim tpi competit ppria sollicitudo
tempori enim estatis competit sollicitudo metendi tpi autumpni sollicitudo vindemie Si quis
ergo tpe estatis de vindemia iam esset sollicitus superflue preoccuparet tpis futuri sollicitudinem
vn hui sollicitudinem tamquam superfluam dns prohibet dicens Nolite solliciti esse in crastinum
Unde subdit̃ Crastinus enim dies erit sollicitus ꝺ ipo i suam ppriam sollicitudinem habebit
que sufficit ad aiam affligendam et hoc est quod subdit Sufficit diei malitia sua i
sua afflictio sollicitudinis Hic occurrunt dubitationes aliquae prima utrum
Nota
uterque prudentia dei magis ad gubernationem hominum quam aliorum aialium se extendat 2a
utrum sollicitudo circa victum et vestitum sit per saluatorem prohibita Tercia utrum ad futuram
prouisionem victualium iudicio astrorum sit licite attendendum quarta utrum querentibus primum regnum
dei semper ista victualia adiciantur Ad primam est dicendum qr ꝺ Damascenum 2o libro
eundem putandum esse rerum creatorem et gubernatorem sicut ergo deus omnia creauit quantum ad
totum suum esse ita omnia gubernat Verum sicut hominem creauit ad ymaginem suam ut eum
cognosceret et eo frueret̃ a quo creatus erat omnia aut creata in obsequium hominis
et eius constituit finem omnium ita quamuis deus omnia gubernet quadam tamen speciali modo
gubernat hominem cum omnia intuitu et gubernet in seruitium et subiectionem eius Unde dicit

plures quam homines ad bestias domesticas et silvestres est licitum et iustum bellum
quam corpore quod deus omnia supposuit dominio hominis, potest homo iuste omnia alia capere occidere et pti
et ordinare ipsa ad suum commodum et suam utilitatem. Et iterum potest esse peccatum animalia
occidere vel capere in quantum eorum occasio vel capto vertitur in nocumentum eorum do-
minorum. Unde recitat Gregorius in dyalogo quod cum quidam discipulus beati Euticii Florent(ius)
quendam ursum et sibi ad custodiendum tres oves commisisset, sic obediens cum omni
suscepit ut eas debitis horis ad pastum duceret ac si esset homo, et quas commen-
datas consueverat diligenter ex obedientia sancti viri custodiebat. Quod miraculum socii eius
quattuor alii sancti Euticii discipuli audientes et videntes quod plus crescebat in fama sanctus
ille, qui eorum magister, ursum illum interfecerunt, propter cuius interfectorem elephantino mor-
bo omnes percussi sunt. Ad secundum est dicendum quod sollicitudinem non esse habendam in acquisitione tempora-
lium et victualium sic quod homo non debeat corporaliter laborare ad acquirendum suum nutri-
mentum plus intellectum est quod negligere corporalem operationem ad conservationem vite est ne-
gligere corporaliter vitam quam tamen quilibet ex caritate tenetur conservare. Unde dicit Ieronimus
quod sollicitudinibus spiritualibus panis non acquiritur, sed laboribus corporalibus quia in sudore vultus
pane nostro vescimur et vestimenta acquirimus. Ideo labor exercendus est et sollicitudo tol-
lenda. Secundum ergo Ieronimum prohibet salvator sollicitudinem, sed laborem et sudorem ad acquirendum
victualia et vite necessaria precipit. Ergo secundum verba salvator non prohibet sollicitudinem quia
non dixit nolite solliciti esse de cibo vel potu vel indumento, sed ait nolite solliciti esse
quid manducetis aut quid bibatis, per quod solum illi arguuntur qui suspecto communi cibo
et potu et communi indumento lautiora vel austeriora querunt, cum quibus vitam ducunt ali-
menta vel indumenta requirunt. Secundum ergo verba non prohibet sollicitudo communis necessariorum
ciborum et indumentorum, sed prohibetur sollicitudo superflua singularis et curiosa. Secundum
vero Crisostomum sollicitudo eorum que ad nos non pertinet prohibetur, sed sollicitudo eorum que ad nos pertinet
precipitur. Ait enim quod ad nos pertinet agere laborare operari, secundum eque fine et que eventum
nostra opera consequi debeant sub divina providentia relinquere, quia fortuiti eventus ad nostras
nostra opera consequi debeant, sub divina providentia relinquere, ... no tamen subti-
ratores superveniunt qui licet non prout nec debeant providere a nobis. Prohibet salvator nobis sollicitudinem circa labo-
fugiunt providentiam divinam. Non ergo secundum Crisostomum prohibet salvator nobis sollicitudinem circa labo-
res et cursiores operationes in acquirendo nobis necessaria puta in navigando vel semi-
nando vel alias vias cogitando quibus possimus panem nostrum cotidianum acquirere, sed
prohibet illam sollicitudinem esse habendam de fortuitis eventibus qui possunt supervenire
ad nostra opera, illa enim cum non sint in nostra potestate providere in divina dispensatione
et dispositione debemus relinquere. Sed secundum Augustinum ista corporalia nos Christus
sollicitari prohibuit in quantum impediunt conspicere et contemplari spiritualia bona, quia
... tur scit quod in eis fine non constituimus, et quod superius dixit non posse nos duo-
bus dominis servire, non sit sollicitatio quid sit comedendum vel vestiendum quia venter
sit noster deus, salvator ipse prohibuit. Ad tertiam est dicendum quod sacra scriptura duas
veritates dicit contra astrorum influentiam. Prima est quod voluntas hominis necessitati celestium
corporum non sit subiecta, quia sic periret liberum arbitrium. Secunda est quod ad immutanda
inferiora corpora astrorum virtus se extendit. Dicit enim Augustinus V° De Civitate Dei
non usquequaque absurde dici potest ad solas corporum differentias afflatus quosdam sidereos perve-
nire. Si ergo aliquis utatur iudicio astrorum ad providendum corporales effectus puta se-
renitate vel tempestate vel sterilitatem fructuum, sanitate vel infirmitate corporum, quia
omnia ista ex corporalibus et naturalibus causis dependent, non puto esse peccatum. Videmus enim ve-
deamus agricolas servare certum tempus secundum cursum solis in seminando et plantando et
nautas vitare navigationem in plenilunio vel in lune defectu, et medicos vide-
mus ... consuetudines vetitas quia ut dicunt determinantur secundum cursum
servare quosdam dies ... in predictis et consimilibus peccatum committere
solis et lune. Quare esset dicere omnes tales in predictis et consimilibus peccatum committere
quod remota omni pactione et invocatione demonum solum per observationes stellarum
... corporales effectus corporum celestium iudicio uti puto licitum esse et non peccatum

immutanda

Ad quartam est dicendum quod secundum Augustinum in libro de sermone domini in monte regnum dei in nostris
operibus debemus intendere sive corporalia et temporalia nobis addentur sive subtrahantur. Nam
plurimum contingit quod quaerentibus dei regnum temporalia desunt propter eorum exercitationem et probationem
quia per indigentiam et carentiam talium propositum bonum non solum non debilitatur sed etiam
examinatum magis confirmatur et roboratur. Non enim possumus dicere quod Paulus regnum
non quaerebat qui dicebat se esse in fame et siti et frigore et nuditate. Sicut ergo
bonus medicus novit quando infirmo cuius curam gerit alimenta subtrahit et quando ei
concedit sic novit medicus ille cui nos semel totos commisimus et a quo habemus promissionem
vite presentis et future quando nobis haec corporalia alimenta apponit et quando subtrahit. Nec dum
subtrahit ut ait Augustinus intendit non providere. Sicut nec enim homo subtrahit pabulum iume-
to suo providere sibi non intendit sed cum quasi apponit et quasi subtrahit illi vel ipsi in futurum
reservat sic qui subtrahit cibaria iumento incertum an velit sibi in futurum reservare vel sit
alia causa quare non impendit ei quo igitur animo fiat quando ista temporalia subtrahuntur incertum
est cum possit fieri simpliciter et dupliciter etc. Sequitur Nolite iudicare

c. vij **Nolite iudicare ut non iudicemini In quo enim iudicio iudicave-
ritis iudicabimini et in qua mensura mensi fueritis remetietur
vobis. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui et trabem in oculo
tuo non vides. Aut quomodo dicis fratri tuo frater sine eiciam festucam de
oculo tuo et ecce trabes est in oculo tuo. Ypocrita eice primum trabem
de oculo tuo et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui. Et**

Supra salvator dissuasit duplicitatem intencionis que est in ypocritis qui unum
pretendunt et aliud intendunt. 2o removit duplicitatem affectionis que est in mun-
danis qui et mundum et deum diligere volunt. Hic 3o dissuadet duplicitatem cogitacionis que
est in presumptuosis et superbis hominibus qui cogitant de se bona et de aliis mala et ideo de
aliis male iudicant. Est autem iudicium triplex. Ex auctoritate ut prelatorum dominorum iudicum
iudicum et magistratuum constitutorum. Est iudicium ex vite dignitate ut iustorum prima ad Corinthios 6
Nescitis quod sancti de hoc mundo iudicabunt. Et hoc est duplex scilicet compassionis et approbationis.
Est iudicium ex professione doctrine ut doctorum Levitici 10o Vinum et omne quod inebri-
are potest non bibetis ut habeatis scientiam discernendi et doceatis filios Israel. Secundum hoc
hec pars dividitur in tres partes. Quia prohibet primo salvator iudicium temera-
rium ex defectu auctoritatis. 2o iudicium presumptuosum ex indignitate vite ibi Quid
autem vides festucam. 3o iudicium indiscretionis doctrine ibi Nolite sanctum dare canibus.
Circa primum primo ponit prohibicionem 2o prohibicionis racionem ibi et ut non iudicemini
3o racionis explanacionem ibi In quo enim iudicio. Dicit ergo Nolite iudicare scilicet te-
merarie. Augustinus. Cum ista temporalia procurantur in futurum incertum est quo animo fiat quo
possit simplici et duplici corde fieri. Opportune hoc loco subiecit Nolite iudicare.
Hic est advertendum quod iudicium proprie est actus iusticie quantum pertinet ad iudicem eius rectitu-
dinem declarare. De hoc iudicio non loquitur salvator hic. Alio modo accipitur iudicium prout aliquis
ex aliquibus signis male iudicat de proximo. Et quia istud ut in pluribus procedit ex ma-
la affectione quia quem male afficitur ad aliquem male interpretatur facta eius. Et hoc pro-
hibet salvator dicens Nolite iudicare ut non iudicemini. Vel secundum aliam literam
et non iudicabimini id est ut non mereamini peccatum mortale propter quod sitis digni iudicio
dampnacionis. Pro quo sciendum quod aliquis potest iudicare malum de proximo multipliciter.
Uno modo ex evidencia facti cum aliquis iudicat aliquem homicidam quia vidit eum interficere
hominem et hoc nullum est peccatum. Alio modo ex signis evidentibus ut si iudicet aliquem
fornicatorem quia vidit eum nudum cum aliqua nuda solum cum sola et hoc similiter non
est peccatum. Tercio modo ex signis levibus. Et in hoc iudicio est triplex gradus. Primus
est quando ex signis levibus aliquis incipiat dubitare de bonitate alterius. Et hoc

est peccatum veniale quia procedit ex humana infirmitate et hoc non vocatur proprie iudicium sed sus-
picio / Secundus gradus est cum ex talibus signis firmiter tenet aliquis quod frater sit malus et hoc
proprie dicitur iudicium quia iudicium importat firmam sententiam et hoc est peccatum mortale si materia
quam iudicat de fratre ex levibus signis sit de genere peccati mortalis peccatum enim mortale est quod
contrariatur caritati quod autem aliquis praedicto modo iudicat fratrem est contra caritatem firmam. Tertius
gradus est cum ex levibus signis non solum praedicto modo iudicat fratrem sed etiam procedit ad puni-
tionem fratris et hoc est gravius quam praecedens quia non solum est contra caritatem sed etiam contra iusti-
ciam et de talibus intelligitur verbum praedictum / Pro maiori declaratione huius quaeritur ubi
sic scribitur iudicium. Et videtur quod sic per illud Io 5 Pater omne iudicium dedit
filio quod nullum iudicium relinquitur homini. Item ad Ro 2 Scimus quoniam omne iudicium
est dei in eos qui talia agunt. Contra Levitici 19 Iuste iudica proximo tuo. Item
Deut 16 Iudices et magistros constitues qui iudicent populum iusto iudicio. Item prima
ad Cor 5 Nonne de hiis quae intus sunt vos iudicatis. Item infra eos constituentibus
eorum cognosceret eos dicitur de fluxu profectis et quod per opera eorum possumus eos iudicare
Dicendum triplex iudicium scilicet iudicium dei / iudicium Christi / iudicium hominis. Iudicium
dei est quadruplex scilicet auctoritatis Ysa 3o Stat ad iudicandum dominus. 2m Examinationis
Dan 7 Iudicium sedit et libri aperti sunt. 3m punitionis in presenti Petri 4 Tempus
est ut iudicium incipiat a domo domini. 4m retributionis in futuro Ro 2o Thezau-
rizas tibi iram in die irae revelationis iusti iudicii dei qui reddet unicuique
iuxta opera sua. Iudicium Christi est triplex scilicet discretionis in presenti Io 9
Ego in iudicium veni in mundum. Coherctionis dyaboli Io 12 Nunc iudicium est
mundi nunc princeps huius mundi eicietur foras. 3m promulgationis in futuro. Et illud
est triplex scilicet retributionis Actuum 10 Constitutus est a deo iudex vivorum
et mortuorum et hoc est iudicium Christi hominis quod est iudicium non auctoritatis
sed dispensationis. Et ideo sciendum eorum est iudicium retributionis duplex quo omnes
iudicabimur de quo intelligitur illud 2e ad Cor 5to. Est etiam iudicium beatifi-
cationis unde ps 1 Non resurgent impii in iudicio. Et est iudicium condemp-
nationis de quo hic et ad Ro 2 In quo alium iudicas teipsum condempnas.
Iudicium hominis est duplex scilicet proprium et alienum. Proprium prima ad Cor 11 Si
vosmet ipsos iudicaremus non utique iudicaremur. Et hoc est iudicium peniten-
tie et confessionis. Iudicium alienum hominis est multiplex / debitum / licitum / illicitum
et hoc de presenti. Item dignum et hoc de futuro. Debitum iudicium est prelatorum iudicum
et hoc est iudicium determinationis causarum
in rebus civilibus et confessionis. Licitum iudicium est discretionis in rebus
Unde ps Iuste iudicate filii hominum.
certis et manifestis ex evidentia facti vel signi et hoc est generaliter prima ad Cor 2o
Spiritualis omnia diiudicat. Illicitum est iudicium suspiciosum usurpativum temerarium
quod prohibetur hic. Et temere iudicat secundum Glossam qui alicuius usurpat sibi
iudicium non commissum sive sit de manifestis sive de occultis. Item si de incertis
iudicat temere iudicat. De iudicio temeritatis scribitur prima ad Cor 4o Noli-
te ante tempus iudicare. Item est iudicium dignum duplex scilicet Comparationis Luc.
12 Regina austri surget in iudicio et condempnabit generationem istam etc. Est appro-
bationis Infra 19 Sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus
Israel. Ad id quo ad auctoritatem Iudicium auctoritatis est solum dei. Iudicium dispensa-
tionis Christi et ministerii et similiter est hominis secundum hoc patet responsio quia omne
iudicium est dei scilicet auctoritative. Similiter cum dicitur Omne iudicium dedit filio etc. intelligitur
quia universaliter omne iudicium occultorum et manifestorum. Ita quod distributio fit
pro generibus singulorum hominibus vel dedit iudicium manifestum. Unde Augustinus hoc loco

prohibet ne per ipsum iudicemus vel condempnemus. Mali enim homines saepe in malam partem iudicant quae
vident vel audiunt et quae de omnibus possunt bona aut omnia in bonam partem interpretantur et non dubitat
quin omnia recte fiant / deo tuta vel recte operante vel iuste penitente / et ideo de omnibus bene faciunt.
Et enim dicit Augustinus in tribus consistit bonorum ordinatio in estimando bono de quolibet / in exhibendo bonum
tuis / in sustinendo malum pro quolibet / Unde et Bernhardus Cave alienae conversationis esse aut cu-
riosus explorator / aut temerarius iudex / etiam si deprehendas actum quem reprehendas nec sic iudices
proximum magis autem excusa / excusa intentionem si opus non potes / puta ignorantiam / puta sub-
reptionem / puta casum / quod si omnem omnino dissimulationem rei certitudo recuset / suade nihilominus ipse tibi
et dicito apud temetipsum vehementer nimis fuit temptatio / quid de me illa fecisset si accepisset
in me similiter potestatem. Hec Bernhardus. Unde Crisostomus Non oportet exprobrare delictum neque illud quod peccato
aliquo est puenus insolenter obruere sed clementer monere / nec proximum iurgio sed immo consilio
nos cum illo / sed temetipsum peccato condempnas / et facies tibi terribilem esse iudicium / ingressi

adiusus te diligentissimam feci curam de minimis solicitudine. Et cum diligentius peccata examinet tua, legem in insidiis. Ita qui severe definit aliena iniquitas post reatum inebit veniam. Et utinam si nullam nobis aliud potius fuisset admissum. Profecto solo confessione nos tradi satis habundanter sufficeret. Quippe qui in aliorum delictis severi et amarissimi iudices residemus. Iratis autem trabes oculis infixas propriis non videmus.

Nichil aliud nobis precipitur committimus nisi ea facta de quibus dubium est quo animo fiant in meliorem partem interpretari. Et ideo prohibetur hic temerarium iudicium de incertis cum dicit Nolite iudicare. Unde ad Romanos xiiij. Tu quis es qui iudicas alienum servum, suo domino stat aut cadit. Et subdit rationem sue probationis ut non iudicemini vel secundum aliam litteram ~~et non iudicabimini~~. Unde ad Romanos 2. Existimas o homo qui iudicas quia tu effugies iudicium dei, quasi dicat non effugies, et ideo dicit ut non iudicemini scilicet iudicio condempnationis. Ulterius sciendum quod multiplex hic iudicium prohibetur. Primum est iudicium arrogantie de seipso quo quis iudicat se dignum gratia gratis data ~~aut maioribus~~ vel indignum pati mala que sustinet. 2º prohibetur iudicium iactantie ~~specialem ut dicit Crisostomus non ex benivolentia sed per~~ sue iusticie fautores fratrem despiciunt. Tercio prohibetur iudicium equitatis scilicet propter iniurie. Cum ut dicit Crisostomus proximus iudicandus est si peccat in deum, si vero in nos peccat sine dubio dimittendum est ei, ut deus nobis peccatoribus dimittat. Quarto prohibetur iudicium indignitatis ut dicit de illis qui multis malis pleni sunt et alios pro minimis iudicant indignos esse. Unde Augustinus 3º de civitate dei dicit eleganter et veraciter rudisse quendam piratam comprehensum ab Allexandro magno cum ab eo interrogaretur utquid sibi mare haberet infestum iratum, sed quia ego exiguo navigio facio latro vocor, tu quoque in magna classe imperator. Quinto prohibetur iudicium temeritatis. Cum ut dicit Augustinus queda sunt occulta et de illis iudicium dare prohibitum est. Queda vero dubia quia dubium est quo animo fiunt de illis iudicare temerarium est, queda vero sunt manifeste mala sicut blasphemia et huiusmodi quorum iudicium est permissum. Sexto prohibetur iudicium personalitatis ut in iudicio non sit acceptio personarum aut divitis amici vel inimici potentis vel infimi. Quia ut dicit Ysidorus 3º de summo bono quatuor istis modis iudicium humanum pervertitur potentia cupiditate divitiarum, amore amicorum, odio inimicorum. Et Ambrosius super Beati immaculati. In iudicio meo non contempsi pauperem, non oppressi viduam, personam divitis non accepi, in omnibus operibus meis iudicium iusticiam. Septimo prohibetur iudicium fidei. Unde dicit Hylarius Judicare de divinis promissionibus. Tale enim iudicium adversus deum est ex fidei ambiguitate. Octavo prohibetur iudicium curiositatis quo multi iudicare volunt de iudiciis dei circa ea que sunt in mundo illo ubi quidam mali florent, boni vero patiuntur, et hec non sine dei iudicio licet occulto. Legitur enim quod quidam senex heremita deum rogavit ut ei sua iudicia demonstraret. Cui die quadam angelus domini in similitudine senis apparuit et duxit eum ad fratres pietatis et venit ad quendam senem qui magno gaudio eos suscepit, lavit pedes eorum atque refectionem paravit, mane autem facto caritative eos dimisit, sed angelus tulit abscondite cathinum suum quo comederunt. Senex vocavit filium suum ut post eos iret ut patri redderent quod angelus impulit in precipitium et mortuus est. Perterritus vero heremita sequenti de facto venit cum angelo per duos dies ad cellam ubi erat senex cum duobus discipulis qui noluit eos recipere, sed tandem post magnam instantiam nec lumen vel aliquid volebat eis ministrare. Mane autem facto Angelus dedit huic cathinum quod occulte priori seni abstulerat. Quod videns frater qui cum eo erat conturbatus est et inquit recede a me obsecro tecum amplius non ibo. Sancto enim viro abstulisti cathinum et filium occidisti et huic pessimo dedisti. Cui angelus tu rogasti deum videre iudicia eius ad que demonstranda missus sum. Ille enim cui abstuli cathinum quia non erat de bono nec decebat sanctum virum aliquid tale possidere, occidi vero filium eius quia nocte sequenti erat occisurus patrem. Cathinum autem quod de malis est addidi huic pessimo ad eius ruinam, quo dicto disparuit. Sequitur In quo enim iudicio. Hic subdit rationis explanationem et ponit duo Judicium et mensura. Judicium refertur ad culpe et pene qualitatem, mensura ad quantitatem, dicit ergo In quo enim iudicio

[left margin:] quod non considerata sua ... a ceteris ... spiritualiter ut in dicat ... specialiter

[left margin:] libera voce respondit ... est sicut ut electum

i iusto vel iniusto misericordi vel duro iudicauit alios iudicabimini i talis erit q
litas retribucionis q dicitur Judicium primo Sicut fecit sit retribuit in dns Et hester
7 c A. Suspensus est aman in patibulo quod parauit mardocheo Et 3° Reg
21 In quo loco linxerunt canes sanguinem nabath et tuum lambent Sed obicit
In quo iudicauit sic penitus Judicabimini scilicet adeo q deus iudicabit eo iudicio quo ho
et q temerarie iudicabit ut ho Ra° q augustinus in glo que sic incipit In quo iudicio
dicit sic de quo hic agit tale est Qui gladio percussit gladio peribit i pecato percussio
gladii peribit In quo ergo iudicio iudicauit iudicabimini i peccato illius iudicii iudi-
cabimini in futuro hec est secundum mutuum vel demutuum retribuetur vobis in primo vel supplicio
vel in quo iudicio etc i sicut iudicium actiuum quod facis erit passiuum quod patieris Et
ideo in quo non dicit formam sed causam Nota aliquas auctoritates sacre scripture videtur
prohibere iudicium Sicut ad Ro 14 Tu quis es qui iudicas Et 2° ad Cor 10 No-
lite ante tempus iudicare Aliquae alie sunt auctoritates que concedunt iudicium 2° ad Thymo
4 argue increpa obsecra Et infra 18 Si peccauit frater tuus inter argue eum
inter te et ipsum solum Ra° auctoritates prohibentes iudicium intelliguntur de iudicio difficili
in rebus occultis et dubiis Ille autem que permittunt iudicare intelliguntur de iudicio dif-
finitionis in rebus manifestis Prohibetur autem hic iudicium temerarium Sed vi-
detur hic esse contrarietas in textu nam per hoc quod hic dicitur In quo enim iudicio videtur
concedi iudicium tamen contrarium iam predixerat Nolite iudicare Judei J.° Si iudicare prohi-
bet quomodo ergo paulus iudicauit fornicatores seu fornicaciones et petrus ananiam
et saphiram mendacii arguit Sed ex sequentibus quod prohibuit videtur dicens
Quo enim iudicauitis sic iudicabitur de vobis Itaque non prohibuit iudicare sed
docuit in quo iudicio erit iudicandum Sequitur et qua mensura mensi fueritis remeci-
etur vobis pro gloria i iuxta modum culpe erit mensura pene ysa 28 In men-
sura contra mensuram Vel sic quando ho iudicat aliud iudicium est quedam
mensura in qua pondeat debita homini Vel sensus est in qua mensura ponderauis
peccata fratris tui in eadem mensura deus ponderabit peccata tua Vel potest esse sensus secundum
quantitatem culpe quam habuisti in aliud iudicando erit et quantitas pene Vnde
dicitur Sicut in peccatis vemia principalis a nobis sumitur sic in ipso iudicio
condempnacionis mensura procedit Vel sicut est iudicium actiuum sic erit passiuum Sed
contra hoc videtur dns facere cum pro peccato suo actu temporali puniat eternaliter et ita
supra mensuram valde enim est inequalis mensura ut videtur Ra° secundum B Greg
pena non redditur secundum mensuram temporis sed iuxta eternum iustam quam peccauit ex voluntate
vel dei retribuentis Et hic in glo dicitur Qui eternaliter peccato permanere voluit eternam
penam inueniet et quarum voluntas non habuit finem peccandi non habebit finem
torquendi Vel dicitur quod sicut ex contractu temporali datur actio perpetua Vel ex momenta-
nea emptione res in perpetuum emptori acquiritur et sicut vulneracio temporalis dat mortem
perpetuam et sicut casus in foueam est temporalis et detencio perpetua Et sicut fit crimen lese
maiestatis est temporale sed punitur perpetua Ita est in peccato Vel potest dici quod ho peccat in
deum quod creatura creatori suo preponit qui est infinitum bonum et eternus Ideo
in infinitum meretur puniri et quia peccator non potest sustinere penam infinitam intensiue
ideo punitur in infinitum extensiue i duratiue Vel augustinus Non actus temporalis facit pec-
catum mortale eternaliter puniri sed eternitas illius in quem peccatur qui eciam sic eternam
implentibus mandata bona eterna permittit peccantibus vero minatur penam eternam
Vel sic quod licet actus peccati sit breuis tamen reatus eternus et ideo iuste punitur eterna-
liter peccator peccat in suo eterno et ideo debet puniri in dei eterno Vel augustinus quod eter-
nam voluit hic peccati fruitionem eternam inueniet vindicte seueritatem Et insuper

Et dicitur 27 sicut mensuram delicti erit et plagarum modus Et apoc 18 quantum glorificauit se etc

est dicit cur habes oculum aptum ad iudicandum minima et aliena clausum vero ad iudicandum tua magna et considerator
tua relicta consideras aliorum errata, gerunt autem hoc omnibus et maxime doctoribus et subditorum minima
peccata puniunt, ipsa inpunita relinquunt, quod est valde difficilimum quia dicit basilius super omnibus ceteris considerandum
est quibus sit difficultatis aliorum iudicare quia oportet ut primo se ipsos iudicent et conspiciant quod videtur convenisse in omni
quia cum oculus cuncta videat extrinseca tamen semper se visu non utitur, ita intellectus cum alienum corrigit peccatum
difficile est proprios defectus perspicere

Sicut dicit hugo de sancto victore Scire velis quo iustum sit ut culpa que cum fine commis-
sa est sine fine puniatur Et videtur hoc recte dicitur si districtus iudex non corda hominum
sed facta pensaret Iniqui enim ideo cum fine deliquerunt quia cum fine vixerunt nam
voluissent utique si potuissent sine fine vixisse unde potuissent sine fine peccare
dicit enim quod in peccato semper vivere cupiunt qui numquam desinunt peccare dum vivunt ostenditur
quia ergo iustitiam iudicantis pertinet ut numquam careat supplicio qui in hac vita numquam
carere voluit peccato Idem dicit glosa super illud ad romanos 2 Qui reddet unicuique iuxta
opera sua Item quia peccator punit in se bonum quod posset esse eternum unde dignus
est malo eterno qui in se punit bonum quod posset esse eternum unde augustinus
portat secum maculam peccati que non tollitur nisi per gratiam etc. Quid autem vi-
des festucam, Hic arguitur iudicium presumptuosum quod est ex indignatione vite
proximi arguit cogitationem sive visum, secundo locutionem sive inordinatam reprehensionem ibi Et
quo dicis 3o simulationem ibi ypocrita eice primum est quod arguit iudicium cordis
2m detractionem oris 3m ficta opera, dicit ergo sic quid autem vides festucam in oculo
fratris tui id est quo presumis iudicare fratrem tuum de parvo seu minimo peccato Et trabem
in oculo tuo non vides id est ex quo te ipsum de magno crimine quod in te est non diiudi-
cas, dicit sic dicit, tale iudicium est presumptuosum et tale iudicium est nimis quando
unde glosa hinc invenitur aliquis ab hoc iudicio alienus quia unusquisque suis fa-
vet aliena facile reprehendit Item glosa Est moderamen iudicii ut preventus
maioribus aliud non iudicet de minoribus Nota oculus est intentio Eccli 11 posuit
oculum super corda eorum dicitur de minus pravis festuca que de facili consumitur culpa
est venialis que fervore caritatis modico removetur Iob 13 Stipulam siccam
persequeris Trabes que solida est et consumptioni difficilis culpa est mortalis de
qua dicitur in alia metaphora Iob 41 Cor eius indurabitur quasi lapis Unde
augustinus in libro de sermone domini in monte Quid inter festucam et trabem tantum inter iram distat
et odium Odium enim ira est inveterata que vetustate sua iam robur accipit ut
merito trabs appelletur videns ergo fratrem suum irasci aliquem et humana infirmitate
vel etiam naturaliter eum adeo vel invidia vel malitia dampnat, hic videt festucam
in oculo fratris sui id est iram levem trabem autem in oculo suo non videt id est odium vel invidiam
Et quo dicis fratri tuo, hic salvator arguit malam reprehensionem, valde
enim presumptuosum est quod aliquis aliquid reprehendit in alio quod in se reprehensibile
invenit Unde ad romanos 2o Qui predicas non mechandum mecharis et qui aliud
doces te ipsum non doces, dicit ergo sic Aut quo id est in qua presumptione dicis fratri tuo
scilicet minus peccanti vel innocenti sine id est patienter sustine eiciam festucam de oculo
tuo id est peccatum leve de corde vel intentione tua corripiendo te et ecce trabs est in
oculo tuo Unde Crisostomus Sicut ydropicus corrigens eum cui digitus tumet ipse
sui ventris immemor est Unde Crisostomus vide festucam et ecce non est omnis sic dicto
et scriptum Sequitur ypocrita eice primum Hic docet redire ad rectum ordinem dicit
ergo ypocrita, ypocrita est omnis doctor qui non facit quod docet quia talis apparet
videri quod non est ypocrita eice primum trabem de oculo tuo et hoc propter tria primum
est quia magis cognoscit homo que sua sunt quam que sunt alterius, 2m est quia
plus cognoscit maiora quam minora 3m quia plus diligit se quam aliud Et
tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui id est postquam te curaveris poteris procura-
turare fratrem tuum Unde Gregorius in omelia Sordes manus tergere non valet que
lutum tenet Mundus enim aput se debet esse qui curat aliena Et dicit salvator
notanter Aut videbis secundum glosam autem cecus quia caligine peccati pressus
sed postquam se ipsum et suam conscientiam purgavit tunc aptus erit fratrem suum emendare
Hic queritur utrum peccator possit corrigere peccatorem videtur quod sic quia corrigere fratrem
non est inchoare cum quelibet temere iudicatione, cum dicit ypocrita, ypocrita est qui aliud pretendit et aliud
intendit iudicans autem temere pretendit se amatorem iustitie sed contrario quod hoc temere facit vel superbus est
vel odio movetur contra fratrem vel alio implicatur delicto quo pravatur iustitia, et sic pretendit se iustum
cum tamen iniustitia sit pravatus Et talis similis est latroni qui iniuste ab aliquibus diutius clamat cum aliis
rape latrones cum tamen ipse sit latro, talis autem ypocrita eiciat primo trabem superbie aut odii a
tuis unde si ei sis similis qui sic pariter cum illo ingemiscere Unde apocalypsis 3o Collirio inunge oculos
tuos ut videas et tunc videbis ut educas festucam de oculo fratris tui Vel aliter sic reprehendit
illos qui faciles sunt ad reprehendendum quidam enim faciles ad hoc vicium pretendunt se velle consolari
fratri peccanti et dure obiurgant cum eum coram aliis in hoc autem sunt ypocrite quia pretendunt se conso-
latores et sunt condempnatores et vituperatores Ita dicit Crisostomus non est quod probare etc. ut supra in precedenti
folio in margine

fraternalis cadit sub precepto sed peccatum non absolvit a precepto quod peccator potest et debet cor-
rigere peccatorem. Sed in contrarium videtur hic esse textus quia dicitur hic Quid vides festucam in oculo fratris tuo
sine etc. Respondeo quod peccator redditur indignus ut alium corrigat triplex. Primo si magnum
peccatum commisit non est dignus ut alium corrigat de minori peccato. Unde super id Quid vides
festucam etc. dicit glossa de istis loquitur qui mortali crimine detinentur et minora obnoxii et minora
peccata fratribus condonant. 2o redditur indebita correctio propter scandalum quod sequitur ex correctione
si peccatum corripientis sit manifestum quia non videtur quod ille qui corrigit ex caritate sed magis
ad ostentationem. Unde super id Quid vides in oculo fratris tuo dicit Crisostomus ubi non alios sanare sed per bona
doctrinam malos actus actus celare et laudem ab hominibus querere. 3o propter superbiam corripientis
Inquantum scilicet peccata propria postponentes se preponunt proximo preferunt in corde suo. Unde Augustinus in
libro de sermone domini in monte. Accusare vicia officium est bonorum quod cum mali faciunt
alienas partes agunt. Sed hic est sciendum secundum beatum Augustinum in eodem libro et habetur hic in glossa.
Cogitemus cum aliquem reprehendere necessitas nos cogit utrum tale sit vicium quod numquam
habuimus et tunc cogitemus nos homines et habere potuisse. Vel tale quod habuimus et iam
non habemus et tunc tangat memoriam communis fragilitas ut illa correctionem non odium sed
misericordia precedat. Si autem invenimus nos in eodem vicio esse non obiurgemus sed conge-
miscamus et ad penitendum pariter invitemus. Raro enim et non nisi ex magna necessitate obiur-
gationes adhibende sunt. Ex hiis igitur patet quod peccator ad humilitatem et gemitum suorum peccatorum
et alterius corripit delinquentes non peccat nec sibi novam dampnationem acquirit. Sed verbis
premissis modis peccat quando non debito modo fruatur. Et ita doctrina salvatoris est intelligenda.
Et potest hic quadruplex fieri questiones. Prima utrum omne iudicium prohibitum textu sit inter-
dictum et prohibitum. 2a utrum eodem iudicio quo quis iudicat alium debeat iudicari. 3a
utrum iudex in iudicando possit reum cogere ad confitendum illud de quo sequitur mors sua atque
aliorum. 4a utrum existens in mortali peccato possit alium iudicare et corripere. Ad primam
est dicendum quod hanc dubitationem movet Augustinus in libro de sermone domini dicens quedam esse facta
mala quae nullo modo possunt fieri bono animo vel bona intencione sicut blasphemia furta adulteria
homicidia et talia licitum est iudicare iudicio reprehensionis ad omnia de quibus dicit
apostolus prima ad Corinthios De hiis que intus sunt non iudicetis vel iudicio punicionis
ad illos qui sunt auctores de quibus scribitur Deuteronomii 1o Quod iustum est iudicate sive civis
sive peregrinus sit ille nulla est distancia personarum. Quedam vero ait esse sicut bonum quod quantum
est de se bono animo et simpliciter fieri possunt sicut si aliquis dicit propter stomachi debilitatem
se non posse ieiunare et tu credas eum hoc facere propter gulositatem. De talibus de quibus ho-
minibus incertum est quo animo fiat iudicare temerarium est secundum Augustinum. Unde de talibus ait
apostolus qui manducat non manducantem non iudicet. Et subdit Augustinus quod duobus modis
iudicamus temerarie. Primo si iudicamus illa que nescimus quo animo fiant. 2o quando scimus
et sic iudicamus acsi de futura eius correptione desperemus sicut dato quod aperte videamus
gulositatem et obtrectacionem alicuius si sic eum reprehendimus quasi non possit corrigi vel in
bonum mutari adhuc temerarie iudicamus. Concludit ergo Augustinus videntur quod omnibus predictis
sunt modis quod salvator noster per illa verba cum ait Nolite iudicare et condempnare nichil
aliud nobis precepit nisi quod illa facta que nescimus quo animo fiant semper in meliorem partem
interpretemur et que dubia sunt eodem modo. Ad secundam est dicendum quod Augustinus ad
Deogratias de sex questionibus hanc movet dubitationem in libro de sermone domini solvit
dicens quod si sic intelligatur istud dictum de iudicio et mensura ut eodem iudicio quo
iudicamus alios debemus iudicari et eadem mensura qua mensi fuimus debeat
nobis remetiri videbitur statim falsum esse quod dicitur quia si nos iudicamus temerarie
Iudicem tunc iudicio temerario nos iudicabit et si falso iudicio quis iudicabit alium

Quanta dubitacio de suspicionibus vide in tercio folio cum tali signo Ø

falso dei iudicio iudicabit Similiter si iniusta mensura quis utatur ad reddendum vel ven-
dendum alicui proximo suo iniusta etiam mensura utetur ad puniendum vel remunerandum seu pu-
biendum Est ergo sic intelligendum secundum Augustinum In quo iudicio iudicaveritis in eodem iudica-
veritis i. In qua voluntate benefecitis in ea [illegible] si quis in oculis
prereret priniabimini Verbi gratia si quis in oculis uteretur ad respiciendum aliquid illicita
sibi prohibita recte dicetur In quibus oculis peccasti in eisdem punieris et sic recitaret et ocu-
lis puniet quia secundum Augustinum voluntas omnium utrorum factorum meritorum et demeritorum mensura
est et ipsa utimur ad merendum vel demerendum recte dictum est eo animo et ea voluntate qua
iuste et iniuste iudicamus alios eadem voluntate et animo recipiemus iudicium de pena
vel de premio Unde si voluntate temeraria iudicamus aliquem illa temeritas est illa
que nos puniet et cruciabit et si mensura iniqua et voluntate iniqua utimur ad vendendum
aliquid proximo illa iniqua mensura et illa voluntas erit causa que inducunt et damp-
nent Et intelligitur si homo sua propria voluntate bona vel mala opera facit eadem iudica-
bitur ad beatitudinem vel miseriam Et sic sequitur ex post Augustinum id ubi dicitur Omnis enim qui
accipit gladium gladio peribit planum est enim quod multi gladio interficiuntur et tamen
gladio non moriuntur sed vel forte moriuntur febre vel suspenduntur vel forte cruci-
figuntur Verbi gratia latrones qui crucifixi sunt cum Christo multos occiderunt non tamen quos occi-
derant crucifixerunt sed ipsi crucifixi sunt Est igitur sensus quod gladio interficiens gla-
dio moriatur quia eo peccato anima moritur et interficitur quotiens ex peccans commisit peccatum
Si enim gladio homo commisit illo peccato commisso anima moritur et iudicabitur et lingua
peccatum commisit illo peccato lingue commisse iudicabitur et interficietur et conformiter
de aliis Ad tertiam est dicendum quod planum est iudices et religiosos et fideles recto-
res licite posse veritatem exquirere penis et tormentis ut dum corpora penis subiciuntur
que gesta sunt veraciter et fideliter ingrat ut scribitur C v q v ca. Illi qui ad proponendum
quod casum est dicendum quod illi qui in aliquo scelere sunt deprehensi ex hoc morti vel carceri
dampnati si notorium est eos complices et socios habuisse sicut contingit de latrunculis
de quibus solus unus capitur qui confitetur maleficium sed complices suos confiteri non vult si
iudex habeat intentionem per tormenta ab ipso veritatem exquirat de complicibus ut
providat utilitati reipublice et caris animabus ne amplius sceleribus latrunculis involuatur
puto quod non peccat iudex sic veritatem exquirendo ne reus habeat intentionem illorum
pandendo Sed si crederet commisisse complices sit occultum nec fama laborat de aliquibus
interfuisse tali maleficio puto quod cogere aliquem per tormenta ad manifestandum ali-
quid sine peccato fieri non potest quia peccatum mortale est occultum pandere et alium
diffamare et cogere aliquem ad illud quod est mortale non est dubium quod sine peccato
mortali esse non potest Licet tamen propter testimonium confitentis illi complices dum in
iudicio dicere sive notorium sit plures fuisse in tali scelere sive occultum Sed ad inquirendum
exquirere Ad quartam est dicendum quod est dubia quia Salvator interdicit habentem trabem
in oculo non debere eicere festucam de oculo alterius per trabem intelligitur peccatum
mortale ut odium vel incestum vel aliquid tale per festucam vero subitanea
ira vel aliquid quod sit veniale vel leve peccatum Ad hoc est quod dicit Gregorius
et post in capitulo iiii q vii Quatuor propriis criminibus aliena iudicare non valet Et consequenter
dicit Ambrosius eadem causa et q. qui ait Ille de vita alterius iudicet qui
in se non habet quod puniat Similiter ad hoc facit quod dicit Augustinus in libro de sermone domini quod
ait quod caute invigilandum est cum aliquem reprehendere vel iudicare nos necessitas co-
git quas hoc cogitemus utrum tale sit peccatum quod nos numquam habuimus et
vel quod ita caruerimus et numquam habemus cogitare debemus nos homines esse
et habere potuisse Si vero habuimus et non habemus tunc sed tangere memo-

etiam nram infirmitates hominum ut illarum reprehensionem reportarem quam magis amat
vituperare et dampnare quam corrigere et emendare propter invidiam vel superbiam vel invidiam
et se exutus in mortali non potest corrigere vel iudicare. Cum multi iudices vel
prelati involuti sint mortalibus peccatis, prohibitum omnes correctio et dimittetur delinquentium
iudicium, et potissime non videtur dimittendum iudicare vel corripere aliud propter mortale
peccatum, quia in tali casu iudicans non peccat cum propter scandalum scandalizatur eius
subditus quem reprehendit vel iudicat ab illo quem scit esse in eodem crimine. Planum
est quod vitatis iudicium non est dimittenda propter scandalum secundum Jo. Nicolai dicendum
ergo quod aliud est querere utrum iudex vel superior peccet exutus in mortali iudicando vel
reprehendendo, et aliud utrum eius correctionem iudicium vel sententiam debeat subditus
subterfugere, quia dato quod sit in mortali peccato occulto vel notorio dummodo sit superior
et quamdiu est superior prelato vel iudici obediendum est. Unde dicit glossa ad Roma.
xiii. Omnis anima sublimioribus subdita sit, quod in eo quod sublimiores
et maiores sunt, semper subditi esse debemus. Si tamen peccatum eorum est notorium puto quod
peccat alios iudicando vel corrigendo, quia iudicium publicum et reprehensio publica
non stat simul cum publico peccato. Illam aperte peccare et aperte peccatum iudicare vel re-
prehendere sunt contraria et sine scandalo esse non potest. Sed si peccatum iudicantis vel repre-
hendentis est occultum, tunc puto quod sine peccato potest iudicare vel corrigere non peccat sic
iudicando saltem gravissime licet forte peccat abmissime quia aperta detestato peccati
vel publica reprehensio vel iudicium non habet repugnantiam ad minimum etc.

Nolite sanctum dare canibus neque mittatis margaritas vestras ante
porcos ne forte conculcent eas pedibus suis et conversi dirrumpant
vos. Petite et dabitur vobis. Querite et invenietis. Pulsate
et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit et qui querit
invenit et pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo quem
si petierit filius suus panem numquid lapidem porriget ei. Aut si
piscem petierit numquid serpentem porriget ei. Si ergo vos cum sitis
mali nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester
qui in celis est dabit bona petentibus se etc.

Ostenso quod iudicia temeraria non sunt facienda. In parte ista ut supra dice-
batur ostendit quod sacra doctrina et sacre scripture mysteria non sunt infidelibus ministranda.
Et continuatur tercia pars istud passum ad precedentem. Dixerat enim salvator supra quod
debemus bene facere inimicis et hiis qui odiebant nos et per inimicos et odientes nos
intelligebat infideles et hereticos cum quibus licet habeamus communem naturam corporalem
et per consequens temporalia bona communia cum eis debemus habere que bonis et malis dignis
et indignis dantur. Spiritualia tamen bona deus non fecit communia nobis et eis, quia
nobis fidem Christi recipientibus sunt communicata, infidelibus vero et hereticis propter eorum
infidelitatem et perversitatem sunt denegata et per nos sunt eis deneganda.
Unde ait Nolite sanctum dare canibus et margaritas ante porcos etc. Potest etiam
sic continuari, postquam salvator iudicium temerarium et presumptuosum quod est
ex indignitate vite prohibuit, hic dissuadet iudicium quod est ex indiscretione
doctrine sive ministrationis sacrorum et post continuato data eius cautela et
ordine in iudicando et in corripiendo docet de cautela servanda in conferendo
vel sacramenta ministrando. Ubi primo ponitur prohibitio, secundo prohibitionis ratio ibi

Ne forte dicit ergo Nolite sanctum i ecclesiastica sacramenta vel sacre scripture misteria dare i ministrare
vel predicando publicare canibus i infidelibus obstinatis / qui contra veritatem latrat et
quicquid in eis est lacerat. Et non solum non licet dare verum nec mittere vel vendere. Neque mittatis
margaritas i eadem ecclesiastica sacramenta et sacre scripture misteria ante porcos i contemptores
et immundos licet sunt fideles quia secundum Glosam eadem res est sanctum et margarita sicut
eucharistia et ecclesiastica sacramenta et vocantur sanctum quia inviolabilia et ideo alia litera habet
ayos i sine terra / quod enim est sine terra non potest violari nec corrumpi et vocantur
margarita propter preciositatem et ideo non debent contempni. Margarita est gemma preciosa
vel secundum Crisostomum per sanctum intelliguntur ecclesiastica sacramenta que sanctificant. per margaritam
sacre scripture misteria quia sicut margarita in concha sic veritatis misteria latitat
in sacra scriptura. Per canes intelliguntur peccatores infideles quia canis secundum scripturam
est animal totaliter immundum quia nec ungulam findit nec ruminat sic peccatores infi-
deles heretici Iudei vel gentiles totaliter immundi sunt. Sed porci sunt fideles sed
et derisores misteriorum sacre scripture et fideles quia sicut porcus non est totaliter in-
mundus quia licet non ruminat tamen ungulam findit / sic et isti qui fidem habent
sunt immundi quo ad hoc tamen quia obstinati sunt et contemptores veritatis porci sunt etc.
Ne forte conculcent eas scilicet margaritas ipsi porci contempnendo et deridendo Unde
Augustinus in libro de sermone domini in monte Calcari enim dicitur quicquid contempnitur pedibus
sive intellectu et affectu. Ecclesiastici 22 Audiet luxuriosus et displicebit sibi et proiciet illud
post dorsum suum / Et dicit saluator nostri Ne forte propter volubilitatem liberi arbitrii
qui tales possunt ab immundicia sua resipiscere. Et conversi scilicet canes ab eo quod audierunt
a vobis disrumpant vos reprehendendo blasphemando et fidei simplicitatem impugnando
vel secundum Crisostomum Conversi per fictionem fingunt enim mansuetudinem ut addiscant. Deinde cum
didicerint decipiunt Unde Proverbiorum ix° Qui erudit derisorem ipse sibi ipsi iniuriam
facit Nota secundum beatum Augustinum in libro de sermone domini in monte / Due cause faciunt magna non
recipi scilicet contemptus et odium contemptus quo ad porcos / odium quo ad canes Item
Cassiodorus Cum contra eorum potius est obstinatis predicare. Et Ambrosius. Vicium est secreta mi-
steria indignis vulgare. Et ideo dominus voluit ponere velamen sacramentorum in similibus
ut hereticos humiliarentur. Iste nostri cum dicit Nolite sanctum dare canibus Contra Math
x° dicitur Que in aure auditis predicate super tecta. Item ipse dominus predicavit
phariseis et scribis resistentibus et contempnentibus verbum dei ergo sanctum dedit canibus
et porcis Solucio Infra x° datur libertas predicandi quibuscumque oportet hic autem inducitur
discrecio / et ideo supplendum est Nolite sanctum dare canibus etc. ubi sunt tantum canes et
porci / sed si fideles sint cum eis bene licet. prohibicio ergo ista introducitur quantum ad
obstinatos in malicia vel incertos. Circa quos habenda est consideracio quia aut
ipsi sunt soli aut fideles sunt putentur cum eis. Si soli tenendum est quod hic dominus dicit.
Si vero alii sunt putentur procedendum est iuxta formam domini qui licet sciret phariseos
obstinatos et scandalizari de verbis suis nichilominus eis predicavit propter turbam
fidelium eis annexam Unde Ieronimus hic dicit Non dedit sanctum eis qui capere non poterant
sed eis qui poterant et simul aderant quos propter aliorum immundiciam negligi non
oportebat Quapropter doctrine informaciones et predicaciones propter fideles fiunt non
propter reprobos et obstinatos. Sequitur Petite et dabitur vobis. Supra saluator
docuit diligere inimicos / docuit non male iudicare et docuit hic discrecionem in ministrandis
sacramentis et in proponendo verbum dei / et quia ista difficilia sunt hic docet quomodo ista ob-
tineantur et impetrentur scilicet per oracionem / primo docet petere secundo dat fiduciam impetrandi
ibi Omnis enim qui petit etc. 3° ondit impetracionis modum ibi Quicumque ergo vult
dicit ergo sic petite et hoc tripliciter potest intelligi. primo secundum Glosam petite fide querite spe
Item secundum Augustinum hec tria referuntur ad instantissimam oracionem ut sic petite bonum unde / querite bonum gratie / pulsate ad hostium
glorie et aperietur vobis ab eo qui aperit et nemo claudit Apocalipsis iii° / vel petere est incipiencium. querere proficiencium
pulsare perfectorum tamen propter hostium firmamentum / petite ergo orare humiliter et dabitur vobis Ecclesiastici 35 Oracio humiliantis se
nubes penetrat / querite corde diligenter et invenietis, paralipomenon 15 In toto corde suo quesierunt dominum
et invenerunt eum / pulsate operibus ferventer ad hostium quod Christus est Iohannis x° Ego sum hostium etc. et aperietur
vobis / Nota qui pulsat / voce clamat. manu tangit / vox est oracio. manus operacio / Oracio operacione
innuatur. Trenorum 3° levemus corda nostra cum manibus ad dominum / Oracio est sicut lucerna / que nisi oleo i
operibus unde nutriatur extinguitur / hic ergo oremus quia post mortem non erit tempus orandi Iohannis 16 In illa die
me rogabitis me quicquam / Ve igitur illis qui dicturi sunt illud Ieremie viii Transiit messis finita est estas et salvati
non sumus / tamen usque orandum est donec exauditi fuerimus / sicut esuriens non cessat ab appetitu cibi
nisi saciatus fuit / nec cessare potest quia necessitas viget eum / sic qui vere esuriunt
gratiam dei non possunt desistere

In Cris̄ dicit Cum maiora erant mandata supius posita quam vires humana sufficit revocat ad deum cui gratia nichil est
impossibile dicens petite et dabitur vobis ut quod ex hominibus consumari non potest per gratiam dei adimpleatur Cum enim alia
animalia muniunt deus velocitate pedum vel cursu aut volucribus pennis aut unguibus aut dentibus aut cornibus
hominem solum sic disposuit ut virtus illius sit ipse ut infirmitatem suam necessitate cogatur semper unum habeat dominum suum Idem dicit consulit
petentes negligentia reprehendi ubi de dantis ira non dubitatur In Augustinus dicit Ihesus Christus mittit nos petitores
nisi pre dator non urgeret nos cum hortaretur ut peteremus nisi dare vellet Erubescat humana pigricia plus vult
ille dare quam nos accipere plus vult ille misereri quam nos a miseria liberari Nam ille nos hortatur eum legimus
et hortari tedamus promittenti obsecremus ut cum dante gaudeamus

pulsate caritate Secundo sic secundum Glossam petite Christum qui est via ut in ea ambulet
querite Christum qui est veritas in promissionibus pulsate ad Christum qui est vita et
aperietur vobis scilicet premium Tertio secundum Remigium petite orando querite recte vi-
vendo pulsate perseverando Sed quare non dicit quid petendum sit Crisostomus ad
significandum illud solum petendum quod ineffabile est id est quod promovet ad illud in-
effabile quod oculus non vidit nec auris audivit etc Ysa 64 Non in hoc quod di-
citur petite notatur intentio sed instantia necnon in hoc quod dicitur querite et pulsate Item
non solum bonum sed misericors Si petenti datur et querens invenit et pulsanti aperitur ergo
cui non datur et qui non invenit et cui non aperitur apparet quod non bene pecierit
quesierit et pulsaverit Sequitur Omnis enim qui petit accipit Hic dat fiduciam impetrandi
et primo post promissum secundo confirmat hoc per exemplum ibi Aut quis est ex vobis Crisostomus Sal-
vator dicat petite et accipietis Peccatores audientes dicunt ad hoc dicitur
dignos hortatur nos ad sumus indigni Ideo ut tam iustis quam iniustis misericordiam
dei commendet Ideo dicit Omnis qui petit accipit id est sive iustus sive peccator tamen petere non
dubitet Augustinus super Johannem peccatores exaudit deus Si enim peccatores non ex-
audiret frustra publicanus dixisset deus propicius esto mihi peccatori Omnis ergo qui petit ac-
cipit psalmus 30 Et fiduciam habemus quia quidquid pecierimus impetrabimus Sed
contra secunda ad Corinthios 12 paulus peciit stimulum carnis amoveri et tamen non fuit ex-
auditus ergo non omnis qui petit accipit Item infra 20 dicitur quod filius Zebedei ne-
scit quid petat Crisostomus super Johannem 16 Si quid pecieritis patrem in nomine meo dabit vo-
bis Glossa Si petito sua fuit pie perseveranter pro se et pro salute pie hoc est ex fide
Et ideo Anthiochus non fuit exauditus quia non petivit pie hoc est ex fide secundo Ma-
chabeorum 9 Oravit scelestus ad dominum et veniam non est consecutus perseveranter quia non
interrumpat orationem per aliquod orationem contrarium hoc est bona operacio et voluntate quia non
cessat orare qui non cessat benefacere Qui autem non cessant a peccatis illi non perseverant
ter orat Tercium est quod oret pro se quia licet aliquis pie et perseveranter oret pro alio
tamen effectus orationis posset impediri propter maliciam illius pro quo orat Samuel
non fuit exauditus orans pro Saule primo Regum 16 Quarto quod oret pro istis quod est con-
ferens ad salutem paulus autem peciit non conferens ad salutem nec mater filiorum Zebe-
dei ergo non sunt exauditi Istis 4or concurrentibus scilicet qui pie perseveranter pro se et
ad salutem petit aliquis impetrat quod petit Johannes 15 Si manseritis in me
et verba mea in vobis manserint scilicet per operacionem
scilicet per fidem spem et caritatem et hoc est pie et verba mea in vobis manserint scilicet per operacionem
et hoc est perseveranter quidquid pecieritis patrem in nomine meo et hoc est ad salutem Non
eius est illius fiet vobis et hoc est pro se Sequitur Et qui querit invenit Sap primo In
simplicitate cordis querite illud quoniam invenitur ab hiis qui non temptant illud Canticum sponsa
Cantica 2o dicit quesivi et non inveni illud Videns sponsa consuluit quod ubi non debuit
scilicet in lectulo vicis et plateis id est in hiis temporalibus delectando quod tamen perfuisset
ista temporalia respuendo delinquendo invenit illud Et pulsanti aperietur scilicet regnum
per fruitionem et per hoc patet quare dicit aperietur de futuro et non sicut in aliis de
presenti quia aperto est plena manifestatio que reservatur in futuro Nolite iudicare Hic de
iudicio et quia sunt duo genera iudiciorum quedam enim iudicia non habent fictionem sed
leve deliberationem ut suspiciones quedam fictionem habent ut sunt De iudicio ficto
dictum est Nolite ergo contra suspicio sit peccatum et arguitur quod non prima ad Corinthios 10
dicitur Temptatio vos non apprehendat nisi humana ubi Glossa Si suspicamur
dicitur temptatio salte non indicemus Ex hac glossa patet quod suspicio est
quod est humana temptatio sed humana temptatio non est peccatum quia ad gradum de plus regitur etc
Canticum super illud psalmi ab amputa obprobrium meum quod suspicatus sum Glossa

ab appetendo scientes quod sine eo vivere non possunt Sed quidam inflati sunt et ideo quasi saciati videntur
unde non petunt sicut divites fuerunt superbie et vento inanis glorie et ideo deus tamquam discretus
dispensator nichil dat eis huic psalmus Esurientes implevit bonis etc Apocalypsis 3 Dicis quia dives
sum et nullius egeo locupletatus et nullius egeo et nescis quia tu es miser et miserabilis

2 Regum 12 cum rogavi vali- cunque populo hoc non obsistens ... non exaudiam ... quod primo perfecit Moyses et Samuel ... ad me ... mea adiutor

... anima cum ... ianua porte non clauditur

ф dicit

Maximum vicium humanitatis est suspicio ergo est peccatum. Non dicit hic quod dicat Gilbertus suspicio est
opinio in alterutrum titubans magis tamen in alterum vergens. Duo dicuntur in hac descriptione
unum est titubare in alterutrum aliud est magis vergere in alterum. Ubi est in alteram partem
declinatio et non titubatio sentencia est et fixum iudicium et non suspicio. E contra ubi est
titubatio tamen et non declinatio magis in unam partem quam in alteram ibi est pura du-
bitatio et non suspicio. Ideo suspicio est medium inter dubitationem et sententiam habens enim aliquid de
utroque de sententia vel iudicio scilicet quod declinat magis in alteram partem de dubitatione
autem quod non plene declinat sed titubat. Unde ergo quod suspicio est pena et culpa quan-
tum enim ad titubationem que provenit ex ignorantia pena est quantum ad declinationem que
in parte que provenit ex concupiscibili lesa et amore infecto per coniecturam ex hac parte
culpa est. Sed contra nulla sententia est vicium ergo a simili nulla opinio est vicium suspicio est opinio
ergo etc. Unde duplex est opinio est enim sententia simplex et sententia affectiva. Unde verum est quod
nulla sententia simplex est vicium sed sententia affectiva quandoque est vicium ut prudentia carnis vicium
est sic et opinio affectiva. Supposito ergo quod suspicio sit vicium utrum sit culpa venia-
lis vel mortalis videtur quod sit mortalis per predictam glosam precipue amputata ab eo vicium meum
est suspicatus sum que dicit quod suspicio sit maximum humanitatis vicium. Contra quod omnis sus-
picio in tota suspicionis est venialis quia in suspicione est levis declinatio. Sed quod
obicitur per glosam maximum humanitatis est vicium etc. dicendum quod maximum dicitur quia in maxi-
mis est possemus enim suspicari de petro ubi si prius esset sed hoc nichil est quia
similiter possemus ei invidere ergo pari ratione invidia deberet dici maximum vicium propter hoc
dicebat ab aliis maximum quia plures hoc vicio peccassent. Illud etiam nichil videtur quia
primi motus sunt in omnibus sine aliquo prima primos sunt ergo primos suspicio
aut non est in omnibus quia forte in perfectos non cadit. Unde una die potest homo esse sine suspi-
tione sed non sine primis motibus. Potest ergo dici sine preiudicio quod maximum dicitur
humanitatis iudicium vicium quia maximum est contra humanitatem. Humanitatis enim sine
humanum est bonum de alio opinari. Unde et si invidia sit contra humanitatem tamen su-
spicio est contra humanitatem frequencius et est quantum ad plures plures etiam suspicantur
quam inuideant. Sed quomodo dicitur amplius contradicit suspicio in hoc quod dicit Temptatio vos
non apprehendat nisi humana. Dicendum quod contradicit in quantum sunt in universali quia sit non pre-
vitari sicut primi motus non potest vitari in universali. Prohibetur tamen in particulari quia sic potest
vitari et ideo non sequitur quod non sit peccatum. Aut quis ex vobis etc. Continua-
tio est secundum Augustinum in libro de sermone domini in monte sic dicit salvator superius egit de
volatilibus celi et liliis agri ut spes a minoribus ad maiorem consurgeret. Ita
hic agit de patre carnali ut spes ad patrem celestem consurgat et in hoc prestat fiducia
impetrandi posuit ergo superius promissum hic confirmat per exemplum et primo ponit exemplum secundo
ex ipso arguit ibi Si ergo vos. Exemplum ponit in filio petente a patre aut panem aut pisce
cui et addit tertium scilicet ut ovum. Ex quo patet carnalis non dat filio suo nisi decens et con-
gruum multo fortius pater celestis et potest quod totum potest legi litteraliter. Alio exponitur in glosa
per panem intelligitur caritas quia sicut panis corporalis confortat. Iuxta illud psalmi
Et panis cor hominis confirmet sic caritas hominem spiritualiter confortat. Et ideo in figura iii Regum
xix Helias in fortitudine panis perrexit usque ad montem dei oreb. Item sicut sine pane
omnis mensa deficit sic sine caritate omnis virtus nichil est prima ad Corinthios xiii Si linguis
hominum loquar et angelorum caritatem autem non habeam nichil sum. Per piscem intelligitur
fides quia sicut piscis latitat in aquis sic fides est de invisibilibus. Item sicut piscis
non frangitur fluctibus sic nec fides frangitur tribulacionum ictibus. Per ovum intelligitur
spes quia sicut in ovo non est fetus sed speratur sic spes non est de habitis sed habendis.
In pane ergo gratia dilectionis in pisce gratia cognitionis in ovo gratia expectationis
intelligitur. Hiis tribus tria opposita occurrunt que patrem filiis non largi-
untur scilicet lapis serpens et scorpio. In lapide duricia cordis contra caritatem Job xli

Omnis enim qui petit accipit etc. / hac enim tanta inculcatione verborum manifeste deus ostendit quod sollici- 331
tos molestos et importunos insolentes et improbos ad impetrandum nos esse velit unde et
quidam ait labor improbus omnia vincit Illud enim quod ad salutem petitur non semper statim datur sed
differtur ut congruo tempore detur et ut ex dilatione tanto maius habeatur quia diu desiderata dulcius obtinentur
tanto amplius data valescunt / Expedit enim ut ab otiosa locutione abstineat qui in oratione exaudiri
desiderat Certe secundum Gregorium os nostrum a bonis petenti domino tanto minus exauditur in prece
quanto magis inquinatur stulta locutione Conetur enim orans ut scriptum intelligat si vult quod deus
eum exaudiat Nam sine dubio illam orationem deus non audit ad quam ipse qui orat non intendit /
vult deus fideliter peti a se quod disposuit petentibus erogare Sicut Bernardus vult autem a se requi-
ri deus gratiam quod pollicetur / et ideo forte multa que dare disposuit prius pollicetur ut ex pro-
missione devotio excitetur / sicque quod datur gratis daturus erat de devota oratione promereatur / Vero
dicit autem deus quod accipit petens vel querens aut pulsans quia quisque exauditur ad votum
ut ei datur id quod petitur / quisque admonitus ut ei aliquid equalis vel melius datur / Aliquis enim sic non
recipit quod petit / et tamen magis exauditur quam si illud reciperet / Sicut Augustinus nolite pro magno
habere ad voluntatem exaudiri a deo / Aliquando deus quasi iratus dat quod petis / et propicius negat quod petis
Quid prosit et quid non medicus novit / quia deus et voluntati tue non dat saluti dat / Quid enim
si tu petieris quod tibi obest / et medicus novit quod tibi obest / fratres discite rogare deum / ut medico
committatis / quod ipse novit faciat / tu morbum confitearis ille medicamentum adhibeat / Non te
exaudit ad voluntatem sed exaudit ad salutem / Non fit quod vis sed fit quod tibi expedit Hec
Augustinus Sicut et Bernardus / Nemo vestrum parvipendat orationem suam / quia ipse ad quem oramus non parvipendit
eam sed aut dabit quod petimus aut quod novit utilius / frequenter dominus discipulos suos ad oratio-
nem monuit / et sepe opere comprobavit / et exempla plura ad hoc eis proposuit / ut nobis virtutem
orationis commendaret / Est quippe virtus eius inestimabilis et efficax ad omnia bona et proficua
impetranda / ac mala et nociva repellenda / Si ergo vis patienter adversa tollerare ora /
si vis temptationes et tribulationes superare ora / si pravos affectus vis conculcare ora / Si
vis astucias sathane cognoscere et fallacias eius cavere ora / si vis in spirituali via
te exercere / et carnis tue in desideriis non agere ora / si vis vanas cogitationes mentis
effugare ora / si vis animam tuam sanctis et bonis cogitationibus et desideriis fecundare novisque et
devotionibus impinguare ora / si vis cor tuum virili spiritu et constanti proposito in dei
beneplacito stabilire ora / si vis vicia extirpare et virtutibus imbui ora / si vis ad
contemplationem ascendere et sponsi amplexibus frui ora / Si vis celestium dulcedinem et alia
dei magnalia degustare ora / Et breviter in omnibus necessitatibus oratio valet que spiritus
malignos a nobis fugat et bonos ad nos vocat / Sicut Beda sicut fur audito clamore
fugit / et vicini excitantur et veniunt ad succurrendum ita clamor orationis dyabolum fugat

et angelorum et sanctorum omnium ad succurrendum excitat Unde et Hugo Inter Babilonem et ierlem
est nuncius fidelissimus regi notus et curie scilicet oracio que in secreto noctis silencio per
ignotas semitas archana celi penetrare et cubiculum regis adire et oportuna impor-
tunitate regis animum ad auxilium mittendum inflectere novit Hec hugo Videns quante magne
virtutis et potencie sit oracio Ad quorum omnium probacionem obmissis septuaginta probacionibus hec tibi
sit pro effectu probacione Quod audivimus et vidimus cotidie per experienciam illiteratos
et simplices personas predicta et plura alia etiam maiora per oracionem impetrare
Magnum quid maius est signum gracie dei vacare frequenter oracioni Unde augustinus Cum videris
non a te amotam deprecacionem tuam securus esto quod non a te amota est misericordia eius
Et ut breviter utilitatem oracionis dicam nullum est medium ad salutem perveniendam Unde
Augustinus Nullum credimus ad salutem nisi deo invitante venire nullum invitatum nisi
orantem dei auxilium pervenisse Vaca igitur oracioni nichilominus aliud necessarius tibi
tuis exceptis te delectet nisi oracio quod nichil te tibi delectat dum quantum morari cum deo
quod fit per oracionem Unde Crisostomus Considera quanta est concessa tibi felicitas quanta
gloria attributa oracionibus fabulari cum deo cum christo miscere colloquia optare
quod velis quod desideras postulare

augu Non denegabit se petentibus qui sponte obtulit se non petentibus Et propter hoc dicitur quod
ipso filio suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum et debuit ad ostendendum quomodo nobis
non cuncta que petimus si tamen ea que precipit facimus Et iterum qui vult audiri a deo prius au-
diat deum Qua fronte postulas quod promisit deus si non facis quod iussit deus prius audi
monitorem et sic exige promissorem Qui a preceptis dei avertitur quod in oratione postulat non
meretur hec augu. Deinde ostendit per quod oratio apte orantis exaudibilis sit et
ad munus exauditionis gaudendo subiungit dicit ergo quecumque vultis scilicet rationabiliter
et dictante caritate ut faciant vobis homines scilicet utiliter et ordinate eadem et vos scilicet facite
eis loco et tempore Qua enim fronte petis deum tuum qui non agnoscis proximum tuum quasi dicat
Si vultis petita accipere quesita invenire pulsatis intrare ergo vos facite aliis que
vobis fieri vultis ab illis sed nec ab aliis expetetis quod illis non facitis Unde Cris
ac si diceret Si ergo cupitis audiri propter illa que dixi eciam ista perficite Vidistis certe quod
in oratione eciam opus sit et disciplina virtutum que vis tibi fieri a conservo ea tu erga
proximum insit ostende Quando vincit hoc precepto levius invenitur aut iniquus hec Cris
Et quod fecit hec eciam iusti ideo multum valet oratio iusti assidua Iustus quippe fortis
turris et murus in adversis et sic et alios defendit ab eis Unde figura in Numeris
cum aaron stans inter mortuos et vivos deprecatus est et plaga cessavit et sic
ab incendio eos liberavit Unde et super illo verbo Gen Non delebo propter decem
dicit Ambro hinc discimus quantum munus sit patrie vir iustus Nos fideles nos
fugiat iusticia ab odio divino nos defendit Unde et Greg dicit Melius pugnat
vir iustus orando quam innumeri preliatores pugnando oratio enim viri iusti celos
penetrat quomodo ergo in terris hostes non vincat Et nota quod iudicium duplex sit Omnis qui
mandatum non implet qui aliquid talium obmittit precipue quando illud facere potest nisi
magis bonum illud excuset Quando ergo dicitur de illis qui non tantum obmittendo
sed alios multipliciter affligendo quod sibi nollent fieri aliis facientes huius mandati
transgressores efficiuntur dici potest scilicet quod perfecti tenentur ad utrumque scilicet nichil talium obmittere
et nichil molestum quod sibi nollent aliis inferre Imperfecti autem tenentur ad ultimum
sed non ad primum nisi in casu necessitatis quod primum in tali casu est precepti sed in aliis est
supererogationis Circa hoc duplex sit preceptum legis naturalis unum negativum de quo
in Thobia dicitur quod ab alio tibi oderis fieri vide ne tu aliquando alii facias
aliud affirmativum de quo hic habetur Inter quod affirmativum negativum aliud interest
Unde Cris Cum enim due sunt vie que ducunt ad virtutem scilicet abstinencia mali
et operacio boni hanc ponit per istam et illam significat hec Cris Et istud
affirmativum ad maiorem perfectionem obligat quam negativum et ideo rationabile fuit
ut affirmativum ponatur in nova lege que maioris est perfectionis Ubi malum
facere interdicitur hic eciam malis bene facere iubemur Quia enim caritas pati-
ens et benigna est non tantum iniurias proximi fortiter sustinet sed eius quoque
gratiam benigne prevenit ut beneficiis ad amorem trahat Attende quante
sit perfectionis hoc mandatum unde est effectus non amantis Unde non ait prout faciunt
facite sed prout vultis faciant facite illis Qui hanc regulam observaret
nullum offenderet sicut a nullo vellet offendi et aliis bona impenderet

sic ab aliis vellet sibi impendi Quoniam cuius tangit ut ea alii faciat que ipse sibi
fieri ab alio expectat / pensat nimirum ut malis bona et bonis meliora respondeat /
Et declarans istius precepti premium / consequens adiungit hec est enim lex et prophete i.
implecio legis, naturalis scripta est in corde hominis et insita nobis per quod inquirit
quod sit utilius et virtuti conveniens / ac impletio legis mosayce et prophetice predicationis
quia inquantum deum videtur qui diliget proximum tuum tanquam teipsum quantum tamen ex dei dilectione
est faciendum quod deus in hoc uno complentur / et ad hoc tendunt et propter hoc sunt / et hoc docet
lex et prophete et omnis sacra scriptura quia cuncta precepta ordinaria hominum ad proximum
non sunt nisi quedam conclusiones ex isto principio derivate Unde apostolus Qui
diligit proximum legem implevit Ubi ait Crisostomus Brevi sermone ea que saluti
ac fidei nostre erant necessaria dominus comprehendit ut ea que nobis ab aliis fieri
volumus ipsi erga alios similiter faciamus Sic in quo mandato universa precepta legis
et prophetarum consistere dominus aperte monstravit dicendo hec est enim lex et prophete. Nam
continentur lex et prophete sparsim in omnibus preceptis scripturis sic in hoc compendioso continentur
mandato quasi innumerabiles arborum rami in una radice / Qui ergo ab
aliis nobis non nisi bona et utilia fieri volumus ipsi erga eos vice nostre amo-
ris rependere debemus ut precepta legis ac prophetarum implentes / fidei
retributionem a domino consequamur hec Crisostomus Magna ergo domini suavitas est
et onus eius leve ut nostra in tam brevi regula eius lex et precepta quo ad proximum
compleantur. Nam alio loco de duobus preceptis scilicet de dilectione dei et proximi
loquens non tamen ait lex pendet in hiis et prophete sed addit tota lex et omnes
prophete Quod tamen hic non addidit tota lex et omnes prophete / significavit karitatem alii
precepto quod ad dilectionem dei pertinet Quidam tamen voluerunt quod comprehendatur etiam
dilectio dei sine qua non impletur caritas ipsius et proximi / quia nec proximus sincere
nec deus sine proximo diligitur Considera nunc premissa dei precepta et vide
quam rarus sit qui observat ea / Precepti quidem affirmative quod in Luca legitur po-
siti scilicet omnia quecumque vultis ut faciant vobis homines et vos facite eis / Nescio
si observator aliquis possit hodie reperiri Precepti vero negative in
Thobia positi scilicet quod ab alio tibi oderis fieri vide ne faciat alii / et si sint
operarii sunt tamen valde pauci Omnia ut dicit Crisostomus Nos contrario
omnia facimus hominibus omnia que ipsi pati nolumus / Hec quippe non solum
in secularibus sed et in quibusdam pretensis religiosis / qui sepe in personis et rebus
sive utiles aliis substrahendo sive de inutilibus se expediendo fratribus suis
iniuriam faciunt Quorum in hiis et ceteris modis variis / cum tamen predicant dominum manda-
hec eo aliis faciunt quod ipsi pati nollent / nec mirum
quod nollent / si in futuro patientur

Cor eius indurabitur quasi lapis In serpente venenum perfidie seu errorum contrarium fidei 2a
ad Cor. xi timeo ne sicut serpens Evam seduxit astucia sua ita sensus vestri et cor- unde un
rumpantur a simplicitate que est in Christo Ihesu In scorpione perversitas desperacionis
contraria fidei quia sicut scorpio cauda percutit sic desperatus finem nocet Hiis tribus pla-
na est littera Quis ex vobis homo racionalis querit si petierit filius etc. Iste homo mo-
ralis est Christus qui est iste nobilis homo qui abiit in regionem longinquam accipere sibi re-
gnum Luce 19 Ipse enim est pater noster Io. 13 filioli mei modicum vobiscum sum filii
est eius renascimus per fidem Io. primo dedit eis potestatem filios dei fieri hiis qui credunt in
eum Si petierit filius suus panem id est caritatem Nunquid lapidem porriget illi id est du-
riciam cordis quasi dicat non Eze. xi Auferam cor lapideum de carne eorum et dabo
eis cor carneum Aut si piscem petierit id est fidem invisibilium numquid serpentem porriget id est
venenum perfidie quasi dicat non In figura istorum dicitur Io. ultimo accepit Ihesus panem et dedit
discipulis suis et piscem Si ergo vos hic arguit a minori et procedit sic argumentum
vera liberalitas dei in infinitum excedit liberalitatem humanam Si ergo vos homines datis
bona filiis ergo multo magis pater celestis Et ad maiorem confirmacionem addit Si vos
cum sitis mali quanto magis pater celestis qui optimus est et nostis dare multo magis
pater sapientissimus dabit et nostis dare bona secundum glosam id est spiritum sanctum vel bona scilicet eterna
que non dantur nisi filiis Et ideo dicitur Luce xi dabit spiritum bonum petentibus se
ideo pro concludi petite et accipietis Iacobi primo dat omnibus affluenter et non improperat
Et propter sanctitatem ipsius et habundanciam et cito dandum dicitur Eccy 7 mensuram
eius cornatilem autem plene iacient id est cornatilem quasi facile [illegible] autem
quia sapienter plene iacientes quia affluenter Sed obicitur hic quia dicitur Si ergo
vos cum sitis mali Gen. primo dicitur vidit deus cuncta que fecerat et erant valde
bona Respondeo homines dicuntur mali non propter naturam conditam sed propter natum originale
Omnes enim nascimur filii ire Eph. 2 quarto Vel non dicitur hic detrahendo humane nature
sed respectu dei quia in comparacione divine bonitatis non dicuntur homines mali Job 25 Ecce
luna non splendet et stelle non sunt munde in conspectu eius quanto magis homo pu-
tredo et vermis Et Ysa. 64 Omnes iusticie nostre tamquam pannus menstruate Un-
de Crisostomus hic dicit non vituperantis naturam humanam nec malum eius malum esse pro-
nunciat sed ad exprimendum inter deum et homines per grandem distancionis discrimen vel ideo
ad comparacionem benignitatis sue amorem primum malignitatem vocavit Vel homines dicuntur
mali racione originalis corrupcionis quia proni sunt ad malum Gen. 8 proni sunt sensus
hominis ad malum ab adolescencia sua Et ad Ro. 7 Ego carnalis sum venundatus
sub peccato Vel homines dicuntur mali secundum glosam id est amatores seculi Sed hic queritur dua
esse quedam dubitaciones prima utrum prelati christianorum sacramenta ecclesie debeant infidelibus
ministrare 2 utrum doctores christianorum infidelibus debeant sacram scripturam predicare
3 utrum infidelibus querentibus de hiis que sunt fidei sit respondendum et satisfaci-
endum 4 utrum omnis qui petit a deo aliquid exaudiatur ab eo 5 utrum in oratione
petitione illa tria sunt observanda scilicet petere querere et pulsare Ad primam est dicendum
quod infidelium duo sunt genera alii enim fide et conversacione corporali sunt a nobis separati
sicut Sarraceni et alii infideles nobiscum non conmorantes nec sub dominio existentes
christianorum Alii vero sunt qui licet a nobis fide separati sunt conversacione tamen mixti sunt no-
biscum et sub dominio christianorum sunt Iudei et heretici Utrisque tamen sacramenta ecclesie
denegnanda sunt nisi prius fidem recipiant et ad unitatem ecclesie se convertant Unde de
infidelibus dicit Augustinus de fide ad Petrum et habetur de conse. di. 4 c. firmissime tene
nullatenus dubites extra ecclesiam baptisatos nisi ad ecclesiam redierint baptismum cu-
mulaturum ad perniciem quia utilia sunt sacramenta que preter ecclesiam habentur in unitate De Iu- ncuuu
deis vero scribitur collecta Concilii 4 7 dist. precepit sancta synodus deinceps ad
credendum de Iudeis neminem inferre quia non inviti salvandi sunt sed volentes ut

intus sor iusticie fuerit unde nec eorum puerum invitis parentibus baptizandi sunt qui adhuc
sunt sub potestate parentum carentes usu et libero arbitrio quia faciliter dimissa fide postmodum
ad ritum parentum redirent. quia eis fauere non permittitur quia ut dicit eadem distinctio
Iudei non sunt ad fidem cogendi ita nec quisquis ab ea recedere permittitur Sicut
est dicendum quod questio est dubia propter dicta xpi qui salvator noster mittens discipulos suos
ad predicandum sacram scripturam que per margaritam intelligitur secundum augustinum ait Ecce ego mit-
to vos sicut agnos inter lupos Non ait est magis inconveniens margaritas inter canes et
porcos mittere quam inter lupos et eos qui occidunt corpus quia animam non possunt occidere
In hoc ait loco precepit ne sanctum detur canibus nec margarite inter porcos mittantur per
canes secundum augustinum impugnatores fidei intelliguntur et per porcos sacre fidei contemptores
Sile ait verbum salvator dixit mulieri cananee Non est bonum sumere panem filiorum
et mittere canibus ad manducandum Dicendum est autem quod aliqui sunt canes rabidi qui et panem
conculcant et portantem panem mordent et dilacerant et talibus infidelibus qui canes
sunt sacra scriptura predicanda non est quia sine fructu aliquo eis predicaretur sicut sunt Sar-
raceni inter quos dicitur esse statutum ut quicumque qui eorum errores predicat capitali
sententia puniatur. quia et tales canes iam facti fuerant iudei amplius contra eos sa-
cra scriptura predicanda non est unde dixit eis paulus Actuum xviiio vobis oportebat
primum predicari verbum dei quod repulistis illud et indignos vos iudicastis ecce nunc ve-
te eamus convertimur ad gentes Talibus ergo canibus precepit salvator sanctum non dare nec
margaritas ante eos ponere Sed alii sunt canes non rabidi qui comedunt nec panem
conculcant nec portantem occidunt sicut fuerunt infideles in ecclesia primitiva quibus licet
in principio predicatio displiceret et carena videretur et multi ex eis insurgerent contra apostolos
predicantes et occiderunt eos tamen credebant et salvabantur et inter tales canes et
lupos salvator apostolos misit et si adhuc essent tales canes inter quos doctores
fidei crederent proficere saluti eorum debent predicare non obstante quod aliquibus eorum
displiceret in quibus deberent occidi sicut apostoli occisi sunt Ad tertiam est dicendum quod
augustinus monet istam questionem seu dubitationem dicens quod si ullus interrogatus fuerit ab
infidelibus de hiis que sunt fidei quod si forte nesciret respondere tradat se hac sententia
quibus desperatio supponitur. suppositum quoniam solum non posse crediderunt suspicarentur que
sunt fidei impossibilia continere 2o propter exemplum nostri salvatoris qui ad suos temptatores i-
fideles respondebat et quamvis eos sciret suo verbo non salvari sed magis eos
verbis suis contabescere propter alios tamen qui poterant capere et ex illorum infidelium occasi-
one multa utilia audiebant respondebat eis quos propter eorum incredulitatem negligi non
optabat Modum autem respondendi ad infideles augustinus ponit triplicem quia quandoque inter-
rogans est reprehendendus quandoque vero instruendus. reinterrogandus. Item quandoque ta-
frivola et inutilia ex mera curiositate non est eis tunc respondendum ad talia sed hoc
ipsum est eis aperiendum Ideo eis non est respondendum sed magis eorum dicta reprehendenda
Quandoque vero interrogans est instruendus Sicut Saducei negantes resurrectionem que-
rentes a xpo de uxore habente septem fratres in viros cuius uxor in resurrectione debet esse
Instructi vera fide quia audierunt quod in resurrectione neque nubent neque nubentur sed e-
runt omnes sicut angeli dei Sed quandoque interrogans est interrogandus ut ipse
᛭ suam responsionem sibi solueret quod querit sicut cum iudei quesierunt an tributum
esset dandum Cesari Interrogati sunt cuius ymaginem denarius habet qui
responderunt Cesaris Eorum responsione soluebat quod querebat quia Cesari dandum
erat quod suum indicabat Et cum principes sacerdotes et alii pontifices que-
rebant in qua potestate xpus sic faceret Interrogati sunt ipsi de baptismo Iohannis
unde esset quod si ipsum dicere noluissent quod sciebant satis iniustum videbatur audientibus

q(uod) xpus eis no(n) respondet quod querebant. Ad quartu(m) est dicendu(m) q(uod) indubi-
tant(er) est tenendu(m) iustos et pctores bonos et malos a deo exaudiri si in pete(n)-
do non dubitet q(ui)a Jac(obus) dicit postulet aut(em) in fide nichil dubitans. Hoc aut(em) alit(er)
pbat Cris(ostomus) et alit(er) Aug(ustinus) ra(tione). Cris(ostomus) dicit sup(er) hunc locu(m) q(uod) xpus pmiserat
petite et accipietis querite et inuenietis ne forte pctores audientes dicant ad bo(nos)
deus bonos et dignos hortat(ur) nos aut(em) indig(ni) sum(us) ideo statim addit Omnis q(ui) enim
q(ui) petit accipit Om(n)is inq(ua)m siue iustus siue pctor siue bonus siue malus tamen pete(n)d(o)
non dubitet. Unde constat neminem fr(ustra)ri a deo nisi qui pete(ndo) dubitat. Et racio(nem) istius
assignat pulcra q(ui)a xpus nichil nobis mandauit sicut quod ipse p(ri)mo non
fecit cepit enim facere et docere. Sed xpus nobis sup(er) mandauit opus benignitatis
inimicis esse exhibendu(m) d(icens) diligite inimicos v(est)ros et benefacite his qui
oderunt vos. Ergo ipse tale opus pctoribus et inimicis suis exhibet. Aug(ustinus) vero hoc pbat
dicente istius publicani q(ui)a dicit si pctores deus non exaudiret quo publicanus
dixisset deus ppicius esto m(ihi) pctori et tali confessione meruit iustificacionem. Cet(er)um
tamen Aug(ustinus) no(n) dat q(uo)d ho(mo) petit ut salubrius quid tribuat q(ui)a quid expedit
infirmo magis nouit medicus quam egrotus. Cuique vero non dat quod petit ex eo
q(uia) tardius dat no(n) negat sua dona sed co(m)mendat q(ui)a cito data vilescunt. Diu vero de-
siderata auidius obtinent(ur) et dulcius possidentur. Q(uo)d aut(em) dic(itur) ille cecus natus peccatores deus
pctores non audit uel dixit q(ui)a in fide adhuc instructus non erat uel q(ui)a pctores ex se non
sunt sed ex dei dono et gra(tia). Ad quintu(m) est dicendum q(uod) Aug(ustinus) hanc questionem soluit in libro
de s(er)mone d(omi)ni dicit: Ista tria que saluator ponit esse licita omnia i(n) orac(ion)e petic(ionem) inquisic(ionem) et pul-
sac(ion)em ut petic(i)o sit necessaria propter sanitatem inquisicio propter veritatem et pulsacio propter diuinitatem. Et
hoc manifestat per tale exemplum. Si enim aliquis infirmus pedibus non posset ambulare primus erat in
pedibus sanandus et firmandus ad ambulandum et ad hoc p(er)t(inet) q(uo)d saluator ait petite. Sed q(ui)d
prodesset si iam ambulare et ire posset si per diuia itinera erraret. Est ergo necessariu(m) ut hoc
inquirat viam que ducat eum directe ad eum locum quo p(er)uenire desiderat. Sed cu(m) hoc ad locum de-
sideratum venisset quid erat sibi proficuum si clausum inueniret. Neque enim fuit ambulare
potuisse neque rectam viam inuenisse sibi proficit nisi sibi aperiret(ur). Ad s(ecundu)m dicit saluator
querite. Ad terciu(m) vero pulsate. Racione perseuerancie opus dicit Aug(ustinus) ut accipiamus quod
petimus ut inueniamus quod querimus ut deo pulsantibus aperiat nobis. Petamus ergo sani-
tatem ut possimus ad iter eternum ambulare queramus veritatem ut possimus in via non errare et
pulsemus diuine clemencie bonitatem ut possemus hostium aperire et ipsum intrare. Seq(uitur)

Omnia ergo quecumque vultis ut faciant vobis homines et vos facite
illis. Hec est enim lex et prophete. Intrate per angustam portam quia la-
ta porta et spaciosa via est que ducit vos ad perdicionem et multi sunt
qui intrant per eam. Quam angusta porta et arta via que ducit ad
vitam et pauci sunt qui inueniunt eam. Sup(er)ius dato mandato oracionis
hic saluator addit meritum exaudicionis quod consistit in duobus. P(ri)mum p(er)t(inet) ad dilectionem dei ad dilectionem proximi 2m
ibi Intrate per angustam portam. Vel p(ri)mo in agendo 2m in paciendo. Dicit ergo Omnia quecumque
vultis etc. q(uasi) d(icat) Si vultis petita accipere quesita inuenire pulsantes intrare. Omnia ergo
quecumque vultis ut faciant vobis homines et vos eadem facite illis. Unde summa conclusio est
ei qui vult m(isericordi)am inuenire aliis se misericordem exhibere. Nota hoc est preceptum legis naturalis
unum negatiuum de quo Thob. 4. Quod ab alio tibi oderis fieri vide ne aliquando alteri
facias. Aliud affirmatiuum de quo hic et in affirmatiuo intelligitur negatiuum. Hec est enim lex
et prophete. Et est simile. Qui diligit proximum legem impleuit Ad Ro. 13 q(ui)a qui diligit
proximum diligit deum q(ui)a diligit proximum propter deum in quantum est ymago eius. Sed obicitur q(uod)
B. Aug. in l(ibr)o de s(er)mone d(omi)ni in monte de illo qui alicui flagitiose erga se vult fieri Nup

Ne aliquis dicat quod importabilia sint precepta et dura / arta via est ista / valde difficilis observacionis sunt ista mandata / Sub dat mo[...] / et post [...] montem [...] ibi quod lata et spaciosa via / dicit ergo intrate per angustam portam etc.

ergo debet illi fieri quod ipse sibi fieri cupit Et ideo hic [...] de illis que bonum est fa-
re Unde Aug. voluntas natura non est nisi in bonis Nam in malis flagiciosissimis facta
cupiditas proprie dicitur non voluntas Unde ita nullius est / Omnia quecumque vultis ut ad
bonum vestrum faciant homines etc. et vos facite illis hoc est enim lex et prophete i. lex et prophete
continentur in hijs Sequitur Intrate per angustam portam quod quamvis difficile sit et angustum
ut faciat alijs quod sibi vult fieri in ulteriori [...] / et porta et initium celi Ideo dicit Intra-
te per angustam portam Intrate ad vitam per angustam portam i. per opera iusticie que sunt ieiunare
orare diligere inimicos propria non ambire adversa non timere omnia propter Christum relinquere etc.
que sunt virtutibus sensualibus dura / Vel talia opera iusticie que sunt angusta porta tamen ado-
perandum difficilia / 2 Ethicorum quod dicitur [...] difficile est attingere medium sed facile est devi-
are a medio sicut sagittantibus difficile est percutere signum sed facile est deviare a signo
Et sic est de bono virtutis quod bonum contingit uno modo malum autem diversimode / Ad hoc
enim quod aliquis sit virtuosus oportet quod sit bonus de omnibus circumstancijs quod difficile est
contingere / Sed aliquis est vel efficitur malus ex singulis defectibus quod est facile contingere Arta
ergo est porta per quam intratur ad vitam per opera iusticie et hec est porta domini iusti
intrabunt per eam ut dicitur in psalmo Et lata est porta per quam intratur ad perditionem per
opera malicie Vel arta porta est Christus Johannis Ego sum hostium Unde Crisostomus porta per di-
tionis est diabolus porta iusticie salutis sive vite est Christus lata porta diabolus non
magnitudine potestatis sed superbia effrenata dilatatus angusta porta Christus non paruitate
potestatis sed racione humilitatis Item latus diabolus quia apud ipsum omnia sunt sine freno et sine
lege / Christus angustus quia apud ipsum omnia sub legibus racione consistunt Sequitur quod lata est
porta dicitur [...] racione motionis [...] movens et trahens [...] movens et ama[...]
ibi Cum angusta / Dicit ergo intrate per angustam portam non per latam / quia lata
est porta que dicitur propter culpam mortis Job 38 Nunquid aperte sunt tibi porte mortis
et hostia tenebrosa Et spaciosa via scilicet voluptatis delectacionis ad peccatum ducens
Crisostomus omnia que sunt uxor filij amici honores et quicquid in hoc seculo est quod inordi-
nate delectat est via perdicionis Unde addit que ducit ad perditionem scilicet in infernum ubi
est perdicio vite glorie et gracie / Nam quod membrum dicitur perditum quod [...] non potest uti ad
actum debitum Job [...] via peccatorum explantata est lapidibus et finis illorum
inferni tenebre et pene Et multi sunt qui intrant per eam Ecclesiastes [...] Stultorum
infinitus est numerus / Cum angusta est porta in ingressu / et arta via in progressu que
ducit ad vitam in egressu Et pauci sunt qui inveniunt eam Infra 20 multi enim
sunt vocati pauci vero electi pauci enim sunt qui querunt / pauciores qui inveniunt
paucissimi qui perveniunt / et hoc est quia magis respiciunt viam quam terminum Crisostomus
Crisostomus Ne aspicias quam aspera est via / sed quo ducit / Nec aliam viam quia lata est
sed ubi desinit / et quia pauci sunt qui inveniunt eam / De paucitate quippe conqueritur dicens
Micheas 7 Ve michi quia factus sum sicut qui colligit in autumpno racemos vindemie
Et Ysa. 33 Quomodo si pauce olive que remanserint excuciantur de oliva / et
racemi cum fuerit finita vindemia Hec quidem quia dicitur hic / Cum angusta
porta et arta via que ducit ad vitam Contra in psalmo dicitur in persona iusti Statuisti
in loco spacioso pedes meos Item Dilatasti gressus meos subtus me Et infra xi
Jugum meum suave est / et onus meum leve Proverbia Introitus iusticie scilicet prime vel
obediencie angustus est in principio latus in medio / sed amplissimus in fine Prov. 4
ducam te per semitas equitatis quas cum ingressus fueris non artabuntur gressus
tui Et in eodem Justorum semita quasi lux splendens procedit et crescit usque ad per-
fectum diem quod dicitur Jugum meum suave est et onus meum leve Dicendum Crisostomus
dicit in comparacione ad meritum licet sit grave sensualitati in respectu glorie fit leve

Unde bernardus dicit unam viam artam et angustam, aliam vero latam et spaciosam. Viam ieiunare vigilare
de carnis desideriis et a voluptatibus abstinere propriam voluntatem non facere cui non videtur angustam
et artam. At vero deliciose manducare et bibere ceterisque carnis desideriis et voluptatibus obedire, ac vo-
luntati sue in nullo contradicere cui non videtur latam et spaciosam. Sed heu per latam viam qui omnes
incedimus quia de angusta pauca curamus. Hec Bernardus. Certe nisi sumus per angustam viam incedere
per latam semper incedimus. Et quidem quod honores seculi latam viam spaciosamque gradiuntur non valde miror.
Eos autem qui videntur sustulisse crucem suam et secuti Christum per hanc latam et spaciosam incedere
velle non tibi periculosum videtur? Denique monachi tui de monasteriis recedunt et de claustri habitatione
perturbantur; ante omnia requirunt si redditus sit in loco, si habundet omnia, si aqua confluat. Sed
et si de hiemo recedant etiam ibi ante omnia de redditibus tractant et oportunitate ministerii
corporalis. Iam vero si ad aliquam dispensationem vocantur aut aliquod ministerium divini iniungere
volumus, prima statim sollicitudo eorum et prima verba eorum ista sunt: Si est ibi redditus quo
cum est; si inveniunt ibi ea que victui sunt habundant; si nichil desit horum que lata
et spaciosa via deposcit. Quid agis o homo, quid loqueris? Artam viam et angustam ingressus
es ambulare, ut quid de redditibus, ut quid de habundantia perturbaris? Per angustam viam
ingressus es; tu fuisse quid amplos ingressus requiris? Est aliquid ista permutatione nequius?
Est aliquid ista perversitate deterius? Et quidem qui principibus seculi ministrat, horum nichil
requirunt, sed tamen si lucri habeat aliquid temporalis, nullo eorum loco quo solum esse con-
gnoverint, ita nullus refugit laborem, nullum periculum vitatur, nulla indigencia contur-
batur; servilia etiam si ab ingenio deposcantur officia non negabit; peregrinationesque
longissimas periculosasque non respuet, tot mutationes terrarum, permutationes temporum feret vel
omnia causa lucri. Nec timet ne forte ab ipsa miserabili spe decipiatur ac decidat, aut
in matura peregrinis locis morte et subita preveniatur separatus horum. Quinymmo ceteros ac
labores absentiam tollerabilis patitur, non prece non terrore mollitur affectus, sed desiderio et cu-
piditate prime velut amens agitur et amore eorum ingressus nichil laboris sentit, nichil
doloris intelligit. Nos ergo qui non premiorum quorumque sed sapientiam, non terram sed celum petimus
et ad celi divicias festinamus, quas neque oculus vidit neque auris audivit, ut in terra
honores ascenderunt, hec inepti querentes et prestis celo ipsum vivum parentes inferre. De
redditibus perturbamur. Unde quanto alijs inferiores sumus et molliores. Quid dicis o homo,
quid agis? Celum paras ascendere et regnum celi invadere, et interrogas ne qua tibi
difficultas occurrat in itinere, ne quid tibi asperum in via accidat aut laboriosum et non
erubescis non pendere oppressus sub terram temetipsum defodis. Si enim tibi omnia mala
occurrerent, si premissa tibi pericula imminerent, si contumelia, si iniurie, si ignominie, si
calumpnie, si ferrum, si bestie, si preparata, si fames, si egritudo, si tanta que vel dici vel
excogitari possunt mala super te irruerent, dignum aliquid erat ut non tibi hec omnia
pro tantis ac talibus rebus reddenda premiis et penitus spernenda viderentur. Animus autem
inertis et effeminate. Erit ergo alius ita abiectus et ita infelix et ita degeneris animi
ut celum cupiens ascendere de terrena requie cogitet, quod non solum requirere sed etiam perticam
rempe videtur est. Non video carissime quod aliquis animus vera et perfecta cupidine
celestium teneatur, absque omnia que videntur esse quasi umbras putaret et risum. Hec
de via lata Christi. De via vero arta sic dicit Gregorius. Pata quippe bene vi-
vendi censura non est ampla via sed semita in qua quisque studiose constringitur

qui sub preceptorum custodia sollicite coangustatur. Cum non sit grauiter uiam angustiam incedere in qua
modo uiuere sed de mundi concupiscentia nichil querere, aliena non appetere, propria non tenere, laudes mundi despicere, et
pro deo obprobria amare, gloriam fugere et despectum sui, adulatores despicere, despicientes honorare,
mala inferentibus ex corde dimittere, et erga eos dilectionis gratiam immobilem in corde retinere, que
quidem omnia semita sunt sed magne, quia quanto in hac uita pro ipsa uirtute custodia anguste sunt, que
in eterna retributione dilatantur. Ipsa quippe semita est et tuta hec agere et de singulis uirtutibus dicere tuto
nichil posse. Unde et Iohannes abbas montis Synai: Attendamus nobis ipsis ne cum artam et angustam
viam ambulare dicimur amplam et spaciosam teneamus. Curamque (?) artam viam indicabit tibi et luctabilem (?)
tribulatio ventris, statio ad vigilandum in orationibus per totam noctem, mensura aque et panis penuria,
subsannationum, derisionum, illusionum, derisio [illegible] voluntatum ignominiarum pocula, passionum et
impulsionum parata, sub desperatione esse sine murmuratione, violencia iniuriarum lesum fortiter
sustinere, detractione non indignari, contemptum et vilipensum non irasci, iudicatum humiliari. Beati qui
artam viam ingredientes, quorum ipsorum est regnum celorum. Hec abbas Io. Non autem te moueat
quod hic dicitur: Angusta est porta et arta via que ducit ad uitam, et infra dicitur: Iugum enim
meum suaue est et onus meum leue, quia in comparatione ad mercedem licet in se sit graue, sunt enim
incommoda respectu glorie future. Iterum lata potest dici hec via, quia in amore celestium corda dilatat
cogitantium, quia non sunt digne passiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis,
et angusta, quia amore terrenorum angustat et a terrenis honoribus alienat. Unde super Crisostomus: Arta est via et
angusta et nichilominus leuis et facilis, quia tuta aspera uite huius pertranseunt, et quia ad bonum finem scilicet ad vitam
perueniunt temporalem sudorum et certaminum conatorum, et quia puta sunt laboriosa que transeunt, et percepta gloria que
permanent maximum potest esse laboriosum solacium. Igitur et si in se sit difficile quod iubemur, in fine dulce est ut
ad gloriam peruenire mereamur. Cum enim non operatur non coronabit, nec coronabitur nisi qui legitime certauerit.
Et tamen si quis viam laboriosam existimat, suam desidiam accusat. Si enim nautis pelagi fluctus, si tempestates
atque ymbres agricolis, si vulnera cedesque militibus, si grauissimi ictus plagarum pugillibus leues videntur
et tollerabiles sunt propter spem temporalem et peritura commoda, multomagis cum celum proponatur in
premium nichil ex presentibus asperitatibus debet sentiri. Nec aspicias quod via est aspera sed quo ducit,
nec aliam quia lata est sed ubi desinit. Hec Crisostomus. Cum autem dei precepta nobis non difficilia et onerosa
sed magis facilia et leuia esse uideantur, docet autem adhuc idem Crisostomus dicens: Si uis ergo quod dicam sit ne
uelut molestum grauiosa fouearis maxime cum premia et voluptate et utilitate habent in se
ipsa precepta que sunt molesta et onerosa plerisque et ingentibus tamquam videntur laboribus, intellige
primo tempore te illa suscepisse facienda, et quod videtur esse triste iocundissimum iudicabis. Si enim cogitaueris
hec spontanea nichil experieris onerosum sed cum ipso plurima undique capiemus voluptatem. Sicut
labor ipse non amplius labor apparebit sed quanto magis intenditur tanto dulcior et voluptuosior fiet. Cum ad
igitur te cupiditatis preteritarum aliorumque obsederit consuetudo viciorum ipse ad animam tuam loquere: Contristaris
quia te voluptate corporis defraudo, sed letare porro quia celorum regnum tibi produco. Non enim
sed propter deum ista operaris. Paululum igitur expecta et videbis quam sit commodum grande. Propter honorem
presentis uite pondera magnitudinis sustine et ineffabili apud deum fiducia ac libertate gaudebis comparare. Disce
ista mente semper inculcemus anime, taliter illam ab omnibus viciis subtraheremus. Primum illud ac soli
requirit deus ut aduersus concupiscentie voces invigilans pro honore regis et tua salute suscipias. Itaque
si ei istud obtuleris in omne bellum ipse conficiet. Ita enim illa que impertractabilia nunc putamus facilia
esse et leuia amabiliaque dicemus. Quamdiu enim in viciis permanemus asperam atque difficilem et omnino arduam
opinamur esse virtutem, ipsa vero vicia desiderabilia prorsus et dulcia. Cum autem vel breui illa ipse deseramus
tur et hec horribilia et turpia, et virtus delectabilis apparebit ac facilis. Hec autem ex illis habundi
valemus addiscere qui vitam suam factam in melius conuersatione mutauerunt. Hec Crisostomus.

et racionis suave vel secundum glosam amanti iugum christi est suave sed percanti difficile
grave et insipidum. Item dicitur quia lata et porta et spaciosa via que ducit ad perdicionem
Sapiencie 2 dicunt reprobi lassati sumus in via iniquitatis et perdicionis ambula-
vimus vias difficiles. Et proverbiorum xv. Iter pigrorum pigrorum quasi sepes spinarum via
iustorum absque offendiculo. Econtra finaliter et quantum ad veritatem conversacionis racionis difficilis
est via que ducit ad mortem, sed de presenti et quantum ad appetitum sensualitatis lata et
spaciosa est. Unde Job 30 esse sub sentibus delicias computabant, et tunc dampnati conte-
buntur se individuum racionis vitatem. Ita dicitur pauci sunt qui inveniunt eam. Apocalypsis vii
post hec vidi turbam magnam quam nemo dinumerare poterat. Et ita electi multi sunt
in se, sed pauci in malorum comparacione. Sed hic quarto oritur dubitacio. Prima utrum
lex naturalis sit mutabilis. 2a utrum non facere alteri quod sibi non vult fieri sit preceptum legis
nature. 3a utrum lex naturalis per peccatum possit corrumpi et annichilari. 4a utrum via eundi ad
vitam sit stricta vel spaciosa. Ad primum videtur dicendum quod iudicium humanum de hiis que debet agere
et iudicare si iustum debet esse oportet quod sit infallibile et immutabile aliter iustum non esset et per
consequens nec secundum legem esset. Ex hoc in Augustinus lex in hoc non videtur quod iusta non est, sed esse
omne immutabile et infallibile dicatur ab alia regula infallibili et fundatur super aliquo
immutabili. Et ideo igitur secundum Augustinum primo de libero arbitrio omnis lex humana et temporalis quantumcumque iu-
sta sit per tempora tamen iuste mutari possit. Necessario concluditur legem naturalem esse immutabilem quia
a lege naturali omnis lex humana dicatur et super ipsam fundatur. Dicendum ut potest haberi ex dictis
Augustini in libro supradicto quod lex est aliqua que potest nec deponi et ista est lex eterna que lex
secundum Augustinum non est aliud quam summa racio deitatis cui semper obtemperandum est quia omnis lex
temporalis recte fertur. recteque mutatur. De qua scriptum est. per me reges regnant, et legum
conditores iusta decernunt, et talis lex que est ipsa divina racio vel sapiencia potest quia eterna
nec deponi quia immutabilis est. Alia vero lex que potest non tamen deponi, et ista est lex naturalis
que potest eo quod naturalis est non eterna. Est enim posita eo tempore quo menti humane est impressa
Dicitur ergo racionalem creaturam eternam non ponimus sicut nec talem eternam ponere debemus.
non tamen deponi quia immutabilis est. Non enim potest mutari vel deponi per aliam creaturam
Sed est alia lex que potest vel deponi et ista est lex humana positiva quia potest quia non est
eterna et deponi per temporem, et si lex dicta sit a legendo vel a relegando vel ab utroque
quia in illa que homo eligit in lege religatur ut secundum illa inducit de hiis que agenda
vel dimittenda sunt, in lege prima que nec potest nec deponi legit deus angelus et homo
in 2a vero que potest non tamen deponi legit angelus et homo, sed in tercia que potest et deponi legit
solum homo quamdiu vivunt hac vita mortali. Ad 2am est dicendum. Et Gracianus ponit
prima distinctione Ius naturale esse quod in evangelio et lege continetur et nolle facere alteri quod
sibi non vult fieri dicente Salvatore. Omnia que-
cumque vultis ut faciant vobis homines et vos facite illis. Sed Iurisconsultus in primo digestorum dicit
Ius naturale esse quod omnia animalia docuit et quod commune est omnibus que sunt in mari et
in terra, ut femine et maris coniunctio quam nos matrimonium appellamus. Et planum
est quod animalia multa inferunt aliis que naturali instinctu nollent eis inferri. Consequenter intelligatur
esse preceptum legis nature facere alteri quod homo vellet sibi fieri. Est sciendum quod deus cuilibet rei
impressit aliquam regulam qua dirigitur in eius operacione per quam in esse conservatur et
finem debitum consequitur. Dicitur ergo sicut triplex gradus operacionum sic est triplex regula legis
nature. Nam quedam operantur solum instinctu nature sine cognicione et electione ut insensibilia
quedam vero operantur cum cognicione et sine electione ut irracionalia. Sicut omnes aranee
eodem modo faciunt telam. quedam autem cum discrecione et electione ut sola racionabilia. Igitur
illa qua regulantur insensibilia in operacionibus naturalibus vocatur lex naturalis magis proprie
et magis particulariter. Sed illa qua regulantur homines in operacionibus naturalibus moralibus

dicit lex nalis maxie et xpe sicut nra cu discretone et electone no inuenit nisi in
nali cca. quin go dicit nolle alii facere qd sibi no vult fieri et facere alii qd sibi vult
esse preceptu legis nae. intr de lege nae xpe supra. hoc qd restringit ad huana nam fieri
que agens cu discretoe et electoe inclinat natali dictamine discretonis illa
facere alii que sibi vellet fieri Ad 3m est dicend qd in aia nra due est potencia
qua vim cognoscit et qua [illegible] diligit prima respectu vi est intellectus pecia
bonum — bonu est voluntas intellectui g est impressa quedam inclinato ad cognitoz. vero vel
alit no inclinarem ad adiscend cognitoz veritat. vn dicit augg xo de Trinitate
c. j qd nisi impssaz eum haberem disciplinaz ratoz ad illaz cure tanto studio
discendi satagerem. voluntati vo est impssa inclinato ad affectoz boni. quia
ut augg viii de trin. vis habemus impssaz affectaz boni ut ipm psequem et ma=
lu fugem nec vnd bonu alii ponem inclinato g nalit impssa intellectui
qua cito receptis spebs pncio agibilia et opabilia nalit intellectus indicat vnu
eorum esse prosequend et aliu fugiend. vt scito quid est iusticia qz redde vnicuiq qd
suu est et qd iusticia qz iniuraz et molestiaz alii facere. stati indicat ulli esse i
iniuriand et vnicuiq qd suu est reddend. talis inclinatio est nalis lex. Ista aut
lex nalis duo hz. pa que est aptitudinalis. 2a que est comunalis. Et vo est ap=
titudinal no reducit ad actu nisi per nraz excitatoz et opacoz et exterioz
impulsioz. Et ideo sicut per nraz bona opacoz et pncin p dnic gre moraliter
talis nalis lex illustrat et fulgurat ut actualr tendat in bona iusta vera et
recta in que nalit inclinat sic per nra pecta et per nraz praua opacoz obnu=
bilat et obtenebrat ut sic remaneat prostrata qz ad illa ad que naliter
inclinat tendere no valeat ut dicit augg ix de Trin cao vj Cu iudiciu tal
legis nalis semper est veritatis ac suis veris et incorruptissimis regulis firmu
est et dato qz incorruptibilia ymaginu et fantasmatu regat nubilo
atque — quodam no tam inuoluit atque confundit et sic talis lex per pecm no corrupi
sed bn obnubilat et obtenebrat. Inquantu hic lex est aptitudinalis. Sed inqntu
est vlis. sibi hoc ipaz no agit nec indicat actualr qz hoc phus dicit actiones et indi=
cia sunt particularia nad de racione vlis. duo sunt ad hoc qd ipo scdm ipm vle pos=
sit agere et indicare. pmo qd aliq sibi addant que scdm phm particularia et individua
determinata — individua addunt sup spes conditoes individuales particula vo addunt sup genus
specificas dras. 2o qd ab ipo vli aliq subtrahant. Conuenit n porphi quo
habeat gen dras et respondet qz potentie quidm omnes actu vo nullas In vli
go dre conntur potentialr. sicut in mia forme in potentia conntur. vn sicut mia no agit n
ab ea subtrahat forma sic vle no agit nisi ab ipo subtrahat dre particulares
Sic etiam nisi ab ipa lege nali que est vlis aliq particularia subtrahant que
in ipa potentialr conntur et nisi sibi aliq addant nunqm scdm se conngit agere
vel indicare. sed indiciu et actio vel contractio in actibus humanis est per leges
particulares que no aliud sunt qm quedam addicoes et subtractoes legis nalis et
hoc est qd dicit Jurisconsultus in pncipio Digestoz Cu aliquid addimus vel
subtrahimus iuri divino vel nali ius ciuile et iura particula efficimus scdm q vero
tamen singlis agit et indicat et ista lex nalis ipse ut est vlis no corru=
pitur in se sed est sic vera et recta. sed inquantu ab ea aliq particula subtrahunt
vel aliq particula sibi addunt particularia inita pt obnubilari et obtenebrari
ut aliqua indicet no recta et no vera. et quanto plura particularia legi nali
addunt vel ab ipa subtrahunt tanto plura no recta no vera informa co
tingit indicari Ad 4m est dicend qd qo est dubia qz Sap vj scribit i ipso

peccatorum perambulavimus vias difficiles et hinc iustitie non luxit nobis sicut
dicitur quod spaciosa et lata est via que ducit ad perditionem videtur quod contrarium de via pec-
catorum vel perditionis quia in uno loco dicitur quod est lata et spaciosa, dicitur de via
iustorum et salutis videtur esse contrarietas quia in Iohanne salvator dicit Iugum meum esse suave
et onus eius leve hic autem ait quod arta et angusta est via que ducit ad vitam Dicendum
est ergo quod secundum finis imponit bonitatem et pravitatem hiis que sunt ad finem sic enim
imponit gravitatem et levitatem in via quia si quis considerat iocunditatem sanctitatem leticiam
et quietem quam in termino vie est habiturus quecumque pericula adversa et tristia patiatur in
via levia et suavia sibi esse videntur. Sed si quis delectationem vel gaudium termini non
considerat vel si considerat quod in terminum non contempnit etiam si levia et suavia in illa habuerit et
considerat, vel si considerat ipsum terminum non contempnit etiam si levia et suavia in illa habuerit et
gravia et difficilia reputat. Sancti ergo quia fixum animum habent in gaudio et leticia premiorum
vite eterne quamvis in gravitate patiantur famem et sitim in vigiliis paupertate et angu-
stia seculi levitatem putant. Sed mali et peccatores quia nichil de suo gaudio considerant vel
non agunt per que possent eum consequi etiam si eis delectabilia et suavia habeant in vita
ista gravia ipsa parant Et isto modo Crisostomus solvit hanc dubitationem dicens Cum si tempestates nau-
tis et aliqua militibus levia sunt propter spem premiorum multo magis erunt levia omnia
qui celo adepto illud timore senciet imminentium periculorum Via ergo perditionis est lata et
facilis in se, sed finaliter difficilis est et stricta propter terminum pravitatem et sic via salutis in se est
gravis et angusta quia per multas tribulationes et angustias pergitur per ipsam, sicut per via
perditionis itur per multa delectabilia mundi et carnis sed valde suavis et facilis propter
premium consequendum

Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis
ovium intrinsecus autem sunt lupi rapaces a fructibus eorum cogno-
scetis eos Numquid colligunt de spinis uvas aut de tribulis ficus
Sic omnis arbor bona fructus bonos facit Mala autem arbor fructus
malos facit Non potest arbor mala fructus bonos facere Neque
arbor bona fructus malos facere Omnis arbor que non facit fructum
bonum excidetur et in ignem mittetur Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos
Superius habita est instructio circa intentionem quantum ad simplicitatem columbinam in faci-
endo bonum hic instruit quantum ad asturiam serpentinam in cavendo malum quod non modo
decipit sub specie pietatis Contingit autem hoc tripliciter et secundum hoc docet cavere deceptores falsorum
prophetarum scilicet hereticorum ypocritarum decipientium tripliciter primo sub specie bonitatis 2o
sub specie veritatis ibi Non omnis qui dicit mihi domine 3o sub specie potestatis ibi multi dicent mihi
Primo monet falsos prophetas cavere 2o docet eos cognoscere describens eos triplici[ter] primo
quantum ad exteriorem conversationem ibi Qui veniunt ad vos 2o quantum ad interiorem affectionem
ibi intrinsecus autem 3o quantum ad operationem consequentem ibi A fructibus eorum Secundum glossam
sic continuatur ad precedentia quia paucorum est invenire artam viam ne forte si implicata
sit [illegible] adiecit Attendite id est diligenter videte et cavete a falsis
prophetis id est falsis doctoribus deceptoribus hereticis ypocritis et falsis fratribus et specialiter a docto-
ribus hereticis Unde glossa licet hoc de omnibus qui aliud habitu et sermone aliud opere osten-
dunt possit accipi tamen specialiter de hereticis qui quadam pietatis veste tecti venenato mo-
do et intentione nocendi sunt lupi rapaces Sed exterius si copia detur persequendo vel
interius corrumpendo. Non doctores hereticorum falsi prophete dicuntur, Crisostomus secundum Crisostomum
potest prophetas interpretari nisi habeat spiritum prophetarum qui ergo false interpretatur prophetas id est
scripturas falsi prophete appellantur Item non non dixit aspicite falsos prophetas sed
dixit attendite sed Crisostomus ubi enim res certa est aspicitur id est simpliciter videtur ubi autem incerta

dicens Ego dedi ancillam meam in sinum tuum que videns quod concepit despectam
me habet id est ego nutrivi carnem meam obsequium tuum que postquam se senciens pingo contra
me erigitur Rendit abraham Ecce ancilla in manu tua est utere sicut libet
Sic dicit deus per instinctum Tunc Sara afflixit agar Sic et spiritus carnem
affligit et castigat Iuxta illud apostoli Castigo corpus meum etc. Post et Sara fe-
cundatur quia anima post condescensionem necessitatibus corporis propter ... parit ex se fetum bo-
ne operationis quia impossibile est sic immediate ad contemplationem redire oportet animam inte-
rim operibus caritatis insistere qualia opera talia in iuventute tali sunt delectabiliora
et alacriora quam ipsa anima dimotis multis percipit intimius Sicut sara post hostium
resit sic anima post hostium stat id est propter contemplationem sed adhuc actu non rapta in
hostio autem est dum actu contemplatur ad instar contemplationis visibilis Ita dum
foris erat cum abraham et si Sara fuisset in hostio ipsum vidisset sed quia sta-
bat post hostium ipsum audiuit sed non vidit Ianua quippe inter deum et animam
est corpus impediens propter contemplationem post ianuam stans anima actu non rapta
audit quedam divina que eius intellectus percipit propter quod in risum interne
alacritatis prorumpit et parit filium ysaac opera scilicet caritatis cum spirituali gaudio exci-
piendo Licet enim talis anima quondam in operibus virtuosis se exercuit nunc tamen
statum libertatis adepta magis delectabiliter operatur neque ... huiusmodi opera a fervore
caritatis eliciuntur propter quod hoc quod huiusmodi opera talis anime sunt valde perfecta Sicut
erga sara in iuventute sterelis in senectute fecunda fuit sic caritas perfecta
anime libere quantum ad primum et principalem actum non gignit opera exteriora sed in
senectute id est deficiente illo cum a contemplatione descendit ad corporis necessitates

erupit opa caritatis et virtutum Et studii hac adeptam accipit plus et postq na et dignitate non tpe Caritas cum plus tpe facit hoiez contemplativa diuina et postea vsum tria opa exteriora in actibus virtuosis 3z exrto py gravitatis pervenit ad culmen contemplationis

Qui facit voluntatem patris mei qui in celis est Secundo voluntatis dei attendit in mandatorum eius obseruatione Eo cum ipso quo quis aliquid mandat ipe volt illud fieri quia mandatum includit voluntatem Voluntas ergo dei est ut obseruemus eius mandata quia voluntas eius est ut habeamus vitam eternam ut e dictum quod sine obseruatione mandatorum haberi non potest te confer sub sermo et tunc querant in Jordano in parte estiuali circa dominicam viii scilicet attendite a falsis prophetis

Multi dicent hic ponit tria dicta falsorum prophetarum que pertinent ad deceptores sub specie potestatis ut signorum in miraculis vel sub specie bone intentionis et que vere putant cognosci usque ad iudicium ideo primo ondit talium fraudulentia 2o iudicialia de illa sententia Ibi Et tunc confitebor dicit ergo sic Multi dicent mihi Multi Ecclesiastes primo stultorum infinitus e numerus In illo die scilicet notabili i novissimo extremi iudicii in quo illuminabit dominus abscondita tenebrarum et manifestabuntur consilia cordis prima ad Corinthios iiii Et Sophonie primo Dies illa dies ire et ad hoc 2o Iudicie ire et revelationis iuste iudicii dei Ecclesiastes In illo die quoniam non ora sed opa loquuntur quoniam non persona interrogabitur sed discutietur conscientia et persona confundetur ubi non erunt testes adulatores homines mendaces sed angeli veraces Domine domine

et tu non exaudies ipsa primo Cum multiplicaveritis orationem non exaudiam vos Nonne in nomine tuo prophetavimus hic ponit triplicem dictam operum plurimum super posse hominis Est enim potestas cognitionis super hoiez sic prophetia Et est posse hoies actionis et hoc dupliciter in abiciendo malum sic est eiectio demoniorum et in operando bonum sic est operatio virtutum pro primo dicitur Nonne in noie tuo prophetavimus et accipitur hic prophetare large pro occultorum denunciatione sicut etiam propheta sic dicitur prophetare prophetas prophetica revelatione hoc aut aliquando conveniunt reprobis sicut probatur Numeri xxiiii Et per Saulem primum Regum 10 Et per Caypham Jo xi Ideo prophetare et virtutes facere et demonia eicere iustum non est eius meriti quia hic operatur sed invocatio nominis Christi hoc agit ad captionem eorum qui vident ut audiunt Et in noie tuo demonia eiecimus Quod etiam contingit reprobis luce nono Vidimus quendam eicere demonia qui non

sequitur nos Et actuum 19 Erant aut quidam Iudei exorciste Sceve principis sacerdotum septem filii infideles qui hoc faciebant Et luce x Nolite gaudere quia spiritus immundi subiciuntur vobis Et in noie tuo virtutes multas fecimus prima ad Corinthios 13 Si habuero fidem ita ut montes transferam caritatem aut non habeam nichil sum Ecclesiastes 2m Glosa Non est magnum virtutes operari Unde dicitur Magi Pharaonis resistentes Moysi multa fecerunt miracula Hic notatur virtus invocationis nominis Christi Marci ultimo In noie meo eicient Non 2m Glosam Maxime cavendum est ab hiis qui propter nomen Christi etiam miracula fiunt que cum propter infideles dominus fecit monuit nos ne a talibus decipiamur putantes ibi esse invisibile sapientie miraculum Cum in medio ergo et simplici oculo opus est ut invenire via inter tot deceptores Et tunc confitebor illis secundum glosam qui aliquando dicor dissimulare vi Sapientie xi dissimulans peccata hominum propter penitentiam In confessione ista intelligitur sententia Judicis luce 12 Omnis qui confitebitur me coram hominibus confitebor et ego eum coram patre meo qui aut negaverit me coram hominibus negabitur coram angelis dei hec aut sententia determinatur quantum ad duo quantum ad reprobatorem et quantum ad abiectionem ibi discedite Reprobatio respicit malum meritum abiectio inferens supplicium Quantum ad reprobationem

dicit

et ne decipiamur non solum noie Christi per eos qui noie invocatum et facit non humana sed etiam ne decipiamur quibusdam factis et miraculis addit et dicit multi dicent

Quia nunquam novi vos vel non novi vos Infra 27 Non novit eos apud quos fidei sue
et dilectionis sue caracterem non invenit Sapientie 4to Respectus eius in electos illius
Et Job viij° Si absorbuerit eum de loco suo negabit eum et dicet non novi te
Sed obicitur Job 12 Ipse novit decipientem et eum qui decipitur Et Ecclesiastici 23 Oculi videt
oculus illius Respondeo novit bonos simplici noticia et noticia per approbacionem primo ad Cor
viij Si quis diligit deum hic cognitus est ab illo Et 2e ad Thimotheum 2° Novit deus qui sunt eius
et Jacobi quarto Novit deus pios eripere de temptacione Et Exodi 33 Novi te ex nomine Novit
ergo bonos duplici noticia malos autem per simplicem noticiam Unde Augustinus dicit reprobos quos
cognoscendo iudicat non autem approbat voluntate quia ab ipso discordant Discedite a me
Infra 27 Ite maledicti in ignem eternum et non sine causa Unde sequitur qui operamini
iniquitatem Ysa 59 Iniquitates vestre diviserunt inter me et vos discedite ergo id est divisi
per iniquitatem cedite in eternam dampnacionem Sed queritur quare non dicit discedite a me
qui operati estis iniquitatem Respondetur quia non omnis qui operatus est iniquitatem recedet a deo et ideo
non dicit qui operati estis etc Sic enim excluderetur penitencia Unde glosa qui operamini iniquitatem
non qui operati estis ne tollat penitenciam Item videtur adhuc male dicere qui operamini iniquitatem
quia tunc non erit locus merendi quo erat locus operandi iniquitatem Unde Jo nona venit
nox quando nemo potest operari Unde Jo licet non habeat locum peccandi in affectu habebunt et ma-
xime in viciis spiritualibus ut in invidia odio et superbia Unde Crisostomus non dicit qui
operati estis sed qui operamini quia iniquitatem post mortem non desinet exercere nunquam quia si peccare
non possunt in peccandi voluntate non amittunt Unde glosa Sed quia in medio licet non habe-
atis facultatem peccandi in hoc tamen affectu Hic non dampnati continue peccant quia
odire superbire invidere utique peccare est et omnis inordinata volicio peccatum est sed
mala volicio non meretur novam penam quia in hoc seculo solum est locus merendi
sicut dicit beatus Augustinus in libro de fide ad Petrum capitulo 26 Sed illa mala et in-
ordinata volicio versa est eis in supplicium et miseriam sicut volicio beatis in gloriam
sicut dicit beatus Augustinus ibidem et illa apparet verior opinio Et quando doctores
dicunt dampnatos non peccare intelligendum est merendo novam penam Alii dicunt
quod mala volicio sit pena peccati non peccatum Non quia miraculorum quedam non sunt
vera sed fantastica facta que est apparencia non existencia quando fit ludificatio ut
videatur ei aliquid quod non est quedam vero sunt vera facta sed non sunt vere com-
miracula quia fiunt virtute aliquarum naturalium causarum sicut magi pharaonis fecerunt
et hec duo possunt fieri per demones Unde 2e ad Thessalonicenses 2° dicitur adventus autem
erit secundum operacionem sathane in omni virtute signis et prodigiis mendacibus Et sic
dicit beatus Augustinus de civitate dei Ypocrita dicta sunt signa et prodigia mendacii quia
mortales sensus per fantasmata decepturus est Aut quia si illa erunt erunt vera prodi-
gia ad mendacium trahunt Vera autem dicuntur quia ipse res vere erunt sicut magi
pharaonis fecerunt veras ranas Non autem habebant veram racionem miraculi quia fie-
bant virtute naturali Sed operacio miraculorum que attribuitur gracie gratis date et que est
donum spiritus sancti fit divina virtute ad hominum utilitatem Et hoc dupliciter uno modo ad confirmacionem
predicate veritatis alio modo ad demonstracionem sanctitatis alicuius quem deus vult hominibus proponere
in exemplum virtutis primo modo miracula possunt fieri per quemcumque qui veram fidem
predicat et nomen Christi invocat quod mirum fit per malos Secundo modo non fiunt mira-
cula nisi per sanctos ad quorum sanctitatem demonstrandam miracula fiunt Vel in vita
corporis vel post mortem et sic patet quod gracie gratis dantur ad utilitatem ecclesie communem

Nondum hic quod miraculorum operacio quandoque provenit ex merito illius super quem invocatur quandoque
nec ex merito huius nec ex merito illius sed ob utilitatem consistencium ut videntes hec
deum honoret et in Christum credat quandoque ob dampnacionem innocentiis et penitenciam ut
videntes non videant et videntes ceci fiant quandoque causa in elacionem et vanam
gloriam extollit vel alio aliquo modo facientis nocet Non mireris ergo si aliquando quandoque
inimici prophetet vel miracula faciant quia iste sunt gracie dei gratis date que dantur
principaliter ad communem utilitatem ecclesie etc

no ad utilitatem singularis persone Et ideo dantur nobis a deo aliqui per malos
homines sicut bona elemosina aliquando datur a bono domino mediante malo servo / Sed hic
possent esse quatuor dubitaciones prima utrum mali homines possint dicere domine domine / 2a utrum ma-
li homines possint prophetare / 3a utrum mali homines possint miracula facere / 4a utrum mali homines
possint demones constringere et eos a corporibus obsessis expellere / Ad primam est dicendum quod Augustinus
movet hanc dubitacionem in libro de sermone domini super illum passum Non omnis qui dicit
mihi domine domine dicens / quod hinc sibi videtur contrarie quod ponit apostolus prima ad Cor. xii ubi
ait / quod nemo potest dicere dominus ihesus nisi in spiritu sancto / Si ergo dicentes dominus ihesus habent
spiritum sanctum / et illi qui habent spiritum sanctum regnum celorum nullatenus intrabunt / non videtur verum id
quod hic dicitur Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum / Solvit ergo questionem
istam Augustinus dicens quod apostolus accepit ~~dicere~~ dicit dominus ihesus proprie ut mentis agitur quod vo-
te exprimitur ut sit sensus Nemo potest dicere dominus ihesus fidei cognicione voluntatis dilectione
et oris vera confessione ac operis execucione nisi in spiritu sancto / quia vere qui sic confitetur et per-
fecte dicit dominus ihesus non nisi in spiritu sancto licet secundum salvatorem ne quilibet et large accepit
dicit ut sit quedam vocis timoris / Unde dicit Crisostomus / quod timendum et angustia
paciendum exprimit bina confessio domine domine / quia illi quos timor peccatorum astringit
non sufficit semel dicere domine / tale cum dicere est impossibile / quia nec intellexit per fidem
nec voluit per caritatem ut dicit et confitetur etc. / Omnes cum tam boni quam mali
velint vel nolint confitebuntur christum esse deum et iudicem omnium / sed confessio
et vocacio bonorum est in fide et caritate / malorum vero est
de victoria quia sine fide et caritate. Ad secundam est dicendum quod prophetare idem dicit quod
longe et procul aliqua distantia a naturali hominum cognicione pronunciare / quod mali
homines possunt facere tribus de modis / primo divina inspiracione Nam secundum Augustinum in Enchi-
ridion / deus per malas hominum voluntates bonas suas voluntates plurimum implet
sicut per voluntates iudeorum suam bonam voluntatem de passione filii sui implevit /
et quibus multa vera futura per malos homines pronunciat Sicut Balaam / et Sibilla
multa vera de christo predixit / et quod tales a deo fuerunt inspirati planum est ut
scribitur Numeri xxiii / Sic dominus dixit ad Balaam Caveas ne loquaris nisi quod
posuero in ore tuo / potest cum deus tangere intellectum hominis aliquorum occultorum cognicione
et revelacione non tangendo affectum eius aliqua caritatiua dileccione que sola dividit
inter filios regni dei / et inter filios perdicionis et tunc Nam secundum Augustinum nisi alicui
inspiratur spiritus sanctus ut ei inficiat amor dei et proximi amatorem a sinistra
non transfert ad dextram / Secundo possunt facere bonorum angelorum revelacione / Non solum cor-
pora Augustinum 2o super Genesim ad literam circa finem / multa occulta predicunt demones
ne subtilitate et experiencia longi temporis bis auxilio revelacione bonorum angelorum /
et si demones possunt futura et occulta prophetare mediantibus bonis angelis multo fortius
mali homines hoc possunt / quia demones sunt mali ut boni fieri non possunt sed
mali homines boni fieri possunt / Tercio demonum instinctu mali possunt prophetare demonum
invocacione Concessum namque est dyabolo secundum Crisostomum multa vera dicere ut mendacia
tua sua rara veritate confirmet / mali ergo homines demones consulentes quam multa et
occulta dicere possunt Unde tales prophete demonum appellantur dicente Augustino xii
super Genesim Cum malignus spiritus arripuerit homines ut arrepticios ut demoniacos
vel prophetas. Augustinus tamen vera dicendi non habet nisi ex voluntate dei / quia nunquam veritatis

dei
bonum ergo fecerunt mala sua oc-
vite meo totoque
affectu preceptis
celestibus obtempero

actor
vel veritatis auctor est spiritus sanctus ut verum sit dictum Ambrosii Omne verum a quocumque dicatur a spiritu sancto est. Unde sive demones invocati in nomine xpi sive homines invocati
tates vera dicat inquantum dicunt et invocant xpm in veritate. Alii possunt dicere mo-
dicunt propter quod Cris signat aut esse dictum Domine in nomine tuo prophetavimus non in spiritu
tuo quia prophetat in virtute nominis xpi sed in spiritu dyabolico non in spiritu dei Ad tertiam
est dicendum quod mali homines possunt tribus modis accipi ad presens. Primo ut sint mali do-
ctrine cognitione quia utuntur mala doctrina et prohibita ab ecclesia sicut illi qui
per nigromanticas artes invocant demones. Secundo ut sint mali vite conversatione
quia involuti sunt in peccatis quibus et ipsi sunt infecti et alios eorum pravitate corrumpunt
et inficiunt. Tertio ut sint mali vane glorie intentione quia forte quamquam aliquis
sunt sancte vite de aliquo tamen opere vanam intentionem habent. Sed cum Cris. Cum tota
vitia in summis dyaboli locum habeant vana est gloria in summis dei locum tenet
Istius aut istis modis malis hominibus conceditur facere miracula et facere aliquid preter
solitum cursum nature. Primo illi qui sunt mali doctrine cognitione per demonum invo-
cationem. Unde dicit Augustinus in libro de civitate dei Cum dicis iniquos homines visibilia mira-
cula et mirabilia signa facere non posse legas quanta fecerunt resistentes Moysi
magi Egiptiorum per invocationem demonum. Possunt enim demones sensibus hominum se fantastice
fantasiare et illudere ut qui non vera faciunt facere videantur et quamquam vera faciunt non
per aliquorum rerum de novo creationem sed per rerum naturalium ad invicem commixtionem. Et quorum
commixtione nata sunt aliqua producere nobis insolita et invisa quia homines vel virtute naturali
rerum ignoramus. Unde dicit Augustinus super illo verbo 2 ad Thessalonicenses Cuius adventus
erit in signis et prodigiis mendacibus quia miracula et signa antixpi ut non erunt
vera sed lucida vel si erunt vera ad mendacium tamen pertrahent fidelium mentes.
Secundo illis qui sunt mali prave vite conversatione per xpm et sanctorum nomina invocatione
contingit enim quamquam in aliquibus hominibus sancte vite et conversationis honeste non
tamen fidem habere sicut sunt prave vite homines. Unde et per ineffabilem dominum
ad invocationem nominis xpi et sanctorum faciunt signa et mirabilia propter utilitatem illorum
qui boni sunt sanctitate et caritate non tamen tantam certitudinem habent et credulitatem
ut ipsum deum honorent et in fide et doctrina eius per talia roborentur. Ideo dicit
Crisostomus quod facere miracula non propter est illius nisi scilicet qui operatur sed invocationem nominis
xpi et sanctorum et hoc agitur in condempnationem eorum qui invocant et utilitatem eorum qui
vident et audiunt. Tertio illis qui sunt mali vana intentione per eorum sanctitatis
testificationem. Verum namque est quod facere miracula virtute dei in testimonium sanctitatis
et potestatis collate a deo non spectat nisi ad sanctos homines et amicos dei ut in morte
ut in vita. Unde et de Paulo dicitur quod posito sudario suo super languidos sanabantur. Actuum nono tamen quamquam sancte vite concedentes tota sanctitate ipsorum si de aliquo
signo miraculoso facto vanam intentionem habent in hoc boni et sancti non sunt et
mechilominus tamen deus ad testificationem sanctitatis ipsorum signa et miracula facit et
dicunt aliqui quod Moyses et Aaron qui virga per percussionem virge fecerunt
effluere aquam de petra quando ... vanam intentionem non referentes in dei vir-
tutem et bonitatem Ideo meruerunt audire quia non credidistis in ut sanctificaretis
me coram filiis Israel non introducetis hos populos in terram quam dabo eis.

Ad 4tam est dicendum cum Aug in libro 83 questionum hanc dubitationem determinat dicens
quod aliter demones constringuntur vel expelluntur per magos et exorcistas vel in
cantatores aliter per malos christianos et aliter per bonos et sanctos viros. Nam per malos magos
constringuntur per privatos contractus et per privata pacta inter eos et demones facta. Sicut
septem filii Sceve constringebant demones et expellebant per artes magicas et per
coniurationes exorcismorum quod cum temptassent invocare nomen domini super illos qui vexabantur
a demonibus dicentes Adiuramus vos per ihesum quem paulus predicat. Respondit spiritus
malus et nequam Ihesum novi et paulum scio. Vos autem qui estis, et statim ille qui habebat
demonem insiliit super predictos incantatores et exorcistas et invaluit contra
eos ita quod expoliati et vulnerati recesserunt de domo illa sicut scribitur Actuum XIX
Per malos vero homines et per malos christianos demones quandoque constringuntur et expel-
luntur per nomen christi et verba eius et sacramenta ipsius que sunt quedam signa veri impera-
toris christi de quibus apostoli mirabantur christo dicentes domine vidimus quendam in nomine
tuo eicientem demonia et prohibuimus eum quia nobiscum non sequitur. Cui dixit Christus re
tuo ... nolite prohibere qui enim non est contra vos pro vobis est acsi diceret ... quod in
... nolite prohibere quia qui non est ... nobis ... in aliis ut in moribus bonis et
virtute nominis mei faciunt non est contra nos. ... mali milites quod iusticia
in vita sint nobis difformes ... Aug ... quedam extorquent et tollere
imperialis ... signum et vexillum eorum imperatoris ... demones constringere et
ab aliis non iubente domino. Sed sancti et boni viri possunt demones constringere et
expellere per publicam iusticiam quia in virtute christi tamquam milites existentes in publica
iusticia exercendo constringunt et expellunt eos a corporibus subiectorum imperatoris
qui iniuste et nequiter invadunt. Sicut ad preceptum apostolorum et sanctorum spiritus maligni
qui iniuste et nequiter ... quos ...
subiciebantur eis et paulus habens potestatem ... quos
... et caritate ... non poterat demonibus vexabat et quos videbat
... a demonibus vexari expellebat eos ab eis. Sed dicendum est
nequiter et iniuste a demonibus vexari ... non audeant contempnere publicam iusticiam
... Aug libro predicto licet ... demones non audeant contempnere ... pub-
liciam exercent sancti viri et milites christi imperatoris ... per que homines mali ...
... ut christi nomen et dei verba et eius sacramenta ... demones timent
per signa iusticie publice virtute facere possunt quia talia signa ... ut non cedant
et contremiscunt tamen interdum predictis signis demones ... quia deus prohibet ut non cedant
... modis quibus iudicat aliquid iustum et utile vel ad confundendos malos quos
oportet confundi vel admonendos bonos ut proficiant in fide interdum etiam ut idem dicit Aug
per malos homines magis quam per bonos et sanctos permittit dominus deus demones constringere
et expelli et alia mirabilia fieri sicut plura signa faciebant magi pharaonis quam filii israel
... filii israel longe acceptiores essent domino deo ... talia dona gratis data
... non debeat multum reputare nec de eis multum gaudere sed potius quia nomina eorum scripta sunt in celis

Omnis ergo qui audit verba mea hec et facit ea assi-
milabitur viro sapienti qui edificavit domum suam supra petram. Et
descendit pluvia et flaverunt venti et venerunt flumina
et irruerunt in domum illam et non cecidit. Fundata enim erat
supra firmam petram. Et omnis qui audit verba mea hec et non facit
ea similis est viro stulto qui edificavit domum suam supra arenam
et descendit pluvia et venerunt flumina et flaverunt venti et irru-
erunt

~~in domum illam et cecidit et f~~

in domum illam et cecidit et fuit ruina eius magna Et factum est
cum consumasset ihesus verba hec amirabantur turbe super doctrina
eius erat enim docens eos sicut potestatem habens et non sicut scribe
et pharisei / hic ultimo salvator concludit verba predicta esse super firma petra
edificanda vnde secundum Gregorium suminus (?) ostendit xpus quod nulla verba sue doctrine erant amirativa
non in per opa factiva et impletiva, nec tales tradiderunt se in doctrina xpi fundatos
concludit / Omnis qui audit verba mea hec dicta in sermone supposito Mathei quarto 7 in (?) augustinus satis de
signat per omnia sermonem omnibus preceptis quibus sana vita informatur et perficitur ut mi-
to qui 7m ea amne voluit comparetur edificanti super petram vnde subdit Omnis qui
audierit verba mea hec / et facit ea opere informato caritate assimilabitur viro sapienti, ex pa-
velsit pr continuai In ista conclusione ponit duo dato inimitas ad observantiam pre-
dictorum per utilitates consequentes et dampna Et primo per utilitates observancia 2o per
dampna contempnantium ibi Et omnis qui audit In prima tangit primo meritum obediendi
2o fructum meriti et hic duplicem primum in conformatione boni i Et assimilabitur / 2o in
vitatione mali i descendit pluvia / et hic est quod dicit excludendo Omnis ergo nullo excluso
excluso qui audit aure interiori intellectu verba mea que hic locutus sum in capto et facit
ea in affectu caritatis adimplendo Jacobi j° Estote factores verbi et non auditores tantum
assimilabitur viro hic ondit primum fructum ex conformatione ad exemplum ut ad bonum vi-
rum et iustum / et hoc in tribus in potencia et virtute / in sapientia et sapienti in bonum
quia edificat domum dicit ergo assimilabitur viro sapienti i xpo qui est dei virtus et dei sa-
piencia Et iii° Innocens est vir pauper et sapiens qui edificat domum suam i consciencia
Et proverbiorum ix° Sapiencia edificat sibi domum / super petram i super se ipsum ad Corinthios x° petra
aut erat xpus vel viro sapienti i cuiuslibet viro iusto a vigore fidei a vigore
spei a vigore caritatis Sapiens nichil qui et regit se ad Corinthios iii Ut
sapiens architector fundamentum posuit qui edificat domum suam i conscienciam suam super petram
i xpm Aggey i ascendite ad montem idem in vite eminenciam portate ligna i virtutum
exercitia / edificate domum i consciencias Et descendit pluvia / hic subdit alium fructum qui
est in cavendo temptationis malum Ubi ponit primo temptacio varia / 2° temptacionis
victoria i Et non cecidit / 3° racio eius quia fundata est / In primo tangit primo temp-
tacionis impetum 2° impetus dei / Et irruerunt Tangit autem triplicem temptacionem dicens
per triplicem similitudinem ad destructionem domus concurrentem In quo signatur vniversum genus
temptacionum Et secundum beatum Gregorium in pluvia intelligitur concupiscentia carnalis de qua dicit
et descendit pluvia proverbiorum xix Tecta iugiter perstillancia litigiosa mulier Item
flumine cupiditatis mundialis de qua subdit et venerunt flumina apocalipsis xii misit
serpens ex ore suo aquam ut faceret eam turbinem a flumine suffocatam superbia vite de
quo addit et flaverunt venti Job xvi Nunquid habent verba finem ventosa Vel secundum
Gloriam In pluvia tenue prauitatis impugnatio Ideo dicit descendit in flumine potentiam
persecucio ideo dicit venerunt in vento superbie tumoris inflatio Ideo dicit flaverunt
quia a flatu venti est / Velsic in pluvia temptacio voluptatis turpis quia terra mo-
tum guttatim cadit et domum fedat ysa viii° In absconsione a turbine et a
pluvia / et est hec pluvia triplex divitiarum deliciarum et honorum In flumine
temptacio adversitatis ysa viii° Adducet dominus aquas fluminis fortes / et hoc flumen
est triplex In rebus per amissionem / in corpore per egrotationem in spiritu per tribulationem

In vento temptatio persuasionis et est triplex hic ventus persuasio cum fit per minas hic est
ventus turbinis Ezech. i° vel per blandicias hic est ventus auster Ezechiel xviii vel
per suggestiones hic est ventus aquilonis Eccl. xliii° et irruerunt in quo temptatio
nimia impetuositatis in domum id est conscientiam iusti vel ecclesiam dei et non cecidit temptationibus
succumbendo domus enim concutitur in temptatione inclinatur in delectatione cadit in consensu
et est tamen magnus in consensu quia sic cadit egra, maior in opere quia sic cadit a
vita, maximus in assuetudine quia sic anima cadit a [illegible] fundata enim erat super
petram id est Christum primo per fidem Matth. xvi et super hanc petram edificabo ecclesiam
meam Paulus ad Cor. iii° fundamentum aliud nemo potest ponere etc. Secundo per caritatem
ad Ephe. iii In caritate radicati et firmati etc. Eccl. xl° fundamenta eterna super
petram solidam. 3° per imitationem Prov. x° Iustus quasi fundamentum sempiternum. Et omnis b
qui audit verba mea hic audit dampnum contemptus primum est assilatio diaboli secundum casus
qui audit verba mea Et omnis qui audit verba mea hoc est de quibus supra
pertransiit Et fuit ruina eius dicit glossa Et pecca de non mirando de non corrupisse et singuli que
dictum est in monte Gregorius vi° et peccata de non mirando de non corrupisse et singuli que
magis facienda sunt quia in ea et ita auctoritas quia habet in illa verba Ioh. vi Si
non venissem et locutus eis non fuissem peccatum non haberent et non facit ea immo contempnit similis erit stulto id est dyabolo vel cuicumque malo gentili vel iudeo similis in culpa
similis in pena qui edificat domum super arenam id est conscientiam suam vel opus congregatum
1 in fiducia et amore terrenorum quia sterilis sic qui servat divitias sic
tu non facit Eccl. vi° quia fluida sit sicut omnia vere umbra Sapie. v° quia
fluctibus concussa sic in medio pressura Iohis xvi° Item arena congregatorum ma-
lorum stat quia innumerabilis per multiplicitatem Eccl. i° Stultorum infinitus est numerus
quia disiungentes per dissensionem p° ad Cor. xi° audio inter vos scissuras etc.
quia sterilis ad bonorum multiplicatorem Iob xv Congregatio ypocrite steri-
lis et ideo cecidit tamen in petram quia descendit pluvia etc. Dicit pus Cris-
pluvie proprium est molire etc. blanditie fluvii proprium trahere etc. violentie ve-
torum proprium vehere etc. minc et irruerunt subito impetu contra similes in domum
illam male fundatam et cecidit per culpam Ysaie xl° Iuvenes in infirmi-
tate cadunt et facta est ruina eius magna quia ruit usque ad gehennam Prov. xxix°
In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera et ruinas eorum iusti videbunt
et vere magna ruina quia sine acie dimensionem Petra Christus est fundamentum a
stabilitas sicut hic describitur etc. In refugium securitatis petra eternitatis in
latibulum absconsionis Ysa. 2° Ingredere in petram absconde et fossam humo a facie
timoris domini in lectum contemplationis Cantic. iii° Columba mea in foraminibus petre et
hoc quo ad contemplatores contemplativos Prov. xxx° Collocat in petra cubile suum
et hoc quo ad activos in speculum contemplationis Exodi xxxiii sta in petra et
videbis posteriora mea. Ps. Statuit super petram pedes meos In iaculum expu-
gnationis p° Reg. xvii° Sumpsit quinque lapides de torrente in solacium desola-
tionis Ps. dum anxiaretur cor meum in petra exaltasti me etc. In ruina spiritualis
effusionis Effudit enim petra tres scilicet aquas compunctionis Num. xx° loquimini
ad petram Ps. percussit petram et devotionis Iob xxix° petra fundebat in
rivos olei mel celestis pregustationis Deutro. xxxii° Ut sugeret mel
de petra Cor. x° bibebant autem de spirituali consequente eos petra Et fusi, cum
consumasset Ihesus verba. Supra in capitulo [illegible] actum est de legislatoris confirmatione

et p(ri)mo q(uan)tu(m) ad fide(m) turbar(um) 2o q(uan)tu(m) ad fide(m) discipulor(um) ca(pitu)lo viijo circa mediu(m) p(ri)mo
videns aut(em) ih(esu)s turbas multas circa se / i(d est) fides aut(em) turbar(um) per oculata(m) (con)=
sideracio(n)e(m) ad audiendu(m) v(ir)tute(m) ... te(r)ra in v(er)bo insinuat(ur) ... Ca(pitu)lo viijo a. Cu(m) de=
sc(ilicet) (con)sideracio 2m excipe audi(ent)is sc(ilicet) admiraco ibi admirabant(ur) t(ur)be / 3m ex parte
loque(n)tis sc(ilicet) p(otes)tas in doctrina ibi erat eu(m) docens dicit g(lossa) Et s(ermo) ... est cu(m) (con)summasset
ih(esu)s v(er)ba hec intellige q(uia) nichil imp(er)fectionis ... hic s(er)mo ... ro Consumac(i)o(n)e(m)
et abreviac(i)o(n)e(m) facit d(omi)n(u)s deus ex(er)cituu(m) in medio o(mn)is t(er)re Admirabant(ur) aut(em) t(ur)be
sup(er) doctrina ei(us) q(uia) nu(m)qu(am) sic locutus est ho(mo) Joh(annis) vij Cu(m) ... digne lau=
dare no(n) possimus admiram(ur) Erat eni(m) docens eos sicut h(abe)ns p(otes)tate(m) q(uod) expo(nitu)r
mult(ipliciter) p(ri)mo 2m Cris(ostomum) no(n) ... qui sunt legis sub p(otes)tate (con)stitutus illos doce=
bat / sed q(uasi) d(omi)n(u)s legis et h(abe)ns lege(m) in p(otes)tate sua ... addebat sicut imp(er)ator
addit et mutat que vult / ... aut(em) doctor s(er)uus est legis q(uia) nec sup(er) lego
adde(re) p(otes)t aliquid de suo sp(irit)u nec subtrahe(re) ali(quid) s(ecundu)m p(ro)p(ri)u(m) intellectu(m) / sed tan=
tu(m) p(re)dicat q(uod) h(ab)et(ur) in lege / no(n) sic de x(rist)o / ... viij / q(ue)cu(n)q(ue) voluit facit
et s(er)mo ei(us) p(otes)tate plenus est / Est g(o) ... p(otes)tate h(abe)ns addendi (con)silia p(re)=
dicanda(m) scriptura(m) / solvendi enigmata / ... sic p(otes)tate(m) h(abe)ns p(re)ceptis ex=
planandi · offert severitate(m) legis perscrutandi scriptura(m) / solvendi enigmata
3o sic p(otes)tate(m) h(abe)ns infirmos sanandi / miracula faciendi / 4o sic p(otes)tate(m) h(abe)ns
imp(ri)mendi et q(ua)tiendi corda audiencium ad se p(ro)x(imu)s vox d(omi)ni in v(ir)tute vox
d(omi)ni in magnificencia / 5to sic ... dicit Beda / s(er)mo doctoris in p(otes)tate sit cu(m)
ea que docet op(er)at(ur) / Bu(onaventura) / Monstruosa res est / lingwa magniloqua / et manus
ociosa Non sicut scribe et pharisei qui dicunt et no(n) faciunt ... Scribe
qui tn(m) ea que in lege sunt ... ad instruccio(n)e(m) data tractabat / pharisei
q(ui) ... litteram carnale(m) ... Scribe eni(m) docebat superficialiter
sed pharisei faciebat inanit(er) q(uasi) ad laude(m) ho(m)i(nu)m / Sed oppo(nitu)r hic ... solis
discipulis s(er)mone(m) fecisset / et no(n) narrat(ur) hic q(uod) turbis locutus fuiss(et) Qua(m)
est q(uod) turbe admirat(ur) / Videtur de p(ri)mo si dicamus eunde(m) s(er)mone(m) quo(m)
Matheus et lucas referunt tu(n)c evidens est ... sc(ilicet) cu(m) ih(esu)s (con)summass(et)
v(er)ba tu(n)c admirate sunt turbe que ... fuisse s(er)mone(m) ... dicebat(ur) ... si
dicat(ur) duos fuisse s(er)mones tu(n)c dicendu(m) est ad solos discipulos ih(esu)m in cacu=
mine mo(n)tis s(er)mone(m) habuisse / et p(ost)ea ad locu(m) campestre(m) q(ui) erat in latere
mo(n)tis descendisse et ibi eunde(m) s(er)mone(m) turbis recapitulasse quibusda(m) tam(en)
int(er)missis / et h(oc) v(er)bu(m) Matheus i(n)nuit / et tu(n)c q(ue)madmodu(m) i(n)nuit q(uod) hec t(ur)be
admiracio(n)e(m) introducunt / et h(oc) est q(uod) dicit g(lossa) / Sed hic pn(un)t esse q(ua)tuor
dubitaciones / p(ri)ma ... ho(mo) absq(ue) eo q(uod) audiat v(er)ba dei possit salvari 2a ... utr(um)
in v(er)bis dei et in hiis q(ue) sunt fidei ho(mo) falso modo possit informari 3a utr(um)
falsomodo in hiis que sunt fidei informatus et instructus dampnet(ur) / 4a utr(um)
audiens v(er)ba dei et no(n) faciens possit salvari Ad p(ri)ma(m) e(st) dicendu(m) q(uod) no(n) audie(n)s
dei v(er)ba / et illa que ad fide(m) x(rist)i p(er)tinent dupl(icite)r (con)tin(git) p(ri)mo per simplice(m) ignoran=
cia(m) / q(uia) illa q(ue) sunt fidei ho(mo) no(n) est aptus natus scire ex puris naturalibus et g(o)
si ipsa aliquis ignorret / tu(n)c q(uia) sibi no(n) sunt p(ro)posita nec revelata nec a nullo
auditu narrata / talis no(n) dicet(ur) infidelis n(e)c talis ignorancia dicet(ur) potius
infidelitatis / nec dampnabit(ur) pro p(e)c(ca)to infidelit(atis) / sed nisi pro p(e)c(ca)to originali
pro quo eciam dampnat(ur) p(ro)p(ri)u(m) in q(ui)bus nulla e(st) infidelitas / vel p(e)c(ca)to actuali

Moralis domus iusti est bonorum consuetudo de qua in Proverbiis. hec queritur instabilis in domo iusti cuius 88
operacio patet ad bonorum operum perfectionem, fossio ad contemptum terrenorum, sive paupertate fundacio ad me- 349
dicina celestium et amorem, impulsio ad temptacionum impugnacionem, immobilitas ad finalem
perseveranciam perseveranciam. Domus impii est mala consuetudo de qua in Michea adhuc ignis in domo
impii cuius terrena edificacio patet ad terrenorum amorem fundamenta, privacio ad mentis instabilitatem
fluminis inundacio ad carnalium deliciarum fluctibilitatem, casus celeritas ad peccandi pronitatem
ruine magnitudo ad eternam dampnacionem. Sapiens igitur qui audita complet opere et perficit
structuram firmam erigit quia per timorem bonorum operum deus graciam dat que vera merita
absque ruina tamen consolidat et confirmat, per graciam ergo bona operando meretur perseverancia
in bono. ut spirituale nostrum edificium in petra fidei fundatum, per spem erectum, per caritatem
solidatum nec pluvia nec flumina potest cum Christo sua gracia donante. Stultus qui audit et
non operatur sed audita dissimulans obliviosus auditor factus tamquam super arenam apud
edificacionis impedit et quia aure preceptu opus non firmat stati temptacionibus superve-
nientibus ruit et evanescit. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum sed factores
dicit autem tamen gravia bonorum edificacionum. Sunt enim qui amant solum deum et hii edificant aurum et
argentum et lapides preciosos. In amore virtutis aurum, in cogitacione virtutis argentum,
in cooperacione boni operis lapides preciosos. Sunt alii qui amant quedam preter deum nichil contra deum
vel aliquid plus quam deum, et in hiis fundamentum quidem manet quia amor dei non destituitur
tum quia ex affectu carnis que preter amantur quedam corrupcio contrahitur. lignum fenum et stipula
superedificatur. In ligno peccatum illiciti operis, in feno peccatum prave delectacionis, in stipula
peccatum illicite cogitacionis. Sunt alii qui amant quedam contra deum, et in hiis amor de-
struitur fundamentum, quia amor dei esse non potest ubi vel solus vel simul non est
cogitur ad primos patet laudari et salvari, ad secundos corrumpi et liberari, ad tercios argui
et dampnari. Item super fundamentum fidei quidem argentum predicacionis

quidam lapides preciosos bonorum operum Isti quidem salvatur et vero fundamento et bonorum operum Alii quidem edificant ligna scilicet amorem ardentiorem temporalium alii fenum scilicet fumum delectationum carnalium Alii stipulam ociosorum verborum et operum infirmorum Isti eciam salvatur vero fundamento et tamen quasi per ignem quo exurit edificium tanto fundamento non ydoneum/

ꝯ quisitū gt dictamē et iudiciū legis n̄ralis · iudicet mēte cunctis hoīs / quoꝝ nentꝝ
ꝫ remitti sine fide xp̄ī cōmuīs ut puto talis ignorātia nō sit nuī in alijs gēte
ut prīā / qꝛ aplus dicit Nunq̄ nō audierunt / Equidē in oēm terrā exiuit so-
et in fi- t̄ or- t̄re v̄ba eoꝝ / Sc̄o pt ꝯtingē per erroīs materiā / ut si quis non
audit v̄ba dei et que fidei sūt / ut ob ipā v̄itatē fidei impugnādā sic̄t hereti
ut ꝯtrā eis temerarie asserendo / sicut phi fecerunt negātes mūdū incepisse / et
v̄nitatē ꝑſōe dei · vel trinitē ꝑſonaꝝ stare nō posse / ut ipā ꝯtepnēdo ut respuendo
ut nō hīs agāt sic̄t alij pagani et iudei / et cet̄is modis / nō audiēdo di v̄ba infi-
deles sūt / et dapnant̄ ꝓpt̄ pc̄ᵗᵒ infidelitatis / dato ꝙ alia pc̄ta nō h̄rent Ad
3ᵃᵐ est dicēdū ꝙ v̄ba di et illa q̄ ꝑtinet ad fidē / quibusdā sūt a deo īmediate reue-
lata sicut ꝓphetis et aplis / et per tales ullo pt nec potuit falso mō informari /
et spūs v̄itatis mētiri nō pt / Quibusdā aut nō sūt adeo īmediate reuelata sed
mediātibꝫ p̄dicatoribꝫ fidei per quoꝝ v̄ba et doct̄nā illa q̄ spectāt ad fidem
puenuīt ad notitiā et cognitōē aliaꝝ / et per tales qꝛ oīs hō ꝯitiā in se me-
dax est / hō pt falso mō informari / Vnde et ipe saluator dixit ueniēs esse a
falsis ꝓphetis / qꝛ sub vestimēt̄ ouiū quiꝫ essent̄ lupi / Et hāc distinctōē ponit
Augꝰ in q̄dā epla ad Ierōm ita dicēs / Ego aut̄ solis eis scripturis q̄ iam
Canonici nūcupant̄ hunc honorē et timorē deferre / ut nullū eaꝝ in scribē- [q̄d videat̄ q̄nd vitati]
do errasse audeā credē / aut si aliquid in eis offendero / et offendisse inueniō in-
quā mēdosū esse codicē / ut nō assecutū interpretē qd̄ dīm ē / ut mīme intellec-
xisse nō ambigā / Alios aut̄ sic lego / ut quātalibet s̄tītate quātaue doct̄na
polleāt nō ideo ver̄ putē ꝙ ita senserint / sed qꝛ m̄ per alios doctorēs / ut [aucto]
Cāonicas ut ꝓbabiles rōnes ~~quod~~ q̄ nō abhorreāt ꝑsuadere potuerunt
Et Grauāing pot gdi et idem Augꝰ de in l° de v̄a religiōe dicēs / ꝙ ut
Et dīuīs et de hijs que fidei sūt credē- … [marginal: diãa]
by et tenūe videndū est quibꝫ / de dīuīs et de hijs que fidei sūt instructus in v̄bis xp̄ī / et
dū sit /   Ad 4ᵃᵐ est dicēdū Et si aliquis falsō sit instructꝰ in v̄bis
in doct̄na fidei · credēs v̄e instrui et v̄e informari hꝫ ꝯsciētiā erronea sꝫ
quā ꝯsciētiā tenet̄ agē / qꝛ agēdo ꝯᵃ ꝯsciētiā agit ꝯ legē datā sibi a deo
et Sc̄o ꝙ sꝫ damasc̄ / Consciā nō aliud est nisi lex n̄ralis a deo recepta / et
agendo sꝫ eā nō p̄cat q̄zdiu durat sibi illa ꝯsciā / Et m̄ licet credat ſla
et male agat / credit tñ vero mō / et affectu recto illa agit / que deus ma-
gis pensat q̄ effectū / Cū eñ deus in suo iudicio intueat̄ cor et aīaz
hoīs / et ex quo talis hō bono aīo et recto affectu illa credit et opatur
ad laudē dei credēs ea v̄a et bō ad laudē dei opari / durāte igit̄ illa
ꝯsciā in se exp̄te credēntis erro erronea tam̄ ꝯitiā ad credita puto
ꝙ nō dapnabit̄ / p̄cat tam̄ talis licet ꝯsciā sit erronea / qꝛ tenet̄
ipā depone adhibendo oēs circūstātias quas possꝫ puta querēdo a
sapientibꝫ et colloquēdo cū dn̄is / et audiendo a dn̄is ea illa q̄ sibi essēt
ꝯposita sapient v̄am fidē / et si facit totū ꝙ in se est ad deponēdū
talem erronea ꝯsciā / et nō dimittet aliqua circūstātiā requisitā ad
deponēdū talē errorē / ut erronea ꝯsciā puto ꝙ nō dapnaret̄ / qꝛ te
esset ignorātia inuincibilis / que excusat a toto nō solū a parte Ad
3ᵃᵐ est dicēdū / ꝙ sꝫ damasc̄ᵐ bonū ꝯstat ex tota sua causa et integ
malū vero ex quolibet ꝑticlari defectu ꝯtingē pt / Si igit̄ quis doct̄na fidei

saluet requit primo q dei vba delectabili auditu audiat qz q est ex deo vba dei audit Unde dicit Jac po Sit ois ho velox ad audiend et tardus ad loquend Scdo q corde veraci no ficte credat qz qui credit fide informata caritate saluabit qui vo sic no credit condempnabit Tcio q ope impleat qntum possibile est impleri qz sup illo vbo Estote factores vbi no auditores tm fallentes vosmetipos dicit glo q seipos fallunt illi q solo auditu vbo dei credit se esse saluados Qrto q pseuerat retineant qz ut dicit Jac po Si quis pspexit in lege libtatis et manserit in ea no auditor obliuiosus factus sed factor opis hic btus in facto suo erit

viij — Cum aut descendisset ihus de monte secute sunt eu turbe multe et ecce leprosus veniens adorabat eu dicens Domine si vis potes me mundare Et extendens ihus manu sua tetigit eu dicens Volo mundare et confestim mundata est lepra eius Et ait illi ihus Vide nemini dixis sed vade

ubi — ostende te sacerdotibus et offer munus qd precepit moyses in testimoniu illis Supius egit ewangta de pdicatione doctina xpi hic agit de opacone eius pro confirmacone ewangelice legis Bon enim agri est doctina sua fructus corrobare hic est q cu saluator ut confirmasset smonem suu in monte dibus preceptis qbus scana sz vita firmat ut dicit augus mox descedit ad opacionz signorz ut per uirtutes miraculorz smo firmaret ut ait Jong primo post opacio xpi super corpale scz quo ad sanand corpus 2o quo ad spuale vz quo ad expulsione spuu inmudorz ibi vespe aut facto obtulerut ei multos demoia habentes quntu ad pmu scdm btm augm Corpus regit ab aia sz nali aiali et vitali vis aut nalis pprie opatur in epate et maxie viget in venis aialis vo ppe in cerebro et opat per neruos q sut organa sensus et motus que radicatoz sut in cerebro vitalis aut in corde et in in corpe quntu ad opacoz vis virtut nalis et sic est lepra Pt ergo esse defectus corrupto vis nalis a venis incipiens et in cute terminata et pt esse defectus quntu ad opacoz vis aialis et sic est paralisis que aufert sensum et motu Est enim paralisis inmobilitas membrorz quntu ad sensu et motu Vel pt esse defectus quntu ad opacoz vis vitalis et sic est febris que e innalis calor a corde procedens in arterias Scdm hoc distinguitur hec pars in tres partes po agit de curatione leprosi 2o paralitici ibi Cu aut introisset Caphar 3o laborantis caloe febrili ibi Cum venisset ihus in domu petri Vel alit possunt distingui ista tria miracula primu factu est per tactu et vbu 2m per vbu tm 3m per tactu tm primu confert rogatus ab infirmo 2m rogatus ab alieno 3m

Secute sunt eum turbe multe, quod racione potest glo[ssa] quere tibi domini sequebantur. quia alii propter caritatem, ut discipuli. Alii propter doctrinam et infirmorum alii propter admiracionem ut curiosi, alii propter curacionem ut infirmi de quibus fuit et iste leprosus. Et ideo subditur et ecce leprosus, conscire eum descendisse de monte sed dominice excellencie in vallem humilitatis manendo quod erat assumendo quod non erat, tunc eius de monte descendit qui se exinanivit formam servi accipiendo, tunc post descensum secute sunt eum turbe multe, quia nisi deus descendisset homo ad sanctitatem suam non ascendisset. quia magna gloria et dignitas est homini sed domini et eius angeli primo leprosum mundavit ut ex hoc appareret novum testamentum in monte datum

et gradus ewangelii sub lege esse que leprosum excludebat non sanabat

664

351

a nullo rogatus. Iste patet ordo miraculorum secundum maiorem difficultatem morbi curandi, quia lepra minus curabilis deinde paralisis ultimo febris. Item patet ordo 2us misterium, nam primo sanat iudeum leprosum 2o gentilis fuit 3o petri socrum quantum ad reliquias iudeorum primi enim credentes erant de Iudeis, deinde gentiles sicut in fine reliquie [illegible] salue fient. Circa curacionem leprosi primo ponit antecedencia ad sanacionem 2o concomitancia ibi Et extendens manum. primo tangit tempus curacionis 2o testes curacionis ibi Secute sunt eum turbe 3o peticio curacionis ibi Et ecce leprosus Ad audienciam dicendorum considerandum quod dux est doctrina quedam que excedit facultatem humani intellectus, et ideo non potest confirmari per racionem evidentem propter quod oportet quod confirmetur per opera divine virtutis, talis autem doctrina ewangelica et ideo confirmacio eius est facta per miracula et hoc est quod dicit cum autem descendisset Ihesus de monte, in quo legem ewangelicam promulgauerat apostolis Secute sunt eum turbe multe, multe enim turbe venerant propter Ihesum descensum eius prestolantes que in montem non quamquam ascendere poterant sed secute sunt eum descendentem ut dicit [illegible]. Et ecce leprosus. Iste leprosus fuit unus illorum quod postulabat Christo post descensum de monte et non erat quicumque leprosus sed ut ait lucas erat vir plenus lepra, vemens non tam passionibus corporis quam gressibus humane mentis. Unde lepra cum sit infirmitas incurabilis secundum naturam, ideo iste leprosus venit ad dilectum talem medicum qui eum medicina supernaturali curauit. Et secundum Crisostomum ille non simpliciter curacionem peteba sicut ab artifice medico homine sed adorabat eum quia deum Ideo subditur adorauit eum adoracione latrie secundum glo[ssam]. prius quam peteret cultum divinum ostendit. Et est notandum quod cum oracio sit expressio desiderii ad deum, studium desiderium aliquis carnalibus signis demonstratur sicut genuflexionibus prostracionibus et aliis multis modis Ex quo iste leprosus desiderium suum expressit cum deuota reuerencia quia adorauit. Iste cum humili genuflexione quod genua plecit Marci primo Iste cum timida verecundia quod procedit in faciem suam ut dicit Luce quinto, et hec omnia humiliter mendicat quod venit cum humilitate corporis, venit eciam cum oracione oris. Unde sequitur dicens domine si vis potes me mundare. quod dicat voluntas tua opus est, et opera tua voluntati obediunt, vel dicens, domine Iheremie xxxii fortissime magne potens dominus exercituum nomen tibi Si vis potes in voluntate potestate sunt, ac si diceret, quidquid vis potes Unde Judicione eius tua cuncta sunt posita et non est qui possit resistere voluntati tue Hester 13 Ubi aduertendum quod in confessione hac et prostracione apparent tria huius leprosi scilicet fides humilitas et deuota postulacio seu peticio ex quibus secuta est eius curacio ubi enim ista tria concurrunt nichil negat adeo Quia quod postulat in fide nichil hesitans, humilitas Ecclesiastici 35 Oracio humiliantis penetrat nubes Oracio deuota peticio, petite scilicet deuote et accipietis Luce xi Iste ille leprosus corde credidit quia adorauit, ore confessus fuit dicens domine si vis et Unde ad Romanos x Corde creditur ad iusticiam ore autem confessio fit ad salutem Ideo curacionem obtinere meruit Ideo et glossa [illegible] post predicacionem et doctrinam sic offertur occasio miraculi, ut per virtutem miraculi predicacio et doctrina sic offertur [illegible] apud audientes firmetur, Et hoc est quod dicit Crisostomus de verbis [illegible] primo apud audientes firmetur. Sed iste ordo videtur esse contra illud dictum primo Cepit Ihesus facere ad opera

et docere Sed quia hic primo docet postea mirabilia refert Videtur opera sunt du
plicia scilicet opera virtutum et hec decent predicatores auctorem sic hec dicit primo Cepit
Ihesus facere et docere ut sit instructio exemplo et verbo quantum ad utrumque premissum disciplinabile et quia vita est certior ideo magis trahit exemplum ad imitationem quam verbum
alia sunt opera miraculorum que fidem confirmant et inducunt ideo opera miraculorum
quid credendum Ideo opera miraculorum pro confirmatione fidei sequuntur doctrinam et
predicationem Hic queritur de ordine miraculorum Nam Matthei 9 c primo et luce 5 c primo
ponitur demoniacum curatum 2o socrus et postea leprosum Matthei autem non sit secundum
curationis hic ordine historie alij ordine mysterij Nam ab eis primo ponitur demo
niacum Insinuatur quod maior est deo cura de curatione anime quam corporis Item in
modo petendo anima prius petit quam corpus curari Item inter prius petunt quam vita
Iste videtur contrarietas de loco quia hic dicitur cum descendisset de monte luce 5 dicitur
Cum esset in una civitatum Item zm Glosam cum postea descensum de monte aliquod
fuit intervalli antequam intraret Capharnaum et in isto intervallo fuit leprosus
sanatus quod Matthei suo loco posuit lucas vero dicit Cum esset in una civitatum scilicet Ca
pharnaum quia prope illam erat scilicet in metis illius civitatis Dubitaret autem aliquis
unde autem ille leprosus habuit fidem quod eum dominus curare posset dicebat enim
Si vis potes me mundare Dicendum quod licet ille leprosus non fuerat in monte
cum domino audierat tamen famam doctrine eius qua audita credidit quod tanta sapientia absque omnipotentia esse non posset Unde multum commendanda
est fides istius leprosi qui nullo viso adhuc miraculo sola fama doctrine
credidit Quia ut dicit magister in hystorijs mundatio leprosi fuit primum
miraculum quod dominus operatus est ex quo apte predicare cepit Et adverte
quam subtiliter et succincte ille leprosus formavit orationem suam opus mun
dationis a tota civitate postulando Nam in eo quod dixit Domine personam
ostendit In eo vero quod addit Si vis personam Spiritus sancti tangit In eo vero
quod dicit potes personam patris designavit Et sic dicit Crisostomus Non dixit si ro
gaveris deum sed si vis potes me mundare non utique dixit domine munda sed ei
etiam secundum Crisostomum quod ille leprosus domino tanquam medico spirituali spirituales offerebat
mercedem Nam sicut medici pecunia ita deus oratione placatur Nichil enim dignius
offerimus deo quam orationem fidelem Item nota secundum eundem Crisostomum quod dicit Si vis non
dubitat Christi voluntatem ad omne opus bonum paratum sed quia non omnibus ex-
pedit corporalis integritas Nesciebat utrum expediebat ei illa curatio dicit ergo
Si vis ac si dicat Credo quod bonum est quod vis Ignoro autem si prodest michi
quod desidero bonum Sequitur Extendens Ihesus hic tangitur curationis co
mitantia et primo modus 2o effectus ibi et confestim 3o preceptum
et ait illi Dicitur ergo et extendens Ihesus manum scilicet illam que fabricavit celos
qua extendit largitatem et misericordiam In extensione manus signatur compassio
Unde proverbiorum ultimo Manum suam aperuit inopi et palmas suas extendit ad pauperem Et nota quod prius dixit Domine quod est nomen timoris
secundum illud Malachie 1 Si ego dominus ubi timor meus hic vero dicit Ihesus id est
salus quia timorem sequitur salus tetigit eum ut tactu mundissime carnis
maculam lepre abstergeret quia ut dicit Theophilus Christi sacra caro

licet etiam dominus posset solo verbo curare leprosum tamen apposuit manum et humanitas christi erat quasi instrumentum
ipsius divinitatis et ideo sicut artifex mediante instrumento operatur sic virtus divina in christo per applicationem humanitatis aliquam
faciebat ut eius qualitas divinitati declararet Iste tetigit leprosum ut lex que contaminare tangentem solebat
cum tactu domini fugaretur et recederet neque manus a lepra facta est inmunda sed corpus leprosum a manu sancta
mundatum lex namque fuit non ut lepra tangente non sordidaret ideo leprosum tangere prohibuit non ut leprosi
sanaretur sed ut tangentes non inquinaret non autem a lepra inquinari potuit qui eum mundavit et ideo contra legem
legis solvit tamen prohibitioni legis non obviatur nec propositum eius solvit quia non erat prohibitum tangere leprosum
qui ex tactu suo potuerat curare eum etc Item hic declaratur humilitas christi leprosum cum quem lex ex causa eiciebat que strictae
et perfectioni vite etc

est purgativa et vitam tribuens sicut existens ubi dei caro Et dixit nomen tetigit
eum in quo notatur humilitas Unde glossa Tetigit propter humilitatem ut nos doceret non
spernere pro aliqua corporis macula Job v visitans speciem tuam non peccabis Sed quia
qui tetigit leprosum cum hoc esset in lege prohibitum quod dicendum quod non erat in lege
prohibitum leprosum tangere ei qui ex tactu suo poterat curare sicut helias et heliseus
non fecerunt contra legem tangendo mortuum ad resuscitandum sicut habetur iii regum xvii
et iiii regum iiii Vel tertio glossam ut indicaret se non esse subditum legi sed
dominum legis qui non timeret contagium Iste glossa apparet super legem que leprosum
excludit esse gratiam que sanat eum Unde ait Non veni solvere legem sed adimplere
tetigit eum dicens volo mundare dixit volo quod fuit pietatis mundare quod fuit
potestatis Unde glossa volo in hoc pietas mundare in hoc magestas potestatis auditur
Item leprosus dixit quod donavit si vis dominus vidit indicative dicens volo Item
leprosus dixit potes sed dominus imperat dicens mundare Unde secundum Io et Cris. Non
est legendum coniunctim volo mundare quia hoc verbum mundare sicut infinite sed e
legendum separatim ut primo dicatur volo deinde subiungatur mundare imperative
Deinde exprimitur leprosi mundatio Et confestim mundata est lepra eius Cavilla ut
dicit Orig. Iste non distulit confessionem non eum tardavit credere Ideo dominus
non distulit mundationem Et non secundum Cris. quod ista dico confestim tardius perfecit quam
opus sanationis fuit factum Et confestim mundata est lepra Zemia secundum glossam
ipse dixit et facta sunt et nichil medium est inter opus et preceptum christi Non
in dominum Ambrosii et Rab Ihesus hic ita facit Tangit vult et imperat Tangit
contra Manicheum qui dixit christum habere corpus fantasticum Vult est fotinum qui
ait christum necessitate habere voluntatem sequens illud phi. quod autem diceret
ait christum ex ut velle nichil immutatur in re Imperat contra Arrium qui ait christum
puram creaturam et nichil posse imperando sed exorando Et ait illi Ihesus
hic ponitur triplex preceptum christi respectu mundati et primo preceptum occultationis
miraculi scilicet ut factum miraculum taceret 2o preceptum manifestationis ipsius mundati ut
se sacerdotibus ostenderet ibi sed vade 3o oblationis sacrificii scilicet ut munus in lege preceptum offerret ibi et offer munus et hoc est quod dixit et ait illi Ihesus Manda
tum ei imposuit non quod ei mandavit ut afferret ei primam ut quamquam
alia dona more medicorum quia vel quod ipsum glorificet coram hominibus inter phariseos
sed dedit ei mandatum ut celaret miraculum Unde ait Vide nemini dixeris sed
miraculum quod factum est sed vade ostende te sacerdotibus quorum erat discernere lepram
Unde sicut ad eorum arbitrium leprosi ab aliis separabantur ita non sine eorum arbitrio
ad consortium aliorum admittebantur sicut patet levitici xiiii et offer munus tuum
quod precepit Moyses levitici xiiii scilicet duos passeres vivos Secundum quod
mundatus a lepra bis offerebat primo autem quam castra ingrederetur offerebat duos
passeres vivos cum ligno cedrino et postea die octava duos agnos
si erat dives ut unum agnum si pauper de quo ritu et modo oblationis
habetur levitici xiiii Et hoc erat munus quod iussit dominus istum mundatum offerre Et
addit in testimonium illis quia attestationem facti mei et inexcusationem eorum sicut
Cris. Cum vos dominus sumunt ex miraculo nichil perfecturum in sua malicia

Marginal notes (right margin):

spiritu dignatur
ipse tangere non renuit
non potuit quia enim
rei misericordiam sed
ut nos formam humilitatis
preberet et compassionis quod
non est honoris pro
corporis macula vel
infirmitate spernere vel
abhorrere

352

q vn dns ipm leprosum tangendo mundat et precepit ut sacerdoti se ostenderet et sacrificium offerret precepit tunc enim leprosus a deo

tangitur cum peccator compungitur tunc sacerdoti se representat (reputat) cum peccatum confitendo manifestat tunc sacrificium offert cum

satisfactionem complet piger quippe expectat donec sacerdos eum querat sed tu preveni sacerdotem quia lepra ac-

ostendendo per omnes confessionem que confessio quattuor conditiones habere debet primo quia debet esse voluntaria unde dicit vade non

ductus nec tractus vel coactus sicut qui tormentis afflictus vel timore mortis in ultimis confitetur peccata 2o quia confessio

debet esse munda et aperta unde dicitur vade quod scilicet egisti quod cogitasti quod locutus es et non dicit absconde scilicet excusationibus

a vero palliationibus vel mentiendo aut etiam mussitando ut non plene omnia peccata cum debitis circumstanciis

2

permansuros unde miracula illa fuerunt in testimonium incredulitatis eorum quia dum ea recepit-

ad sanationem leprosi approbabat actus in Christum credere nolebat vel in testimonium illorum id est ut

illorum testimonio sanguinem habeant vel in testimonium illis id est pro illis in testimonium salutis

si crediderint Nota quod precepta cerimonialia habuerunt terminum suum usque ad

Christi passionem et ideo usque tunc ea servavit ut in circumcisione et ea observare

aliis precepit ut hic in leproso cum dixit vade ostende te sacerdotibus Unde glossa non

debuit auferri sic antiquum remanat signum Et per hoc significabat quod peccator qui per lepro-

sum significatur licet sit mundatus a lepra peccati per contricionem tamen adhuc tenetur se ostendere

sacerdoti per confessionem et ad recipiendum penitentiam pro satisfactione q Quia licet opera dei re-

velare et confiteri honorificum sit Thob 12 Cur prohibuit eum salvator dicens

vide nemini dixeris Respondeo secundum Crisostomum non simpliciter prohibet sed ut antequam se audiat sacerdos

nemini dicat ne forte sacerdotes occasionem habentes propter odium et invidiam Christi eum de populo

et leprosum expellerent non reputantes mundatum Alia ratio secundum Crisostomum Ambrosium et Augustinum

ut daret nobis exemplum quod de nostris operationibus ostentacionem et gloriam non queramus Tamen

quia ut dicit Crisostomus Nondum erat tempus Christi opera predicare quod conveniens erat

apostolis Item secundum Ambrosium quia meliores sunt qui fide spontanea credunt quam spec-

taculis ducuntur Item secundum Ieronimum et Cirillum quod non est opus verbo predicare quod eviden-

cia operis demonstrabat Sexta causa potest esse quia prius erat experiendum iudicium

sacerdotum ad quos secundum leges pertinebat iudicare de lepra ut supra Item videtur

quod iste leprosus fuerit transgressor precepti quia ut patet dicitur quod predicavit ubique Respondeo

est preceptum obligationis in quo est voluntas domini de impletione Exodi 2o Hono-

ra patrem tuum etc Item est preceptum probacionis in quo est voluntas domini de preparatione

ad actum ut de Abraham 22o Genesis Item est preceptum instructionis in quo est

voluntas domini non ad actum sed ad aliquid circa illum ut hic docuit nos ut non

divulgemus bona opera nostra ad ostentationem Unde glossa dat exemplum ut sui in magnis

que faciunt latere velint sed ut prosint aliis predicant merita Unde iste

leprosus non fuit transgressor precepti quia mandatum habuit non simpliciter sed ut non

diceret ad ostentationem Vel etiam secundum Crisostomum ut non diceret ante oblationem muneris

Secundum preceptum fuit vade ostende te sacerdotibus Notandum autem quod misit eum ad sacer-

dotes quamquam de causa Prima secundum Crisostomum propter humilitatem ut sacerdotibus deferre videretur Secunda

secundum eundem ut sacerdotes videntes leprosum mundatum si crederent salvarentur Tertia secundum

eundem et Crisostomum ne legem infringere videretur quia eum in hoc sepissime criminaba-

bantur Quarta secundum Augustinum ut cognosceret quia non per legis consuetudinem sed per

gratie operationem mundatus est Quinta quia licet esset mundatus non tamen reputabatur

mundus nec admittebatur ad cohabitationem aliorum nisi sacerdotum iudicio Nota

iste leprosus signat quemlibet peccatorem mortalem Nam ut dicit Haymo Est invisibilis

lepra in anima cum dominus peccatis incrassatur omnia Sunt autem septem conditiones leprosi in quibus

designantur septem lepre mortalis peccati Levitici 13 Quicunque maculatus fuerit lepra

et separatus ad arbitrium sacerdotis habebit vestimenta sua dissuta caput nudum

os veste contectum contaminatum et sordidum se clamabit omni tempore quo leprosus est

et immundus solus habitabit extra civitatem et castra Primo igitur leprosus eiciebat ab

aliis in quo designatur peccatum iste per quod anima spiritualiter efficitur leprosa que est ab aliis

recitando 3a conditio quia confessio debet esse propria unde dicit te scilicet ostendendo et non alios ut quod alii deprav-

facimus vel aliorum facta recitando vel eos cum quibus peccavimus revelando 4a quia confessio debet esse ordinata

unde dicit sacerdoti non cuicumque facienda est sed sacerdotibus qui habent claves scientie et auctoritatis

ut glossa
ad ...
...
videt sacerdotibus
...
...

ng (ria
ß erat
qui spac=
qd cuide=
indiuid
e videt
ß ku?o
s 2º gono=
parare
no est
z. ut no
y magis
ec iste
ut no
iunct
) ad sac
/ Secudo
f'n |
cima =
sed per
abat
No
usibil
y pub)
lepra
udid
us 2
at ab
alijs
dupp
ordinaa

Sicut aut…
inspirato su…
per graz pe…
clemesime…
ad domum …
roborato c…
effectus est …
ad domum …
et dilection…
dei iustitia…
et celestium…
sunt sape…
sicut plenu…
incarnat…
offerat…
per graz…
leprosum…
est morb…
alios ad …
lepra e …
corpus et a…
e morbu…
Christo q…
ex gratia…
sed in sub…
vaimi ex…
que sup…
carnis t…
in pirgi…
confidens…

Ubi notandum quod lepram corporalem quandoque manus curavit legis. primo per ablucionem sicut patet in Naaman et significat lacrimarum
effusionem. Secundo per ostensionem sicut patet in x leprosis qui eundo ad ostendendum se sacerdotibus mundati sunt et significat
confessionem. tercio per separacionem sicut patet in Maria sorore Moysi. Et hec est eciam commutacio que instar cauterii debet
esse medicinalis. quarto per immissionem sicut patet in manu Moysi que de sinu extracta leprosa apparuit sed
in sinum reposita curata fuit. Sic multi qui in seculo spiritualiter erant leprosi mundantur claustrum ingressi. quinto
per tactum sicut patet hic ubi manus Christi carnem leprosam tetigit et mundavit. Ubi notandum quod triplex est
tactus valde virtuosus scilicet tactus pure corporalis et tactus pure spiritualis et tactus partim corporalis et partim spiritualis.
Tactus pure corporalis est in quo et quod tangit et quod tangitur est pure corporale et iste fuit in
Christo valde virtuosus et omnem infirmitatem sanabat primum sicut de multis patet in ewangelio. Tactus partim
corporalis et partim spiritualis est in quo quod tangit est spiritus sed quod tangitur est spirituale vel corporale. Hic
est tactus tribulacionis et iste similiter est valde virtuosus valet namque ad confringendum peccatorum duriciem
et reprimendum carnis concupiscenciam et ad plorandum miseriorum paciencia(?). Tactus pure spiritualis est in quo et
quod tangit et quod tangitur spiritus est et hic tactus est interne inspiracionis et iste similiter est valde virtuosus
virtus autem eius ad septem effectus est secundum septem dona spiritus sancti. primus effectus est boni propositi
inspiracio sive conceptio et hic potest ad donum timoris a quo concipitur spiritus salutis. Secundus est
per graciam peccatorum remissio et hoc potest referri ad donum pietatis secundum illud Danielis peccata tua
elemosinis redime. Tercius est utilitatis(?) sive iniciatorum(?) ad salutem instructio et hic refertur
ad donum sciencie que docet recte conversari. Quartus est ad bene operandum et ardua aggrediendum
roboracio et hoc quantum ad donum consilii quod respicit maxime opera supererogacionis. Quintus
effectus est in tribulacione consolacio per quam anima fortificatur ad tollerandum adversa et hoc quantum
ad donum fortitudinis que precipue attenditur in tollerancia adversitatis. Sextus est caritatis
et dileccionis dei inflamacio et hoc quantum ad donum intellectus qui docet intelligere et intelligendo(?)
accenditur et inflamatur. Septimus a terrenis elevacio
dei sciencia per quam anima in eius amorem accenditur
et celestium contemplacio et hoc quantum ad donum sapiencie que est de terrenis scilicet deviis(?) que sursum
sunt sapere non que super terram. Flexit(?) autem leprosus genua quando languidus peccatis
sicut petendo(?) lepre qui omnes prevenit et egerit contra dominum illa scilicet ut extenta manu et
incarnato dei verbo. Quamvis continente(?) natura a prima creacionis varietate mundetur et
offeratur pro sua mundacione corpora sua hostiam deo vivam. Beda. Hec est dominus miraculum
per graciam suam facit cottidie non desinit. Quocienscumque eius nomine invocatur recte
leprosum mundat. Moraliter quippe per lepram significatur peccatum plurimis de causis. primo quia lepra
est morbus contagiosus et periculosum est commorari leprosis sic peccatores contagiosi sunt et inficiunt
alios ad peccata pertrahendum et ideo periculosissimum est commorari cum eis conversari. Secundo quia
lepra est morbus periculosus inficit enim totum corpus non tantum in parte eius sed peccatum est periculosius quia
corpus et animam inficit et corrumpit et ideo valde timendum et fugiendum est. Tercio quia lepra
est morbus fetidus et abhominabilis sic peccatores fetentes et abhominabiles sunt deo et angelis
Quarto quia leprosi separantur ab aliis hominibus et locantur extra alios sic peccatores separati sunt
a gracia dei et ecclesie communione fidelium et celestium et separantur a bonis hic quantum ad mundum
sed in futuro quantum ad consorcium et quantum ad locum et quantum ad premium. Quinto sicut lepra
varium exprimit colorem in cute sic peccatum variatur secundum species in mente illa enim aut lepra est
que superbia ira avaricia accidia gula invidia vel luxuria predestit(?) sicut sunt in
carnis tumore superbia in excussione iracundia in siti avaricia in ponderositate accidia
in prurigine gula in putredine invidia in fetore luxuria. Talis leprosus
confidat(?) erat ad Christum festinet ad medicum non desperet vere peniteat et mundari

desiderium fideli leproso ex humilitate et pudore in faciem procidat ut de sue vite maculis erubescat
sed confessionem pre verecundia non reprimat, vulnus ostendat et cum lacrimis et gemitibus se
peccatorem recognoscat. Secreto vulneri remedium querat et deum intima compuncto animo et corde
imploret, et remedium postulet deo se humiliando et deprecetur eum ut sua gratia se tangat
et sanet eum. Confiteatur se immundum et ipsum potentem ad se mundandum, et apud ipsum tamquam
leprosus clamet et dicat domine si vis potes me mundare. Si enim hoc egerit, certus sit
de venia non desperet de penitentia, sed cor contritum recipit dominus, quia legitur. Deus nunquam enim
quemquam venientem ad se penitentem repellat, sed omnibus sinum sue misericordie aperit et expandit. Non
eget spatio annorum vel longitudine temporis in pena, et cor contritum et humiliatum requirit
et digne penitentibus peccata relaxat. Tali enim manus domine sue pretendit
tactu et amplexu cuncta eius crimina relaxavit. Extendit enim dominus manum, quia domine tunc misericordie
miserationis impendit auxilium, et statim sequitur remissio peccatorum. Nunc de gratiarum actione recordabatur talis mi-
sericordie sacerdotis. Ut peccatis autem mundatus deo offerre munus id est sacrificium laudis et eum ubique
laudare, quia deo valde gratus esse, ei semper gratias referendo et proximis bona que potest faciendo
suam erga deum et proximos caritatem. Nichil enim nobis per vanam gloriam debemus attribuere
sed omnia deo offerre. De omnibus enim operibus nostris deus vult ut habeamus totum meritum, et proximus
noster habeat bonum exemplum, sed deus vult habere laudem et gloriam. Tria etenim deus reservat
et nunquam nulli creature unquam communicare voluit scilicet gloriam vindictam et veri iudicii potestatem.
Gloriam autem auferunt vane gloriosi, vindictam superbi et iracundi qui de iniuriis ipsis illatis vindi-
care se cupiunt. Iudicium temerarii et presumptuosi qui de occultis aliorum iudicare volunt. Et
quia ut dicit Crisostomus oportet beneficiatum hic gratum esse et gratias reddere, etiam si benefactor non
indigeat. Ideo licet dominus precepisset leproso mundato ut de sua curatione taceret, tamen egressus et
regressus sermone et opera domini et verba diffamabat, et summo sanitatis et doctrine de illo
magis perambulabat, quia habet ipse quod homo fugit famam et gloriam aufert eam, vera ut
ait Bernardus, hoc solum habet mundi gloria gloriosum quod insequentes se fugit et fugientes insequitur.
Et ideo comparatur umbre, quam si certis insecutus fueris non comprehendes et si ~~fugeretis non~~ pre-
terieris non effugies. Ille itaque sanctus officio creatoris cepit predicare et se interius exterius
sanatum docere, ita quod unus salvatus multos ad deum faceret venire.

propter iurgium et contumeliam eiicienda proverbiorum 22 Eiice derisorem et exibit cum eo iurgium
cessabuntque cause et contumelie. Hec est lepra Marie que rixata est contra Moysen et eiecta est
a castris Numeri 12 Maria apparuit candens lepra quasi nix. Et sequitur quo eiecta est sicut
enim pera leprosi habentes venenum sub lingua ab aliis eiciuntur ne per eos alii inflamma-
rentur. Numeri 5 Precipe filiis Israel ut eiciant de castris omnem leprosum ne contaminent
ea cum habitaverit vobiscum. Nix excecat oculos itinerantium et ira hominis huiusmodi
dissensionis. Katho Impedit ira animum ne possit cernere verum. Secundo habuit in lege leprosus ve-
stimenta dissuta. hec est lepra invidie que procurat dissensionum scismata. Vestitu-
tur enim invidi illam Christi tunicam inconsutilem desuper contextam per totum quam Christi
crucifixores noluerunt scindere Johannis 19. Hec est lepra Symonis Luce 7. Cum in-
videbat sine gratia egit ferens quod dominus faciebat Magdalene Sed dominus ad eum
Aquam pedibus meis non dedisti, osculum mihi non dedisti, oleo caput meum non unxisti
quia invidi nec habent lacrimas contricionis in corde, nec osculum pacis in ore, nec ole-
um pietatis aut devotionis in opere. Ideo Deuteronomio 24 Observa diligenter ne incurras
plagam lepre. plaga enim est scilicet contumelia et invidia dissipans unitatem.
Tercio leprosus habebat caput nudum in quo designatur lepra superbie. Caput enim nudat
qui opera aliqua eminentie aut sanctitatis per presumptionem superbie ostentat. hec est lepra
Ozie qui ex presumptione cordis usurpabat sibi officium sanctitatis. Ideo lepra apparuit ei in
fronte ubi signum est superbie 2 Paralipomenon 26. Et dicitur ibi quod leprosus fuit usque
ad diem mortis sue quia peccatum presumptionis et superbie eo quod correptorem non sustinet
ut frequenter perseverat ~~lepra accidie~~. Quarto leprosus habebat os veste contectum
hec est lepra accidie. Os enim veste contegitur cum accidiosus dominante verecundia
non confitetur. Job 31 Non peccavi ori meo [illegible] ori suo prius quam peccata que fecit
confiteri erubescit. Ecclesiastici 4 Non confundaris confiteri peccata tua. hec est lepra Moysi
Exodi 4 Mittit Moyses manum suam in sinum et leprosa extrahitur. Quia quando mala
sua opera in secreto cordis abscondit lepra accidie punitur. sed manus Moysi
in sinum reextrahitur et lepra curatur et sana ostenditur quia cum ad secretum conscientie revertitur
ubi mala acta retractantur ad publicum confessionis exitur, et sic hec lepra curatur.
Quinto contaminatum se clamabat in quo designatur lepra luxurie per quam maxime co-
ntaminatur anima Jeremie 3 Si dimiserit vir uxorem suam et recedens ab ea duxerit
virum alterum numquid non polluta et contaminata erit mulier illa. Contaminatum
igitur se clamat qui publice per luxuriam peccat. hec est lepra Joab 2 Regum 3 Non
deficiat de domo Joab fluxum seminis sustinens et leprosus tenens fusum et cadens
gladio et indigens pane. Joab interpretatur pater quia fornicator enim notorius aliorum
est per sui imitationem fluxum seminis sustinet per continuam passionem. hec enim peccata
vix dimittet hominem. Et leprosus est infectus medullitus per inertis corruptionem
infelicem quia ubi homo totus efficitur caro. tenens fusum dicitur propter volubile inconstantiamque
effeminationis concupiscentiarum magis
que in hoc peccato est delectatio. aut tenens fusum propter effeminationis consuetudinem magis
enim est confusio virum nere et vacare colo. et magis species enervate et enirvatio
vacare tamquam vili peccato. Cadens gladio per ingeniam conscientie punitorem. hoc enim habet propter
illud peccatum conscientie stimulantis aculeum et mentis plenitudine quia lepra naturalis arguit
hominem. Et indigens pane quia indigenam se reddit omnium spiritualium consolationum. hec sentiunt. Sexto
in domo Joab non deficiunt quia notorii fornicatores in conscientiis suis hec senciunt
se sordidum esse clamabat. hec est lepra gule per quam sordemque et immunda efficiuntur.
Job 18 Reputati sumus ut iumenta et sordidum coram te. Iumenta

cum certis temporibus coitui non vacat sed nunquam sobrietatis modum tenet semper cum vacat in-
trimine sed non continue. Hec est lepra Naaman 4 Reg. 5. Erat Naaman princeps mi-
licie Regis Syrie vir dives sed leprosus. Nobiles cum et divites maiores infecti sunt
lepra gule Luce 16 homo quidam erat dives et induebatur purpura et bisso et epulabatur cottidie splen-
dide. Cum sint in conviviis suis macule coinquinantes ut dicit Judas. Nemo solus habitabat cer-
tatis. Hec est lepra avaricie. avarus cum per insaciabilitatem et insaciabilitatem appetitus
infiniti vellet solus totum mundum occupare Ysa 5 Ve qui coniungitis domum ad domum
et agrum agro copulatis usque ad terminum loci Numquid habitabitis vos soli in medio terre. de hoc cum satis
miratus est Crisostomus cum respexit intra cubicula. in uno iacentem inter pallacia. in
uno manentem plura [illegible] vinum merci valentem ubi esse non possunt. Hec
est lepra Gesi 4 Reg 5. Egressus est Gesi ab Heliseo leprosus quasi nix. precium cum lep-
ra Gesi precium significat Symonie que est species avaricie Unde notabiliter dicitur est inter Rex n-
ocet oculis ne videat et pedibus incedentium ne rectam viam teneat. Et symonia
maxime excecat prelatos et curatos facit subditos. Sed nunc sicut Helizeus eiecit Gezi
qui egressus est ab eo. et Cristus vendentes et ementes columbas eiecit extra de templo
Joh 2. Sic hodie aliquis Heliseus et aliquis Cristi vicarius hanc lepram purgaret de sinagoga
propter hoc forte dicitur Luce 19 quod Cristus eiecit extra tales. ut quod Cristus incepit vicarius eius
deo consummat. Hec sunt ergo septem condiciones lepre. et septem lepre persone que no-
minatim exprimuntur ubi de lepris agitur in serie sacre scripture. significantes infec-
tionem septuplicis culpe. Septem autem erant in mundacione lepre Levitici 14 Hic
est ritus leprosi quando mundatus est ut in textu ibi. Erant duo passeres et lignum
cedrinum vermiculum et ysopus et panes lavabantur et radebantur ungebantur
quibus designantur officia septem virtutum per que dicte lepre mundantur. In passere
qui a pusillanimitate dicitur secundum Ysidorum Ethimologiarum ac humilitas intelligitur
per quam lepra superbie mundatur et propter duplicem humilitatem interiorem et exteriorem
duo passeres dicuntur Levitici 14. lepra volatilis et vaga debet igne comburi
si cessaverit lavabit ea que pura sunt 2o et munda erunt. lepra volatilis
et vaga superbia est. que hinc evulsa alibi pertinaciter oritur. sedes mutat.
Unde extirpatur inde suscitatur. unde augetur unde minui creditur. Nam
gloriam de abstinencia quam subtrahit facultas cenandi statim superbit
considerans se esse tanti quod nature sint eius recipimus. hec comburitur igitur inte-
rius et lavabitur exterius et mundatur quando per graciam spiritus sancti superbie fomes
intus reprimitur et virtus humilitatis vere et puritatis exterius manifestatur. Secundo
adhibetur lignum cedrinum quod odore suo serpentes interficit et est sobrietas
que motus carnales reprimit. et sic mundatur lepra gule 4 Reg 5 dicitur Naa-
man leproso Vade et lavare septies in Jordane et recipiet sanitatem
caro tua. atque mundaberis Jordanis interpretatur rivus iudicii In quo significatur
iudicium mortis Nichil enim adeo valet secundum Gregorium ad domanda carnis
desideria sicut cogitare qualis est caro mortua. Septena vero locio perfecta
hominis rei consideracio et sic caro recipit sanitatem cum tenemus nos ab omni sobrietate. Valde
infirmus est gulosus cui quibus satisfacere non potest terra et mare et aer. Avicenna ex-
poliat venatibus aliter pisces gustum humidum gustum aerea gustum aquatis.
2 Cor 7 Karissimi mundemus nos ab omni inquinamento carnis
et spiritus perficientes sanctificacionem in timore dei Inquinamento dicitur carnis et spiritus.

qr gula carnem inquinat infirmitas In multis enim escis non deerit infirmitas Eccl.
37 et spiritum impulitate / 3° addebatur vermiculus i. coccus bis tinctus hoc est caritas
que tota inflamat animam per motum dilectionis in deum et proximum in proximum hec
mundat lepram inmundicie ps. Secundum mundiciam manuum mearum retribuet mihi quia
custodivi vias domini nec impie gessi a deo meo Inmundus enim vias domini i. caritatem
non custodit et machinatus qui proximum impie agit / 4to addebatur ysopus herba
petre adherens et maculas faciei emundans hec est humilitas per quam domino fir-
miter adheremus et in eius fructu a latere sumus hec mundat lepram accidie Levitici
16 mense septimo decima die mensis affligetis In hac die erit expiacio vestra atque
mundacio / ab omnibus peccatis coram domino mundabimini - salvacio enim refectionis est et affli-
getis animas vestras Secundo enim gracia spiritus septiformis in donis illuminat desertum
intellectus ad cognitionem / et incitat pusillanimitatem affectus ad perceptionem divinorum
operacionem / tunc est decima dies septimi mensis et tunc mundatur a lepra accidie per afflictionem
carnis et exultacionem mentis que solet esse deum sicut eadem dies erit illa / Et dice-
batur propiciacionis et afflictionis quia fuit sue et parte interioris leticia et ex parte
exterioris mundicia Et hoc est coram domino mundabimini affligetis animas vestras Quinto
lavabatur leprosus in quo designatur castitas que mundat lepram luxurie luxurie Eze
16 dicit dominus anime luxuriose mundande facta es mihi et lavi te aqua et emundavi
sanguinem tuum ex te / Et hec mundicia requiritur in ministris altaris ysa 52 mun-
damini qui fertis vasa domini Levitici 16 postquam emundavit sanctuarium tabernaculum
et altare tunc offeret hircum viventem quia tunc non est in tabernaculo carnis titillacio
et altare tunc offeret / nec in sanctuario anime delectacio nec in altari spiritus consensio tunc potest sic digne
celebrare et tunc offertur hircus verum et vivum corpus christi Sexto radebatur
rasio pilorum abiectarum scilicet superfluorum hec est liberalitas que mundat lepram
avaricie Mt 8° Extendens ihesus manum suam tetigit eum dicens Volo mundare
et confestim mundata est lepra illius In hoc significat dictum quod liberalitas per ma-
num extensionem mundat avaricie infectionem Jaco 4 Emundate manus peccatores
Avaricia enim in affectu cordis consistit sicut est de luto in manu Septima
leprosus ungebatur sanguine et oleo hec est tranquillitas mentis sive serenitas
que mundat lepram ire Levitici 14 Ponet sacerdos de sanguine hostie super ex-
tremum auricule dextre eius qui mundatur et super pollicem eius manus dextre et
de olei sextario mittet in manum suam Et sequitur Reliquum fundendum erat super
eum qui mundandus erat sanguine manus et pedes et aures tinguntur quod
aures ne audiat detractionem obturantur / cohibentur manus ne malum operentur
pedes affectuum ne vertentur Addatur oleum compassionis proximi que in corde sua-
tur et sic tota mens sanatur et ire lepra mundatur Mt xi leprosi mundantur Et sic
patet quod passer humilitas mundavit lepram superbie / cedrus sobrietas lepram gule
vermiculus caritatis lepram invidie / lotio castitatis lepram luxurie / rasio libe-
ralitatis lepram avaricie unctio tranquillitatis lepram ire / Sed hic possunt mo- dubitaciones
veri quatuor dubitaciones / prima utrum mundatus a lepra peccati per contritionem teneatur ostendere
sacerdoti scilicet et sibi confiteri / Secunda utrum peccator teneatur semper confiteri sacerdoti vel ex statuto
tempus ab ecclesia institutum / 3 utrum teneatur aliquid offerre sacerdoti cui confitetur / Quarta utrum
sacerdos sine peccato pro absolutione posset aliquid petere / Ad primam est dicendum quod necesse
est mundatum a lepra peccati ostendere sacerdoti et confiteri sibi propter quatuor / primo propter preceptum

integritate quia confessio est una pars penitentie, quantumcumque ergo quis esset contritus dummodo non confiteretur possibilitate existente non esset vere penitens, quia deficit sibi aliquid pertinens ad integritatem penitentie, puta confessio et operis satisfactio secundum arbitrium sacerdotis. Unde dicitur de penitentia distinctione vi: quod tanta est vis confessionis ut si deest sacerdos confiteatur proximo. Sepe etenim contingit quod penitens non potest verecundari coram sacerdote quem desideranti nec locus nec tempus offert, et si ille cui confitebitur solvendi potestatem non habet, efficitur tamen dignus venia ex desiderio sacerdotis. Secundo propter ecclesie unitatem. Sicut enim antequam homo baptisetur non efficitur membrum ecclesie nec incorporatur Christo ut ab ipso peccatum originale removeatur, Ita antequam confiteatur sacerdoti non efficitur membrum ecclesie nec incorporatur passioni Christi ut ab eo removeatur peccatum actuale. Unde de penitentia supradicta dicitur quod laboret penitens ad ecclesie unitatem redire, quia nisi peccatori unitas ecclesie succurrat ut quod sibi deest sua operatione compleat de manibus inimici non eripitur. Tercio propter morbi sanitatem. Nam postquam homo virtute nature curatus est a morbo corporali adhuc debet medico indicare et confiteri suam egritudinem ut videat per signa si perfecte curatus est, sic postquam dei virtute et cordis contritione homo mundatus est a peccato adhuc debet et tenetur sacerdoti se offerre ut per signa contritionis et satisfactionis absolvendo ipsum perfecte ostendat esse curatum. Unde dicitur extra de penitentiis et remissionibus: Cum medici corporales monere debent infirmos ut statim medicos spirituales querant. Quarto propter cognoscendam dei largitatem. Efficitur enim homo ingratus si consecutus mundacionem peccatorum sacerdoti vicem Christi gerenti se non presentet et laudes deo per eius confessionem offeret. Unde reprehenduntur de vicio ingratitudinis ore domini leprosi qui dum irent ad sacerdotem mundati sunt, et nullus fuit reversus ut daret gloriam deo nisi alienigena. Et quod virtus precepti affirmativi obligat semper non tamen ad semper, sed loco et terminato tempore. Quod secundum est dicendum de confessione aut peccatorum facienda sacerdoti, est datum preceptum affirmativum iuxta illud Jac. v: Confitemini alterutrum peccata vestra, et per ecclesiam est taxatum et determinatum tempus iuxta illud quod scribitur de penitentiis et remissionibus: Omnis utriusque sexus semel saltem in anno postquam ad annos discretionis pervenerint confiteantur ut iniunctam eis penitentiam pro viribus studeant adimplere, suscipientes in pascate eucaristie sacramentum. Unde puto quod non peccat homo differre confessionem usque ad tempus quadragesime ab ecclesia institutum, nisi faceret in contemptum vel nisi instaret mortis periculum, si tamen perfecte esset contritus habens propositum confitendi in tali tempore ab ecclesia prefinito quod ad devotionem excitaret; si ante mortem esset preventus esset salvus. Tucius tamen et securius est semper post peccatum, puto quod tunc peccatum occurrenti homini debita oportunitate ipsum confiteri, quia per gratiam quam recipit in confessione sacramentali fortior efficitur peccatis resistendo et securior permanet in vitando mortis periculum, quod nisi subito preveniatur semper tenetur confiteri. Et hoc intelligo de laicis, quia clerici vel religiosi vel qui sacros ordines sunt suscepturi vel iam receptis ministraturi semper et in ordinum receptione et sacramentorum administratione confiteri tenentur propter reverentiam eucaristie.

3 Ad tertium est dicendum quod sicut dicitur extra de symonia: sacramenta libere sunt recipienda et libere sunt per ministros ecclesie conferenda. Offerre quod aliquis sacerdoti cui homo confitetur [illegible] et pactionem et sic illicitum est et dampnosum. Primo propter ipsius sacramenti emptionem, et sue dampnationis homo similis recipit cum Symone mago a beato Petro apostolo quod audivit: Pecunia tua tecum sit in perditionem quia existimasti donum dei pecunia possideri, ut dicitur prima causa questione prima. Secundo propter ipsius ministri sustentationem. Nam ministri sacramentorum ~~propter eorum~~ pro eorum administratione vivere debent, quia nullus propriis stipendiis militare tenetur. Unde pro sustentatione ministrorum quedam decima fuit ordinata. Unde Numeri xviii°, ita cum dixit dominus ad Aaron: Ubi nichil possidebitis nec habebitis partem aliquam inter filios Israel, quia ego pars et hereditas tua in medio eorum, et filiis Levi dedi omnes decimas Israel in possessionem pro ministerio quo serviunt mihi in tabernaculo, et ipsi portabunt peccata populi mei. Unde illi ministri qui nec decimas nec aliquos redditus a

p[o]p[u]lo recipiunt vnde in ecclesiis eorum possunt sine licite pro administratione sacramentorum possunt recipe
in sustentationem vite ipsorum sic sunt religiose paupertatis et personarum conducti in ecclesiis quibus non
dantur nisi que a populo gratis offeruntur talibus enim curiale et quodammodo debitum quod aliquis
offeratur cum ab eis aliquod sacramentum recipitur ad sustentandum vitam eorum Ad quantum
est dictum quod sacerdos pro ipsa absolutione sacramentali sicut qui precio non potest aliquid petere quia si Gesy
qui donum sanitatis corporalis vendidit naaman syro ab ipso Eliseo mundato sanitatis
gratiam amisit lepra percussus multomagis sacerdos vendens gratiam liberationis sanitatis
spiritualis esset deponendus et quasi lepra percutiendus sicut dicitur prima questione prima. tamen quia
vna pars satisfactionis peccati est elemosina potest sacerdos pro satisfactione peccatorum illi qui sibi
confitetur aliqua penitenciam pauperibus soluendam in elemosinam faciendam iniungere quam pro su=
stentatione sue vite posset retinere si aliunde sibi prouidere non posset, caueat tamen debet
timere sacerdos ne talem penitenciam imponat nisi in generali faciat talem elemosinam ne
ille qui confitetur scandalisetur credens quod talis magis intendat solutionis venditionem
quam peccati satisfactionem et ne ipse cupiditate vincatur intendens magis sue cupiditatis
subuectionem quam peccatoris sibi confitentis correptionem vel emendationem.

Cum autem introisset ihesus capharnaum accessit ad eum centurio
rogans eum et dixit Domine puer meus iacet in domo
paraliticus et male torquetur et ait illi ihesus ego veniam
et curabo eum Et respondens Centurio ait Domine non sum dignus
vt intres sub tectum meum sed tantum dic verbo et sanabitur puer
meus Nam et ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me
milites et dico huic vade et vadit et alij veni et venit
et seruo meo fac hoc et facit Audiens autem ihesus miratus est
et sequentibus se dixit Amen dico vobis non inueni talem fidem
in israel dico autem vobis quod multi ab oriente et occidente veni=
ent et recumbent cum Abraham ysaac et Jacob in regno celorum
filij autem regni eicientur in tenebras exteriores ibi erit fletus
et stridor dencium Et dixit ihesus centurioni vade et sicut
credidisti fiat tibi et sanatus est puer in illa hora ...

Hic ponitur secundum miraculum scilicet curatio paralitici et diuiditur in duas partes quia primo describitur
hic centurionis fides et deuotio secundo christi hic infertur commendatio audiens autem ihesus Circa primum
est aduertendum quod iste centurio ad cuius preces seruus eius curatus est non erat iudeus
sed gentilis ibi positus a romanis ad custodiendum principalem ciuitatem galilee
scilicet capharnaum quia tota illa terra subiecta erat romanis propter quod Judei coram pylato
dixerunt regem non habemus nisi cesarem Et ideo quia saluator erat iudeus quem etiam
credidit deum et hominem non venit ad eum in propria persona reputans se indignum ad hoc
impetrandum sed misit ad ihesum principes iudeorum ut dicitur luce vij ut per eos
curationem serui sui facilius impetraret et quia quod per amicos facimus quodammodo
per nos ipsos facimus Ideo dicitur hic eum venisse ad ihesum non quia in propria persona
venit sed per nuncios quos misit Vnde glosa lucas rem ut gesta est narrans
dicit eum misisse seniores sed hic tamen breuitatis causa cuius fides laudatur cuius
desiderium et voluntas defertur maluit prudenter dicere accessisse quam eos per quos
mandabat vt ille quia credidit magis dicitur tetigisse xpm quam turbe que compri=
mebat Ita centurio quomagis credidit eo magis accessit hec glosa Cum autem
introisset Capharnaum capharnaum interpretatur villa pinguedinis de pinguibus et
crapula generatur paralisis et infirmitates cetere accessit ad eum centurio id est accessit fide
et desiderio non pedibus Accedite ad eum et illuminamini Centurio alienigena et dicebatur
centurio quia habebat centum homines in armis ad custodiam illius terre

desiderio vocis quam congressu corporalis

[marginal note:] Centurio accessit alienigena gradiens ... domesticus corde alienus nacione vocans ... fide ... milites ... angelorum

ppetua erat inde q̄ h̄ret illis et ideo p̄cepit eam anq̄ adipui carpa ut accidit ipsiutas
pro diuina gratia p̄ et ffigens p̄semens q̄ p̄ fraudacē dilectos ipso accessit q̄o
misit ad eum rogans p̄ eos et dicens etc.
q q q q sum tertio tanta cura et sollici etc. p̄ fuos suos habet dispē debeq̄ qui misera
q̄ fuos uite effodit ac sollici etc. et cura hic decis no erat hoc sed multi sunt hoc
q̄ uidentes p̄ de dos suos quomodo eos negligunt et plq̄ despiciunt famis q̄ despi
dilecti fuos solliciti sunt plq̄ q̄ sibi ipsis et uoluptatibus q̄ p̄ dulc̄ deu̇tatibus q̄ desiderat

Iste igitur Centurio auditis xp̄i miraculis firmit credidit q̄ potuit sanare suum suum q̄
erat ei valde carus ut d̄r luce vij Et ideo de eius sanatone erat valde solliciatus
Rogabat eum / glo̅ multi per internuntios / et dixit dn̄e / s. in cuius ptate ē morbus et sanitas
mors et vita p̄ Reg̅ ii° dn̄s mortificat et viuificat / dn̄e puer meus / tunc alit
loquitur suo noiat puerum ab etate vel familiaritate potius qū a condicione et
superbos qui famulos dedignantur iacet in domo q̄ inhumanos dn̄os q̄ expellunt
infirmos famulos de domo sua utz de madianita de p̄ Reg̅ 3° dereliquit me dn̄s
q̄ egrotare cepi / paliticus paliss d̄r a para q̄d ē re et lis q̄d est solutio q̄ resolutio
membrorum / et male torquetur Crisostomus infirmitate tamen exposuit sed remedium sa
nitatis in ptate uīa eius dimisit / glo̅ d̄r hic tria dicit iacet paliticus torquetur
pro suo in quo desperans sic uniseri cordiis Sed q̄r sacra scriptura frequenter sub ty
po morborum corporalium nobis describit q̄litate peccatorum Ideo per egritudinem huius sui
statum peccatoris potest designari cuius condicio est piculosa et miserabilis et hoc ex multis
pmo q̄r facit de libero suum Ioh viij° q̄ facit peccatum suus ē pecti / similiter et per s° ago
quod supatus est eius suus est / pccā enim sunt dn̄i et dii / de q̄bus d̄r ys. xxvi dn̄i et
dn̄s alienis etc. / piculosum est h̄re dn̄is putabimus peccatis suum Crudeli enim sunt
peccato sunt et actori pecti .i. dyabolo q̄ est crudelis dn̄s et figat per Naab etc.
Iabes de quo legitur i Reg̅ xi qui dixit confederat sibi volentibus / In hoc feriam
vobiscum fedus ut eruam omnium vestrum oculos dextros ponam vos obprobrium
in vniuerso isrl̅ hoc idem facit dyabolus sibi seruientibus / eruit enim eis oculum dextrum .i.
oculum diuine cognitionis et post eos obprobrium deo et angelis eius / et hec condicio
similis peccatoris tangitur in hoc q̄ d̄r puer meus / Consuetum est enim in scripturis ser
uos pueros appellari / pro quo sciendum est q̄ tria sunt genera seruorum / Primo
sunt originarii qui in scripta originali dicuntur / et sunt isti q̄ in seruitute nati sunt
et tales q̄si viles multis subiacent legalibus penis / et a pluribus actibus exclu
duntur ad quos alii admittuntur / q̄r non possunt contrahere nec testimonium ferre etc. Sic
nos omnes spūaliter nascimur serui originarii i. originalis pecti / et q̄ seruitute multa
ta dampna et pene nobis eueniunt secundum iusticiam legis diuine nisi per baptismum
inde liberemur / quarum penarum maxima est diuine visionis carencia qua omnes
no baptisati sustinent / etiam si puer moriatur in via eundo ad baptismum ba
ulatur Secundo sunt serui empticii q̄ ab hostibus capti in bello vel empti
seruituti sunt astricti / sic homo efficitur suus dyaboli cum capitur peccato actuali
Vnde Eccl̅s ix dicitur Sicut aues capiuntur laqueo et pisces hamo / sic capiuntur
homines in tempore malo / Vnde dyabolus sepe temptat bonos transfigurans se in angelum
lucis / sicut habetur 2° Cor̅ xi et ideo dicit Greg̅ assidua temptacione temptat ut
saltem tedio vincat Nichil enim se fecisse estimat cum animas non sauciat / ex
quo p̄z q̄ continua temptacione conatur homines in seruitute sua redigere / et quandoque
sua malitia sub specie boni et virtutis occultat / ut eos grauius decipiat Vnde sicut
dyabolus apparuit cuidam viro religioso in forma bte virginis dicens illi / cum si sibi placere
vellet perpetuum debet tenere silentium volens per hoc seducere hominem a confessione
missa et horis canonicis diuidendis retrahere / sed tamen deus omnipotens eundem tandem illu
minauit ad ipsius dyaboli malitiam cognoscendam Simile legitur de bto Martino cum
pupuratus apparuit asserens se fore xp̄m ut habetur in eius legenda / et sic dyabolus
in bello spūali quatit homines suo seruitio subiicere / Tercio sunt serui empti a
dyabolo ut q̄ trahuntur ad malum a dyabolo per fauores et prosperitates / de talibus
erat Achab cui dixit Helias 3° Reg̅ 20 Eo q̄ venundatus sis ut faceres
malum in conspectu dn̄i / Et hii serui dicuntur conducticii qui non ex natiuitate sed ex vo
luntate seruiunt spe lucri / sic auaricia et alia peccata maxime vsitata faciunt
seruos Vnde apostolus dicit auaricia ydolorum seruitute / Ex quibus p̄z q̄ omne peccatum
mortale de libero facit seruum Secundo peccatum facit hominem impotentem ad regnum

et iuo puniendum quod sigat in eo qd de filio centurionis dicitur Jacet in domo
quia opa pctoris quantumcumque mag sint non psunt sibi directe ad meritum vite et ne
publicorum v. Iniquitates sue capiunt impium et funibus pctorum suorum constringitur
scilicet ut non posset mereri vitam quamdiu subest pcto vel sic sm hug de s victore pctor
dicitur iacet in domo quia terrenis per amorem incubit. Ille enim qui iacet. capud vetrem
et pedes applicat terre. capud hominis est mens vel ratio pedes sunt affectus. venter est
sensualitas in qua tamquam in sentina delectationum stercora cogeruntur ps9 adhesit
in terra venter nr. Jacet ergo pctores quia per amorem ad celestia non assurgunt sed
in terra totis affectionibus defigunturr. Ven quos dicit dns sophonie p° visitabo sup
viros defixos in fecibus suis. Certo pctm dissolvit celestiale consortium qd notatur
in eo qd dicitur paliticus. sibi sicud primo quod paliss est mollificatio vel dissolutio vel
contractio membrorum et sigat pctm mortale pctm enim membra mollia facit ad re-
sistendum temptationem vel adversitatem. Ideo pctores tempore temptationis faciliter ruunt unde
pctor quo ad hoc figatur per caim qui dixit ut habetur Gen 4° Omnis qui invenit
me occidet me quia qui vis temptatio superat pctorem. Ergo pctm dissolvit pctorem
et hoc dupliciter primo quia scindit eum a consortio eccliesie. omnes enim boni sunt unum
corpus Ro 12 et singuli alter alterius membra. quapropter participat et communicat
sibi mutuo bona sua. quia ergo existens in mortali pcto est particeps omnium bonorum
que sunt in ecclesia. hanc participationem petiit david dicens particeps ego sum omnium timentium te
a qua pctm rescindit quia sic membrum mortuum vitalem influxum non suscipit sic et
illi influxum gratie non admittunt sed eam obicem ponunt. Ideo dissolvit quia hominem,
dissolutum reddit. Iterum nullo vinculo nec amoris nec timoris volunt alligari
dissolutum reddit. Iterum nullo vinculo nec amoris nec timoris volunt alligari
dissolutum est. Tertio paliss me-
num vas quod non habet coopertorium vel ligaturam immundum est. Certo pctm
bra constringit ita quod homo qui vas contractum nullum bonum propositum in se conservat.
Eccli 21 Cor fatui quasi vas confractum omnem sapiam non tenebit. Certo pctm
facit tumultum in consciencia ysa 57 Cor impii quasi mare fervens qd quiescere
non pt et redundat fluctus eius in conculcationem. hic tumultus generatur ex cotidiano
remorsu conscientie ysa ultimo vermis eorum non morietur et hoc tangitur in eo qd dicitur
et male torquetur. pctor enim male torquetur tam inter prospera quam inter adversa. Inter
prospera per nimiam curam. Inter adversa per impacienciam. Ven boecius in de cons
phie humane felicitatis dulcedo multis amaritudinibus est aspersa. ergo bene
dicitur male torquetur quia ab interiori torquetur ut dictum est scilicet conscientia remordente eu-
ra impaciencia. et aliis passionibus innumerabilibus. Item ab inferiori scilicet a mundo
et ab hominibus a quibus pctor sustinet quamque plures persecutiones et adversitates
et iusto iudicio dei. ut scilicet ab illis torqueatur quibus contra divinum preceptum abusus est
sic dicit sap 12 per hec que voluerunt dedisti summa tormenta illis scilicet qui in vita
sua insensate et iniuste vixerunt. Item pctor torquetur a superiori in eo quod pecca-
latur adventum districti iudicis desuper venientis qui reddet unicuique iuxta opera
sua. Unde de illis potest dici illud ysa 13 Torsiones et dolores tenebunt et
quasi parturiens dolebunt. Sciendum est tamen quod preter ista quatuor iam dicta pctm
adhuc plura mala pctori ingerit que per palisim significantur. Nam palisis
hominem tremulum facit. sic pctm facit hominem tremulum et pavidum ad aggre-
diendum ardua opa penitencie. ps9 Trepidaverunt timore ubi non erat timor
Etiam hominem frigidum facit. Sic pctm quia ardore divini amoris extinguit.
Ier 6 Sicut frigidam facit cisterna aquam suam. sic frigidum facit maliciam
suam. Item paliss facit hominem insensibilem. sic etiam pctm ita quod homo non sentit fla-
gella dei. nec impulsus dyaboli. Ier 5 percussisti eos et non doluerunt attrivisti
eos et renuerunt accipere disciplinam. Item paliss aufert usum et officium me-
brorum. et hoc dimisi de. Nam quinque privat sensu tamen et fidem quidoque motum tam

vii augu in istis dic zeta et ut venia ut sit et cordinaty cum et et ra
de et pfiunt pena x bola sstra

quibus pectora ex tunc et si n. dr vectori p dat clary aut male acquisita ut
ablata restituet timet ne sibi deficiat si dr q timet timz ne quiat
si dr qui constituit penam sua timz de verecundia si dr q faciat pniaq et [illegible]
de peccatis suis detinet de affluencie et comodo corporis etc quod iste talibus
ravit et faciunt falsi per pauca

quia utrumque simul sit et paralisis spiritualis quia privat spiritum tum in fide sicut qui peccatores impii
sunt male sentiunt de deo sit heretici in certitudine fidei aberrantes sunt tamen motu
in operibus sensuum Item Sap xiiij vani sunt omnes homines in quibus non subest
scientia dei / Et de hiis que videntur bona non potuit intelligere eum qui est / quia
privat motum tantum sed non spiritum ut in communi christianis / qui cum unus de deo recta
sentiant sicut credendo / non tamen se per bona opera movent per fidem informando
ergo fides eorum mortua est Jaco 2 / Tales sunt similes simulacris que pedes
habent et non ambulant ut dicit psalmista / quia aut privat spiritum et motum ut in hiis
qui nec fidem habent nec opera xanc disciplinae De quibus dicit Judas apostolus in sua canonica
impii dei nostri gratiam transferentes in luxuriam / et solum dominatorem et dominum
nostrum ihesum xpistum negantes Secundo paralisis spiritualis aufert usum membrorum scilicet lingue
erudiens per omnia humanum calcare tumorem Et tamen propter hoc nequam intrauit in domum pelara ... sed in
domum publicanorum et principis publicanorum et piscatoris palacia dimittens et eos qui mollia induunt vestimenta
Tu itaque vide et cum potueris eciam orna domum tuam elemosinis oracionibus supplicacionibus et vigilijs

aqua dñus recessit et per domum Symonis quam accessit. Dicit Hugo quod per
synagogam intelligitur congregatio malorum que est sicut acervus lapidum sine cemento
caritatis de quo cemento dicitur ad Ephe. iiii supportantes invicem in caritate
solliciti servare unitatem spiritus sancti in vinculo caritatis. Item unus alium premit
contra quod dicitur i ad Tessalo. iiii Ne quis supergrediatur neque circumveniat fratrem suum
[illegible] in negotio. De hac synagoga dicitur Eccli. xxi Stupa collecta synagoga
peccantium et finis illorum flamma ignis. Ab hac surgit Ihesus abeat se elon-
gando bene per longe a peccatoribus saltem et intrat in domum Symonis id est obedientis,
pauperis et humilis volentes ergo Ihesum in domo sua conservare humilitati
paupertati et obedientie insistant. Interpretatur enim Symo quasi obediens. Christus
autem obediens factus deo patri usque ad mortem crucis ad Phil. ii. Ergo domum
obedientie libenter intravit. Omne enim animal diligit sibi simile Eccli. xiii. In cuius signum
Christus quemadmodum hospitium suum elegerat in Bethania quod domus obedientie
interpretatur. Secundo Symo interpretatur discalceatus et signat pauperem a terrenis bonis
exutum vel cognoscens et signat humilem doctrinam Christi cognoscentem in qua
nos ad humilitatem invitat Mat. xi Discite a me quia mitis sum et humilis
corde. In cuius domo simile Christus libenter moratur. Ysa. ultimo Ad quem respi-
ciam nisi ad pauperculum et contritum spiritu id est humilem et trementem sermones
meos. Sunt autem aliqua secundum Hugonem de sancto victore que prosunt ad conservandum humi-
litatem scilicet amor vilitatis ut semper homo querat ea in quibus videtur esse lotus
primus. Secundo assiduitas subiectionis ut semper homo velit esse cum aliquo quem reve-
atur et timeat ut destruat suam frangere voluntatem. Sicut enim virga que consuevit
esse directa si inclinatur et non diu teneatur resilit. Si vero diu inclinata tene-
[illegible] tur situm illum apprehendet. Ita non unquam difficile immo difficulter erigi potest quam
prius potuit inclinari. Sic et cum consuetudo humiliandi et obediendi non
facile sinit in superbiam elevari. Tertio potest melioris comparatio ut homo semper in eum
intendat hominem in quo inveniat gratiam que sibi deest, obliviscens que retro
sunt ad anteriora se semper extendens. Quarto assidua meditatio proprie conditionis secundum
admonicionem clamantis motum status occurrit illud Eccli. x° Quid superbis
terra et cinis. Quinto consideratio oculta omnium inspectoris. Sicut enim quis sepe con-
fusus est de sermonibus suis ab aliquo ydoneo audiente, si forte talem conti-
gat reprehensione dignum proferre correptorem audiente mox confunditur. Itaque
consideret oculum inspectorem cum consideratio hominis confitetur multo magis erubescere si
quid elatum vel inobediens in mente eius consurgat, et hoc est utile quod omnia pec-
cata semper attendere deum omnia contemplari. Hys ergo et aliis domus convenit ad ha-
bitationem Christi preparatur. Socrus autem Symonis tenebatur magnis febribus.
In quo notatur conditio peccatoris que est periculosa quia tenetur magnis febribus.
Notandum quod per febrem notatur peccatum triplici ratione. Primo ratione originis generatur
enim febris ex corruptione humorum in corpore sicut peccatum ex corruptione af-
fectionum in mente. Peccatores corrupti sunt et abhominabiles facti sunt. Secundo ratione
effectus sive operis febris enim pulsum inquietat et elevat, et signat superbiam
que semper alta petit. Unde ille superbus dixit Ysa. xiiii In celum ascendam. Item
lucem odit et signat invidiam que odit aliorum gratiam Joh. iii Omnis qui male
agit odit lucem. Item membra inquietat et signat iram que inordinationem
facit in membris Prov. vi Ore loquitur terit pede etc. Item appetitum turbat
et signat accidiam Prov. xxiiii Vult et non vult piger. Et Prov. xxvii
Anima saturata calcabit favum. Peccatores omnem escam abhominata est anima
eorum. Item frigere facit et signat avaritiam Mat. xxiiii Habundabit iniquitas
et refrigescet caritas multorum. Item anhelitum facit fetidum et signat gulam
Nullus itaque vereatur unum vile habens tugurium si hoc habuit optoria nullus divitem magis se
sapiat domum habens preciosam sed vereatur magis et hac zelet illam dimittens ut et hic Christus
suscipiat et illic eternis ponatur habitaculis. Hec Cris. Hic quidam dicunt quod licet Petrus fuerit de
Bethsayda tamen tamen uxoris habuit domum in Capharnaum. Sed quod hoc videtur quod Mr. dicit Venit
in domum Symonis et Andree. Secundum quosdam in Stephanum quod domus Petri non dicitur possessive sed
ad quam declinare consueverat ratione vendendi pisces et hac etiam familiaritate duxerat uxorem
de domo illa que domus etiam dicitur Andree propter inseparabilitatem illorum in negotiatione.

pctā sepulcrum patens est guttur eorum psa 28 de caudibus eorum ascendat
fetor Jtem calefacit et sudare facit et significat luxuriam Job 31 Ignis est
usque ad consumacionem devorans Tercio racione curacionis curatur enim fe=
bris aliquando sudore et significat contricionem que sudare facit in lacrimarum effu=
sione aliquando per vomitum et significat confessionem per quam homo mala que concepit
in stomacho anime per os eicit aliquando dieta et significat carnis afflictionem
aliquando minucione et significat elemosinarum largicionem aliquando sopno Juxta
illud Jo 11 si dormit salvus erit et significat contemplacionem Est ergo peri=
culosa quantum huiusmodi mulier / 1 anime peccatrix primo propter peccati diuturnitate
sicut dicit que tenebatur socrum tempore arripiebat psalmus Jnveteravi sunt et clau=
dicaverunt / 2 propter peccati magnitudinem sicut dicit magnus psalmus Veni
in altitudinem maris 3 propter peccatorum multitudinem sicut dicit febribus non
una febre tantum / Notandum quod sicut diverse sunt species febrium sic sunt diverse species
peccatorum / scilicet prima est febris cottidiana / 2 est febris effimera / 3 est febris extra=
ta / 4 est febris terciana / 5 est febris continua / 6 est febris quartana / 7 est
febris etica / Prima enim febris est cottidiana / et significat peccatum gule propter cottidianam
crapulacionem psa 56 Venite sumamus vinum et impleamur ebrietate / et
erit sicut hodie sic et cras et multo amplius Prov 30 comparatur sanguisuge prov 30 san=
guisuge due sunt filie dicentes affer affer quia gulosus post unum ferculum dicit affer
aliud / et sic febris cottidiana mutatur in aliam sic gula cito transit in luxu=
riam Jd est venter vino estuans cito dispumat in luxuriam et libidinem Vel febris
cottidiana anime sunt peccata venialia que cottidie agimus quod super Augustinus in libro xl
omel assimilatur guttis aque arene et scabiei guttis aque quia fer=
vorem caritatis amittunt / arene quia sepe a bonis operibus animam sterilem fa=
ciunt scabiei quia decorem diminuunt / Et dicit Augustinus ibidem quod multe gutte
implent flumina et navi faciunt naufragium multa grana arene faciunt
onus ponderosum multitudo scabiei corpus reddit corruptum sic etiam venialia
peccata quando contempnuntur sua multitudine sua ponderositate et sua deformitate ad peccatum
mortale disponunt Secunda febris est effimera que dicitur ab effimero pisce marino
quod eodem die quo nascitur moritur / et significat subitum ire motum quia debet finiri
glo ante solis occasum Ephe 4 Sol non occidat super iracundiam vestram / glo
[illegible] naturalis est ira sit dicit Jeronimus Jra enim
1 non durat / subitus enim ire motus qui naturalis est [illegible] est Jdeo dicit
nulla perturbacione animum movetur Ut super dictum aut dicitur Casus est [illegible]
Gregorius Nazanzenus Duo sunt in celo qui commoveri non possunt scilicet deus et
angeli et unus in terra scilicet christianus perfectus / licet enim deus aliquando dicatur
irasci hoc non dicitur propter aliquem turbulentum affectum sed propter vindicte effectum
Jpam enim vindictam non facit cum aliqua animi commocione sed cum animi
tranquillitate sap 12 Cum tranquillitate omnia indicas Angeli etiam licet de perdicione
peccatoris dicantur flere psa 33 Angeli pacis amare flebunt tamen fletus et con=
turbacio in eos cadere non potest / Sed dicuntur flere 1 ad modum flencium se habere
Christianus autem perfectus quamvis aliquam turbacionem paciatur / ex hoc tamen eius
racio non obnubilatur quia eam tenet sub dominio racionis Unde dicit Jdem
Gregorius Nazanzenus Christianus perfectus in terra celestis est / in corrupcione impassibilis
in omni vincitur preterquam in anime libertate / Tercia febris est extratica que
non accidit certis horis / et significat peccatum invidie que quando alius laudatur accedit
non accidit certis horis et significat peccatum invidie que quando alius laudatur accedit
tum vituperatur recedit / non enim licet una hora detinatam sed quandocumque ve=
novantur laudaciones eius renovatur accensiones hoc patet primo Regum 18
Ceperunt enim puelle cantare / Saul percussit mille et David decem milia

Et tñ Saul habuit vnã magnã attensionẽ invidie dicẽs Michi dedẽrũt
mille et filio ysaj decẽ milia Tandẽ Jonathas cũ placauit et sic cessauit
attensio Quotiensciq; vero Saul audiebat de eius pbitate tociens laborabat
ista attensione Ista aũt febris nõ nascit̃ nisi de felicitate alterius qz sola
miseria caret inuidia Vnde dixit quidã Omnibus inuideas inuideat nemo
tibi Ideo sign̄ per Eli sacdotẽ de q° dicit̃ pmi Regũ iijᵒ Et nõ poterit videre
lucernã dñj antequã extingueret̃ lucerna attensa lucet extincta fetet lucerna
attensa sunt sci vi virtuosi extincta peccatores feti di Inuidus ergo nõ pt sustinere
videre virtuosos viros sed libenter videt miseros et abiectos Vnde ista febris
multũ affligit habentem vñ dixit quidã inuidus Inuidia conburit̃ intus
et ext̃ vñ doctores Vtinã inuidi in oĩbus ciuitatibus oculos et nares
haberent et de cunctorum felicitatibus torqueret̃ Tercia est febris triana q
laborat ille q de malis que fecerat satisfacere noluit habet enim contricionẽ
confessionẽ sed nõ satisfactionẽ Dicit̃ enim q quidã demoniacus ad quendã
sanctum virum adductus ẽ q precepit demoni vt exiret et nomen suum diceret
et ille nos sumus tres q in isto corpore habitamus ego vocor claudens cor
Alius frater meus vocat̃ claudens os Tercius vero marsubiũ Officiũ claude
enim est meũ cor peccatoris indurare ne possit contricionẽ habere et si forte
conteratur laborat frater meus vt a confessione impediat̃ et si forte confitetur et con-
fitetur alius frater meus laborat ne satisfaciat et per hunc modum fere omnes
lucrimur Tercius enim frater meus scz claudens marsubium plures oĩbus nobis lucrat̃
et acquirit Quarta febris ẽ quartana ista febre laborat auarus et maxime
vsurarius cuius peccatores inter pellacionem faciunt in peccatis vsurarum nã qualibet die
et qualibet nocte et qualibet hora et quolibet momento et quolibet festo peccant
Ideo videt̃ esse peior quam Judas Ille enim tm̃ vendidit xpm̃ Iste autem
vendidit xpm̃ et btam̃ virginem et omnes sanctos et sanctas qz eorum festiuitates
computat in vsura Et ideo qz similis fuit inde in culpa similis erit et in
pena Judas enim in aere qui est medius inter celũ et terram interijt ad
innuendũ q neqz in celo debeat stare cum angelis neqz in mundo cum hominibus
sed in aere cum demonibus sic vsurarius nõ habitat in celo qz deum et btam
virginem et omnes sanctos offendit nec in mundo qz homines conturbauit sed
in inferno cum demonibus quos per auariciam adorauit Inter iᵒ Colaimacy
iiijᵒ Auariciã que ẽ ydolorum seruitus Ista febris quartana scz auaricia
cito occidit qz tria tollit que sunt causa vite scz sompnũ cibũ et
quietem Tollit cibũ auarus enim nõ audet comedere Eccl̃i xxiiij Non
saturabit pane et indigenus et in tristicia erit super mensam suam
nec pt dormire Eccl̃i iiᵒ Cuncti dies eius doloribus et erumpnis pleni
erunt nec per noctem mente requiescit pu iiij Non enim dormiunt nisi
male fecerint et rapit̃ abeis sompnus nisi subplantauerint nec
pt quietem habere sed die ac nocte est in labore et in fatigacione Je
44 pre sollicitudine quiescere nõ potuerunt Auari enim parum viuunt
sed frugales et liberales multũ pu xxviij Qui odit auariciã longi
fient dies eius Sexta febris est quotana et signat superbiã propter quatuor
species superbie de quibus dicit Gregorius Quatuor sunt species superbie et
tumoris scz cum vel aliquis bonũ qd hʒ a se habere putat vel sibi pro suis
meritis datũ existimat vel cum iactat se habere quod nõ hʒ vel pt
significare hiemã que per corpus tendet̃ quod ex quatuor elementis
compõ vel pt significare consuetudinem longam peccandi vt scz prima
dies sit mala suggestio secunda malus consensus tercia malum opus

quarta mala consuetudo Ista triplex species quartane difficulter curatur. Superbia
enim semper est in ascensu, psalmus Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Hinc est
quod ortum habuit in celo, sed minime crevit quod descendit in paradiso terrestri, et
minime succrevit quod replevit totum mundum. Alia species quartane scilicet luxuria diffi-
culter curatur quia et in anima et in carne nimium radicatur. Ipsa enim radicatur
in anima in memoria per turpium ymaginationem, in intelligentia per turpium
meditationem, in voluntate per turpium affectionem. Radicatur et in corpore
quia totum ipsum inflamat. Job 31 Ignis est usque ad supplicium devorans et
omnia eradicans germinia. Ipsum totum volutat. Eusebius Convolutat lu-
xuria totum ipsum corrupit et fedat. Johelis primo Computruerunt
boves mortui ipsum totum in stercore suo. Tertia species quartane scilicet mala consuetudo difficulter
curatur. Istud signatum est in lazaro quatriduano et fetido Johannis xi. Ceteros
quidam mortuos dominus facilius suscitat, lazarum vero quatriduanum cum
quadam difficultate suscitare voluit scilicet cum oratione cum clamore et fremitu et lacri-
marum effusione. Septima est febris etica que est febris radi-
cata in membris in quibus naturalis humiditas consumitur. Et sicut tristitia illa
scilicet mariae de qua dicitur in Cor vii seculi tristitia mortem operatur. Talis
tristitia exsiccat ossa id est anime virtutes, proverbiorum xi spiritus tristis exsiccat ossa.
Sunt tamen quedam ossa que non tamen sunt exsiccanda sed etiam mancipanda
sicut in quadam ossa regis ydumee usque ad cinerem combusta
Amos 2. Incenderunt ossa regis Ydumee usque ad cinerem. Sicut enim
interior sanguinea et sicut animalium qui sanguine carent sunt
ita ossa sunt nostra peccata per que in nobis robur assumit. Sunt igitur
quidam qui ista ossa habent integra scilicet depositis suis non conterunt, aliqui
qui superficialiter conterunt. Alii ea
in grossas partes cassa frangunt qui scilicet superficialiter conterunt. Et hec contritio facit salubriter
manere ea scilicet precordialiter conterunt. Et hec contritio est tristitia pe-
manerat scilicet precordialiter conterunt. Hec enim secundum deum est tristitia pe-
tristitia de qua dicitur in Cor vii. Hunc enim secundum deum est tristitia
interiam in salutem stabilem facit. Item secundum quod mira creatoris approbat
copiosa erte quod infirmitatem et magnitudinem sanat. Unde dicit Glossa super illud
et imperabat febri. Sed non contra accedunt adipisci sanitatem nisi dedit quod
secundum eum dicit rogaverunt illum. Apostolus Jacobi Job v Voca si est qui tibi
respondeat ad aliquem sanctorum querere et ce pro fratribus qui sunt in ulcerum
i sancti mittunt salutem fratribus i parvulis qui sunt in mundo, in quo docemur
pro infirmis orare. Jacobi ultimo Orate pro invicem ut salvemini. Unde
Beda Modo salvator rogatus, modo non rogatus curat, ostendens se etiam
viciorum passiones precibus fidelium semper annuere, et ea non nunquam que ipsi
in se non intelligunt vel intelligenda dare, vel prave petentibus etiam non
intellecta dimittere. Multum enim valet oratio et precipue quia vel numquam
legimus aliquem Christum rogasse pro aliquo beneficio proprio vel pro alio
sicut vel ignorante parente, vel absente quod non fuit exauditus. Socrus
autem symonis i mater uxoris sancti petri per orationem discipulorum et totius familie
sanata est, et sicut quod spiritualiter febricitantes per orationes sanctorum merentur sanitatem.
Jacobi ultimo Multum enim valet oratio iusti assidua. Ex quo patet quod pro consequendo
beneficio ad impetrandum ad sanctorum orationes recurrendum est et non peccatorum. Pecca-
tores enim sunt immundi et inimici dei, et claudi, et quia immundi non audent
coram deo os aperire quia deus tales abhominatur. Psalmus Virum sanguinum et dolosum
abhominabitur dominus. Trenorum iiii Polluti sunt sanguine, et quia inimici dei
nihil possunt a deo impetrare. Johannis 9 Scimus quod deus peccatores non audit
et ideo talibus magis indignatur quam placatur. Psalmus Discedite a me omnes
qui operamini iniquitatem, et quia claudi, non possunt ad deum accedere. 3 Regum
18 Usquequo claudicatis in duas partes, peccatores pro sanitate habenda

dimitte [margin note]

indiget auxilio scorum viorum qui sunt iudi pz ca ambulans in via immaculata
hic m ministrabit / et ammi di / Sap 6 In aias scas se transfert / amicos dei
et prophetas constituit / recti et sani Ezech xij rectos gressus facite pedibus vris
Sicut enim dns stat sup petrum quando sup ei gram mittit / ps misit vbu suum
et sanauit eos Sap y neque herba neque malagma sed vbu tuum sanauit
eos dne / per grē igr infusionem febris spualis curatur / et ideo gra diuina
sollicite querenda est / quia cum caritate stat sm Aug que est excelle=
ntibus principes distinguit a milicia sui hostis solum per illud principis
sig / ita gra est signum in aia nra per quam psete dist inter quos a milicia
hostis antiqui / qui est rex sup omnes filios supbie Job 41 Cum igr her
gra hai a deo infundatur / tunc ho pfete curatur / que gre infusio tangitur in
textu cum dr stans sup illam Secundo tangitur quod gra diuina ponitur in aia nra
sm quadruplicem modum teste scriptura / primo per modum indumenti honestatis
quia aia que hit gram est admixtam virginis candidis vestes indute
ideo Apok 19 dr quod sponse agni que est aia existens in gra datum est ut co=
operiat se bisso splendidissimo et candido / et sequitur quod ista bissus est scorum
iustificatio que non nisi per gram fit / scdo hz gra in aia esse per
modum lucis ostendentis et manifestantis / quia lux qui est totaliter operta
no videtur nec cognoscitur a visu sensu / nec aliquis res obstare posita ei in
adversu / ita aia nra qui est sine gra est spualiter a deo incognita sicut
fuit dictum a dno Mt 25 virginibus fatuis Amen dico vobis nescio vos / qui vo
est in gra est ei tamquam familiarissime nota ut ei tunc dicatur a dno illud
Exo 33 noui te ex noie et inuenisti gram coram me / 3o gra hz esse
in aia nra per modum pulchritudinis decorantis / quia sicut aliqua domicella
dicitur totaliter deformis qui caret aliqua condicione sibi decente ita qui aia caret
gra est tota deformis Unde sm b Greg omnes virtutes que sunt in aia sine
gratia i sine caritate sunt informes et earum actus / et ideo aie spoliate sponte
gre di dicitur Osee 40 denudabitur pulchritudine sua Sed qui hz gram tunc est
pulcherrima creatura / tunc dicitur ei a dno illud Cantici iiij tota pulchra es a=
mica mea et macula no est in te / quarto hz esse gra in aia per modum sanitatis
quietantis / sicut ho sanus no inquietatur a contrarietate humorum ipsum molesta=
tiua ita aia existens in gra no inquietatur motibus passionum vexatiua utpo=
te ab ira a concupiscencia ex quibus dr 1 Cor xi quia inter vos multi infirmi
et imbeciles / et dormiunt multi / qui aut aduenit gra tunc aia efficitur
sana / et hoc est quod dictum est / quod gre infusio curat aiam febricitantem / Tertio
ex parte infirmi sz culpe dimissio Ideo dr surgens Eccli [illegible] Comite
addunt et relique peta / Et unde quod continuo i statim surrexit insinuatur
peter ut in petis no diu iaceat sed statim surgat ad Ephe v Sur=
ge qui dormis / aliquis de peto in petum cadit / et hoc accidit propter tria / primo
propter peti ponderositatem ps Sicut onus graue grauate sunt sup me Unde Greg
petum quod no mox per penitenciam deletur suo pondere ad aliud trahit /
2o propter petorum cecitatem / peta enim cecitate induunt Joh xi Si quis
ambulat in nocte offenditur quia lux no est in eo / 3o propter petorum co ne=
xionem pu p v Iniquitates sue capiunt impium et funibus petorum
suorum quisque constringitur / et ps Funes petorum circumplexi sunt me / Quarto
ex parte eius curante requiritur sua operatio unde dicitur Et ministrabat illis Si=
gnum enim spualis sanitatis est ociosa membra sancto et cultui dei manci=
pare / ps Seruite dno in timore et Eccli 33 mitte seruum in operacio=
ne ne vacet / et per hoc quod dictum est pz efficacia orationis discipulorum

Moraliter per hoc debet intelligi quod aiam curatam a peto no est gratum seruicium impensum
deo / sed penitens quam cito curatus est a febre peti tam cito dz se occupare et totaliter
mancipare seruicio dei sm illud Apli Sicut exhibuistis membra vra seruire immundicie
et iniquitati ad iniquitatem / ita nunc exhibete membra vra seruire iusticie ad iustificationem
Ergo aia tua febre viciorum est capta / scotis in adiutorium tuum inuocata ex corde
rogata gra di curet te quod possis ei et sanctis suis gratam seruitute exhibere /

Circa qd cavit' utr oro plus valeat pro se fca qm pro alio. Videt & E dicen
dupx est valor oronis vnus qui .s. qd dicit' qd oro valeat ad impetrandu
illud quod petit' sicut oro petri valuit ad suscitatione Thabite Alius e va
lor qui oranti et aliis opibus virtutu .s. qd dicit' oro valet ad merend
ipsi oranti put caritate informata sic oro petri qua suscitatione Thabite
impetrauit fuit bto petro meritoria vite eterne inquantu erat caritate informata
Loquendo ergo de primo valore ceteris paribus plus v3 oro facta pro se qm pro
alio qr efficacia orois pt amittere suu effectu qm pro alio fit et aliquo
impedimento qd inuenit' in eo pro quo orat' Quantu vo ad scdm va
lorem hec oro magis v3 que ex maiori caritate pcedit siue pro se siue pro
alio fiet vnde si hoc dz iudicari de interiori caritate per exteriora opa tunc
ista qntitas pt dupr intelligi vno modo vt aliquis tn pro alio qm pro seipso
oret tunc maioris meriti est pro alio orare qm pro seipso tm qr maioris
eni caritatis et meriti est aliquem beniuolum et beneficum esse sibi et aliis
qm sibi tm Alio modo pt intelligi vt aliquis oret pro alio et non pro se
qm sibi tm alio pt intelligi vt aliquis oret pro alio et no pro se et ita patet in ordine
caritatis ostenditur alii magis beniuolus qm sibi
caritatis magis aliud qm se diliges

Vespere aut facto obtulerunt ei multos demonia habentes et
eiciebat spus verbo et omnes male habentes curauit vt ad
impleret' quod dictum est per ysaiam prophetam dicentem ipse infir
mitates nras accepit et egrotaciones nras portauit Vide
aut ihus turbas multas circum se iussit discipulos ire trans fre
tum et accedens vnus scriba ait illi Magister sequar te quo
cunque ieris Et dicit illi ihus Vulpes foueas habent et
volucres celi nidos filius aut hominis non habet vbi caput suum
reclinet Alius aut de discipulis eius ait illi Domine permitte
me primum ire et sepelire patrem meum Ihus aut ait illi
Sequere me et dimitte mortuos sepelire mortuos suos

Supius ostensa e virtus diuina super corporale scz quo ad sanatoez corporis ‖ spiritu
hic ondit' sup spirituale scz quo ad expulsionem demonum Et primo sup spm angel
licum 2° sup spm humanum ibi et omnes male habentes 3° ondit sermone prophetico
per hoc impletum ibi vt adimpleret' Dicit ergo vespere aut facto Luc 4° cum
sol iam occubuisset obtulerunt ei scz turbe multos demonia habentes i vexatos
seu obsessos a demonibus Ante eius aduentum xpi maior ptas permissa
erat dyabolo vnde tunc multis habundabat demoniacis sed per xpm eiecta
e eius ptas Ioh 12 Nunc princeps huius mundi eiciet' foras Nouandum qd
demones habent magnam potentiam Iob 41 No e ptas sup terram que
comparet' ei 2° habent magnam astuciam Gen 3° Serpens erat callidior ‖ astucia sua
cunctis animantibus 2 Cor 11 Timeo ne sicut serpens seduxit euam 3°
magnam seuiciam 1 Pet vlt Aduersarius vester dyabolus sicut leo rugiens
circuit etc Magna ergo miracula diuina est qm expellit a nobis hoste tam
potentem tam astutum et tam seuum dando virtute resistendi eius potentie
et intelligentiam cognoscendi nequicie eius astucia et vim repellendi eius
maliciam eius seuitie Et eiciebat spus immundos verbo vnde per 9 ab
minacione tua fugient eiciebat verbo non tactu ut ondat potenti
am suam sup potestates. hic tamen devoto turbarum per temporis tarditate

Theophilus dicit Ideo ita tarde adduxerunt eos ad ihm qr illa dies erat sabbati et credebant curaciones
non esse licitas durante die sabbati que finiebat' in vespere illius et ideo expectabant occasum illius vt eu
rando ad eum adduxerunt Miracula qd xpi ad duo ordinat scz ad manifestatione humanitatis et diuinitatis
sue et ad confirmatione sue doctrine per quam homines ad fide inducebat' vnde tn ad manuum eius impositione sanabantur
infirmi curabantur leprosi illuminabantur ceci suscitabantur mortui et eiciebantur spus immundi Per hoc
at qd vespere facto obtulerunt sibi infirmos et demoniacos significat' qd hora mundi vespertina xpus venit demo
nes eicere et infirmitates hominum curare et per occasum solis significat' qd passio in qua iusticie sol occidit
futura erat medicina omnis spiritualis infirmitatis vnde ff in 1 Bedam Occasus solis occubitus

quia non cessat vespere quod competit mistico sensui quia per virtutem christi multi erant
curandi. Unde Rab[anus]. Qui non in die sed ad vesperam curantur, qui sol oc-
cubuit, cum gravaminis tedium in terra moratur, ut fructum multum afferat. Ibidem
Ad idem glo[sa] moraliter Hugo de s. victore. Vespere fit in fine vite vel
senectute in qua fervor iuvenilis etatis declinat. Si ergo non obtuleris
te domino mane idest in iuventute ut faceres ei de te sacrificium matutinum
saltem offeras te ei vespere idest in fine vite vel in senectute ut sit ei sacrificium
vespertinum. Ut sic ab eo curantur demonia idest mortalia peccata quibus peccatores ve-
xantur. Item 2m glo[sa] occasum solis mortem christi per quam plures sa-
navit demoniacos quam ante vivens in carne egrotos. Et omnes
male habentes curavit. Terminum dicit Primo verbo pelagum miraculorum
comprehendit. Et ne magnitudo miraculi incredulitatem inmittat indu-
cit pro testimonio prophetam dicentis, ut adimpleretur et ibi ut causam consecutive
et non causative idest non propter prophetiam fecit sed quia hec que illa fecit
prophetia fuit adimpleta. Quod dictum est per ysaiam scilicet ysa[ie] 53
dicentem Ipse infirmitates nostras accepit scilicet auferendas. Glo[sa] inter[lineari]s
non ut sibi haberet sed ut a nobis auferret. Et hoc idem dicit Rab[anus] dicens
ipse ad curandum egrotationes nostras ipse portavit ut medicus
qui portat egritudinem infirmi compatiendo et curando Vel sic
ipse infirmitates nostras accepit quantum ad susceptionem passibilitatis
et defectuum quos pro nobis suscepit. Et egrotationes nostras
quod pertinet ad expositionem de egritudinibus peccatorum portavit scilicet in ligno unde
prima Petri 2o dicitur peccata nostra pertulit super lignum. Et Exo[di] 28 Aaron
iniquitates eorum portabit. Videns autem ihesus turbas multas. Hic
ostenditur effectus sive profectus ex doctrina et miraculis predictis predictis
scilicet aliquorum conversio ad christum. Et dividitur in duas partes. Quia primo notatur christi
recessus ad desertum locum, 2o istarum quorumdam accessus ad christum ibi Et
accedens unus. Circa primum est advertendum quod christi actio est nostra instructio. Ideo legitur a turbis recessisse ad desertum locum primo
ut vacaret predicationibus verbi domini christi 2o ad habendum quietem post la-
bores suos et suorum discipulorum ut habetur Mar[ci] 6 Venite se-
orsum in desertum locum et requiescite ibi. 3o propter orationem ostendens
quod predicator ubi dimittit aliquando debet vacare seorsum contemplacioni
ut ibi hauriat in devotione quod postea populo effundat in predi-
catione. Unde et Moyses aliquando ascendebat ad montem ad dominum
et aliquando descendebat ad populum. Et Luce 6 habetur In diebus
illis exiit in montem ihesus solus orare et erat ibi pernoctans
in oratione. Alia causa fuit ad fugiendum populi applausum. Jo[hannis] 6 Ihesus autem cum cognovisset
quia venturi essent ut caperent eum et facerent eum regem fugit iterum
solus in montem. Ihesus igitur declinans vel saltem aliquantulum [illegible]
hic videns autem ihesus turbas multas circa se scilicet [illegible] et
applaudentes iussit discipulos ire trans fretum idest ultra mare galilee
passione mortem ipsius signat quod dicit quando in [illegible] in mundo fui [illegible] mundi et sole occidente plures quam ante
demoniaci et egroti sanantur quam [illegible] in carne vivens paucos iudeorum docuit. Omnibus per orbem
gentibus fidei salutisque dona transmittit. Moraliter vero [illegible] solis [illegible] sacri [illegible] mundane prosperitatis
[illegible] [illegible] fortassis incredibilia videntur. Unde Cris[ostomus] Tu autem intende quantum multitudinem curata fuerunt
[illegible] non unumquemque curatum dicentes et enarrantes sed uno verbo pelagus ineffabile miraculorum super-
egritudines in uno temporis momento solvit et ejiciebat hec Cris[ostomus]. Exibant autem demonia a multis clamantia
et dicentia quia tu es filius dei et increpans non sinebat ea loqui quia sciebant ipsum esse christum. Non
tamen per hec certitudinem

vel a persona ne considerent pericula in statu prosperitatis a sinistris ne considerent pericula in statu adversitatis. Sic enim faber qui [illegible] minime equum capit sibi oculos et tunc percutit [illegible] sic dyabolus volens hominem percutere capit ei oculos per curas et sollicitudines et tunc eum vulnerat per peccatum et extrahit sanguinem virtutum. Et ideo a terra est declinandum et hoc est terra que impediebat Zacheum in videndo Ihesum. Iste dicit sequar te, iste duplex [illegible] tamen volebat sequi Christum sed cupiditatis et luxus temporalis ac iactancie et vane glorie [illegible] eiecit magne signorum visorum motus volebat sequi dominum [illegible] diceret sic facere propter lucra acquirenda vel propter vanam gloriam conquirendam [illegible] considerans consequi adhuc quod Symon magus [illegible]

in loco magis secreto quod est dicebatur stagnum Genazareth. Non fuit iussio facta dicitur tercia die a curatione socrus Petri. Illa die sedo mit [illegible] i desertum ut dicitur Marci primo et Luce quarto. Deinde alia die iussit discipulos ire trans fretum ut sequestraret eos a turbis. Iussit ire trans fretum significat enim glosa ut amaros seculi fluctus transeamus. Moraliter turbe multe sunt multe tunc que turbat alas ex omni parte. Ideo dicitur circum se scilicet ab anteriori parte ne se ad meliora extendat, a posteriori ne preterita peccata recolat, a dextris ne desideret eterna, a sinistris ne timeat supplicia. Et ideo quis fato frequens [illegible] multos homines a bono retrahit et malum ingerit. Unde Seneca [illegible] inter homines salute indanos [illegible] homo redii. Et accedens unus hic post quorum discipulorum accessit ad Ihesum quorum unus accedebat ficte, et ideo repellitur, secundus vere et ideo recipitur ibi aliquis ait de discipulis. Circa primum considerandum quod unus qui cundicat [illegible] paucitatem Christi et videat miracula qui erat scriba id est litteratus considerabat quod si esset Christo familiaris quod posset magnam pecuniam colligere ab hiis qui a Christo curarentur per ipsius suggestionem et intercessionem. Ideo voluit se ei coniungere. Dicit ergo et accedens unus scriba id est legis peritus aut illius magister non dicit domine, quia non tamen oppinandi vel sequendi quod ad divinum pertinet sed tantum discendi miracula ex cupiditate vel elatione motus accessit. Sequar te quocumque ieris. Hic desiderans solum gloriam mundi, ut Symon magus voluit emere ut de miraculo lucraretur. Et dixit ei Ihesus. Hic subditur eius repulsio a domino qui ad eius mentem respondit insinuans ipsius detestandum primo propter eius fraudulenciam sub typo vulpis, secundo propter eius iactanciam sub typo volucris, tercio propter eius avariciam ex comparatione istorum ad paupertatem filii hominis. Et hoc est quod dicitur dixit ei Ihesus non respondendo tamen ad verba sed etiam ad eius animum. Vulpes foveas habent et volucres celi nidos id est bruta habent sua latibula in quibus pro tempore [illegible] et concedit filius autem hominis id est virginis a parte inferiori denominat genus suum [illegible] gloriantes de genere suo non habet ubi caput suum reclinet. Quasi diceret quid me vis sequi propter lucrum, secundum cum ita pauper sum quod non habeo domicilium ubi possem me reclinare. Unde dominus domum propriam non habuit [illegible] Unde hic [illegible] manendo quia colonus futurus est in terra et quia viator declinans ad manendum vel spiritualiter filius hominis non habet ubi caput suum reclinet quia humilitas Christi que per reclinationem capitis signatur in illo superbo simulatore locum non habuit. Unde glosa iste miraculis commotus propter manere iactanciam sequi voluit, que signat aves finxit obsequium discipuli in quo vulpes capit humilitatem suam significat que in illo superbo locum non habebat. Notandum quod iste scriba gessit typum quorundam [illegible] tarum [illegible] quia cum videntes prosperari [illegible] et divinari voluit [illegible] [illegible] sunt sotulares petentes et panes fedus cum illis [illegible] autem sunt ypocrite qui habent sotulares petentes et panes [illegible] se asperitate tenere in victu et [illegible] et duros. Hoc est qui dolose simulant se asperitate tenere in victu et vestitu sed tacita fraudulencia eorum admittendi sunt sicut [illegible] et ligni sunt. Sed quia ergo [illegible] Christus in paupertate voluit vivere quia sicut divicie sunt impedimenta virtutis, nichil autem impedimenta reprobis ita probis sunt adiumenta virtutis. Incipiunt dimittas temporales felices adiutores debuit Christo deficere. Ergo videtur quod debuit divitias temporales habere. Dicendum quod multis de causis Christus in paupertate vixit. Due tamen pre ceteris videntur valere. Prima causa est quod Christus venit ad predicandum veritatem in mundo, non erat mensa, non candelabrum

vel tercio Crisostomus aspice qualem paupertatem quam dominus docuerat per opera modo demonstrat non erat mensa non candelabrum non domus non quidquam talium hospiciolum habet vel virginis uterum, reclinatorium habuit presepium non [illegible] Audita [illegible] pau[illegible], sepulcrum habuit sed alienum. Hic ergo removetur cupiditas [illegible] a voluntatibus sequi Christum. Audita autem Christi paupertate non institit amplius ut sequeretur. Unde Crisostomus non autem videt saepe te pauperem [illegible] [illegible] conspiciens [illegible] vel per vulpes dolositas et simulacio, per volucres [illegible] iactancia et elacio significatur quod sicut [illegible] dicit vis me sequi et ideo te in [illegible] dolositas et elacio latet in corde tuo quia scilicet tamen cupiditatis et vane glorie [illegible] caput mea non recipio quia filius hominis simplex [illegible] dolositatem [illegible] superbiam non habet in te ubi caput reclinet. Caput cum Christi Deus est. Deus autem in humili et simplici et tremente [illegible] eius et ipsius reclinatio capitis non erecto humilitatis [illegible] est quod in illo locum non habet. [illegible] ergo iste reprehendit adhuc scilicet in dolositate quia ficto animo et non simplici sequi volebat [illegible] quedam abeo querebat [illegible] in cupiditate quia eum per [illegible] sequi intendebat et in elacione quia propter inanem gloriam ei adherere cupiebat. Sicut vulpis est [illegible] fallacie insidiis et rapinis plenum [illegible] vos alta petendo

Simulatore

sedm qd dixit Jo 18 Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum ut testimonium perhibe-
am veritati / Predicatio aut impeditur per administratam bonorum temporalium propter
quod xpus aplis ad predicandum missis dixit infra 10 Nolite possidere aurum
et argentum etc. ista impediret vos predicare / ipsi aut apli dixerunt Act 6 Dixerunt
Non est equum nos relinquere verbum dei et ministrare mensis / considerate
ergo fratres ex nobis viros boni testimonii septem quos constituamus super hoc
opus nos aut orationi et ministerio dei instantes erimus / Ex quibus patet
quod administratio temporalium impedit predicationis officium / et ideo quia xpus vo-
lebat predicatoribus evangelii debitam formam vivendi tradere / ideo voluit in pau-
pertate vivere / 2o tamen quia sicut xpus mortem nostram mortalitatem assumpsit
ut per eam nos inmortales faceret ita pauper esse voluit ut nobis eternas
divicias tribueret / et hoc tamen tangit aplus 2a ad Cor 8 Scitis graciam
domini nostri ihesu xpi quia egenus factus est ut illius inopia divites essemus
(Tria ro potest addi ne quisquam fidelium sed per xpm posset ascribi divitiis
seu potentie secularis ad ar.. e ... quod aliud est bonum actus virtutis secundum
inferiorem statum quod tamen est impeditivum actus virtutis ad altiorem statum
sicut debitus usus matrimonii est impeditivus virginitatis / et eodem modo administratio
temporalium bonorum est impeditiva perfecte sequele xpi / inquantum impedit actum
contemplationis / propter quod dicitur in libro de ecclesiasticis dogmatibus Bonum est
facultates cum dispensatione erogare / sed melius est intentione sequendi xpm
totum simul donare et absolutum a solitudine cum xpo egere Sequitur
Alius aut de discipulis hic subditur quisquam alius ad xpm qui veniebat
vere sed imperfecte et ideo a xpo recipitur et perficitur / Et hoc est quod dicit Alius
aut de discipulis scilicet xpi non quia adhuc esset perfecte discipulus sed volebat
fieri Alius aut de discipulis non tamen persona quam moribus et intentione
ait illi dne / quod est reverentie / mitte me hoc est obedientie / Ex quo patet
quod ille vocatus fuit / sed alius se ingessit / primum sepelire patrem meum quod
est opus misericordie / Tamen Non discipulatum respuit sed expleta primum patrini fu-
neris pietate liberior sequi se desiderat / Sic Elizeus vocatus se Helia tamen
ait ait illi / instruendo eum / sequere me / non obstante funere patris tui
quod dicitur non est de caritatis ordine bonum minus maiori bono preponere / Et
suos morte vere Augustinus de verbis domini / Dimitte mortuos sepelire mortuos
pater tuus mortuus est / sunt alii mortui qui sepeliant mortuos suos quia
infideles sunt / in quo secundum Crisostomum monstrat quod non fuit mortuus non
erat eius Etenim qui defunctus erat sic estimo de inde infidelium fuit /
moralis secundum Glossam mortuos sepelire est peccatores in peccato fovere
glossa dimitte mortuos etc. Addit Lucas / Tu aut vade et annuncia re-
gnum dei / in quo notatur pretermittenda esse minora bona pro maioribus
Ex hoc loco patet / quod alius qui vult ad vitam altiorem evolare non debet retardari
propter parentes affectione carnali / Unde et supra capitulo 4o Jacobus et Johannes
leguntur secuti esse xpm relictis rebus et patre / Propter quod Ieronimus
in epistola ad Rusticum monachum dicit / licet parvulus nepos in limine lactat / licet
mater tua pectus et ubera ostendat / per calcatum perge patrem / per cal-
catam perge matrem et ad vexillum crucis xpi evola / Secus aut esset
et ascendens sursum / hic ergo sequi volebat inpretium non ut divites discet / vel ut paupertate et humilitate migri-
imitaretur / sed ut fictus discipulus deciperet et sub ingressu humilitatis et paupertatis honores dignitates ambiret et
divicias congregaret / et sic ambitiosi et symoniaci in ecclesia imitantur qui cupiunt ad alta sublimari querentes qui
sua sunt non que ihesu / non ut ministrent sed ut ministretur / et ideo vulpi dolose et volanti avi multo comparatur
prout etiam significat querentes intrare religionem vel monasterium divitis habitum non ex devotione / sed ut ex pauperibus
divites et ex contemptibilibus honorati fiant Ideo talibus dicitur vulpes foveas habent / et volucres celi nidos
i demones dolosi et superbi habent in vobis habitaculum sed non xpus / ut insinuatur quod vulpes habent i dolosi habent cau-
telas ad quas refugiunt ne in suis capiantur maliciis et volucres celi nidos i superbi qui elevantur in altis
strictura habent / non fide credendum sed simulata mente accessit ad dominum hominum inspectorem cordium et scrutatorem cogitationum
deus temptantes quem pro cum vere et fideliter sequi volentem non simulata respuerit Ita ut ait Augustinus videbat eum

[illegible] simulata
verbum se [illegible]

si parentes esset adeo in necessitate positi quod non posset eis competenter sine presentia
filii subveniri tunc non liceret ei licitum ad vitam alteriorem evolare dimissa necessitate
parentum quia hoc esset de alieno deo sacrificium facere. Ad predicta per maiorem
intelligentiam considerandum quod aliter tenetur pater providere filiis et aliter filius
parentibus quia pater cum sit principium filii per se obligatur ad providendum filiis
de doctrina et instructione non autem econverso. Unde dicitur 2 ad Cor. xii nec debent
filii thesaurizare parentibus sed parentes filiis. Et ideo non licet ingredi religionem
obmissa cura filiorum sed debet de eis curare vel de cura competenti
providere. Filius autem licet non simpliciter teneatur licet etiam parentes tenetur tamen
parentes scilicet si pater sit in casu necessitatis in quo per aliud non possit ei co-
petenter subveniri et ideo tali casu cessante potest contra voluntatem parentum
ad vitam alteriorem evolare. Sed queritur quare non permisit dominus hunc
discipulum sepelire patrem suum cum Thobias laudetur de sepultura mortuorum.
Respondet Crisostomus. Hic satis verum pateret non sinitur redire quia alii erant qui
sepelirent et igitur sicut a maioribus necessariis redire non oportebat. Unde
glossa interlinearis. Illi carne mortuos condunt tu autem mortuos in anima d
resuscita. Hic potest esse questio dubitationis prima utrum christus debuit uti in
hoc mundo maxima paupertate. Secunda utrum revocando discipulum suum a sepul-
tura patris fecit contra ius naturale. Tercia utrum peccatoribus sit ecclesiastice
sepulture tradendi. Quarta utrum pueri morientes dum portantur ad baptismum
sit in cimiterio sacro sepeliendi. Ad primam est dicendum quod fuit congruum christum
in hoc mundo pauperem vitam eligere propter tria. Primo propter officium et propter auxilium
et propter exemplum. Quidem quia ut Augustinus in de vera religione. Tota vita quam dei
filius in hoc mundo per hominem quem suscepit dignatus est operatus est nobis exemplum
et disciplina morum fuit. Cum igitur homines divitias maximum bonum putarent
pauper esse voluit. Honoribus perniciose inhiabant rex esse noluit. Car-
nales filios magnum appetebant carnale coniugium prolemque contempsit.
Propter officium quia officium christi maxime fuit predicare. Marci i quod primo
Eamus in proximos vicos et civitates ut ibi predicem quia ad hoc veni.
Nichil autem est quod ita distrahat mentem a predicationis et speculatio-
nis officio quam divitie quia qui volunt divites fieri inserunt se doloribus
multis. Unde et quidam philosophi ne in contemplatione vitam impedirentur
divitias contempserunt sicut dicit [illegible]. Et ipse idem salvator mittens apostolos
ad predicandum mandavit ut non possiderent aurum et argentum nec
sacculum ferrent vel peram. Ideo non eum decebat illis uti que potuis-
sent huius officium impedire. Sed propter auxilium quia sicut sua morte
nobis auxilium prebuit ut nos mortem nostram spiritualem vinceremus
sic sua paupertate corporali auxilium nobis dedit ut nos divitias spirituales
possemus acquirere. Et hoc docet apostolus post 2 Cor. viii dicens Scitis
gratiam domini nostri Ihesu Christi quoniam egenus pro nobis factus est ut nos illius
inopia divites essemus. Competimus tamen si voluissemus maxime uti divitiis
sicut fuit usus maxima paupertate ne propter hoc fuisset remotus a virtuo-
sa operatione cum ipse esset virtutum regula. Item propter hoc divitie et ege-
states dimittende sunt ne homo propter divitias alliciat in superbiam ele-
vari et primo in invidiam irrogare et ne propter paupertatem cogatur mentiri
dolosa simulatione tenebrosum et ventosa elevatione elatione iactantia non habere cordis simulitatis ubi
doctorum se inclinatorem recipit quia in discipulatu christi non illius gradum sed suam gloriam requirebat

et futuri propter quorum timorem Salomon dixit Proverbiorum 30 Divitias et pau-
pertatem ne dederis michi sed tantum victui meo tribue necessaria. Secundum secundarium est dicendum
quod esse aliquod de mente legis nature dupliciter ad presens potest intelligi. Primo in omni tempore
et omnem statum. Alio modo in aliquod tempus et secundum aliquem statum. Dicunt ergo ali-
qui quod subvenire parentibus in vita ad sustentationem et in morte ad sepulturam vel
ad sepulture preparationem est de lege nature secundum omne tempus quia sive sit homo iuvenis sive
senex quantum ad variationem temporis sive secularis sive regularis aut clericus quantum
ad variationem status semper tenetur ad sustentationem parentum quia cum sit preceptum legis
nature sicut natura semper manet ita semper in omni tempore et in omni statu ma-
net obligatio precepti. Nec a tali precepto per variationem temporis vel status aliquis
absolvi potest nisi in tribus casibus. Primo quod parentes habeant unde possit sibi sub-
venire. 2o quod facultates per seipsos possint acquirere. 3o quod per alios eorum pro-
subventio potest impleri. Quia secundum Christus alii erat quod sepulturam patris illius
discipuli qui implere poterat revocando eum a sepultura eius non fecit contra
preceptum legis nature. Potissime quia sepulto patre optimisset eum testamentum
vidisse et hereditatem cum aliis dimisisse et sic multipliciter distractus
et impeditus fuisset a contemplatione spirituali ad quam per Christum vo-
catus erat. Alii vero dicunt subventionem parentum esse quidem in mente legis nature
non tamen universaliter et secundum omne tempus et omnem statum sed secundum
determinatum tempus et determinatum statum. Manente igitur tali statu quod homo
civiliter et seculariter vivat in mundo tenetur ad sustentationem parentum. Sed
quando tamen non vivit civiliter et seculariter eidem eius amplius non tenetur. Dicunt
enim quod vivere in mundo tripliciter potest intelligi. Primo naturaliter utendo cibo
et potu et aliis ad vitam sensibilem spectantibus et sic religiosi vivunt
in mundo. 2o bestialiter sic peccatores vivunt in mundo. 3o civiliter et sic
religiosi taliter mortui sunt mundo. Unde per professionem religiosi ab-
soluti sunt quia licet a preceptis legis nature per opera supererogationis
non absolvantur si sunt naturalia pro omne tempus et omnem statum, si tamen
sint naturalia in aliquo tempore et in aliquo statu per opera erogationis
absolvuntur. Quod probatur quia obedire parentibus est de mente naturali sicut subvenire
et tamen postquam filius emancipatus est a patre non plus sibi obedire tenetur
et similiter postquam intrat religionem. Unde dicit Apostolus ad Hebreos xii.
Si patres nostre carnis habuimus eruditores et reverebamur eos quanto
magis obtemperabimus patri spirituum et vivemus. Eximius autem quilibet istarum
oppinionum contineat aliquid veritatis. Media tamen via puto esse tenendam
ut dicatur quod subventio parentum est quidem de mente naturali secundum omnem statum non
quantum ad ipsius precepti executionem sed solum possibiliter et oportunitate
existente. Planum est enim quod per impotentiam exequendi preceptum homo
excusatur ab executione et potissime quando impotentia exequendi est
temporalis quamvis ad actum reducibilis quia si esset perpetua non remaneret
obligatio precepti ex quo numquam posset impleri. Nec autem est ita quod sta-
tus religionis non impedit simpliciter hominem a subventione parentum quia multi
casus possunt occurrere in quibus potest parentibus subvenire per licentiam
superioris ut de suo labore vel per administrationem communium rerum.
Sed dum non adest sibi facultas vel possibilitas excusatur ab executione
sicut enim filius non tenetur subvenire patri si habeat exercere et potest exercere artem in re

vel quod per aliud possit

non

non

vel quod per aliud possit eius subventioni subvenire ita si ipse de suo non habet et
facultas non adest sibi acquirendi vel administrandi aliarum rerum non habet non tenetur
concurrente tali impotentia subvenire quia hoc est de ratione precepti affirmativi quod licet
obliget semper ratione qua est ipsum preceptum non tamen ad semper ratione quod
ad affirmativum est / puto ergo quod religiosus propter statum religionis non absolvitur red
ab obligatione precepti de subventione parentum sed ab executione potest excusari
donec sibi possibilitas ponatur per concessionem vel licentiam superioris sed si peteret licentiam
in casu in quo parenti subvenire posset de suo labore vel administratione alicuius
et tenetur et prelatus non concederet puto quod in hoc non teneretur sibi obedire quia in
preceptis legis nature et eorum que in secunda tabula continentur nullus homo dispensare potest tenetur
enim religiosus obedire prelato in hiis que spectant ad observationem regule et
eorum que in observantia regulari continentur / presupposita tamen semper preceptorum
dei obedientia tamen prime tabule quam secunde. Ad tertium est dicendum quod parentes peccato infi-
delitatis ita quod sic separati ab ecclesia vel per heresim vel excommunicationem sepeliendi
sunt sed non tradendi sepulture ecclesiastice. Unde dicit Augustinus quod ideo Christus revo-
cavit suum discipulum iam fidelem ut patrem suum non sepeliret quia tunc esset i-
fidelis per alios infideles erat sepeliendus. Quod intelligo per fidelem
filium patrem infidelem non esse sepeliendum in sepultura ecclesiastica cum orationum
suffragiis non quod filius fidelis teneretur tradere sepulture patrem infidelem quantum
ad humanitatis et naturalis pietatis obsequia. Unde dicitur de consecratione prima distinctione
Ecclesiam in qua cadavera mortuorum infidelium sepulta sunt
milia pascentes circa montem· lucas dicit in monte fuisse· quia de tanto grege
alij in monte alij circa montem erant· demones autem rogabant eum dicentes
Si eicis nos hinc mitte nos in gregem porcorum· in quo ostenditur quod demones ne-
valent nocumentum inferre nisi permissi vnde beatus Augustinus / et habetur hic in glossa· quod
multo minus demones sua potestate possunt nocere hominibus quod nec porcis nocere possunt
et beatus Gregorius tractans illud Iob 40 behemoth quem feci tecum qui fecit
eum applicabit gladium eius· dicit formidari non debet qui nichil valet nisi permissus
quamuis enim malignitas a demone sit· potestas tamen non nisi a deo est· Si eicis nos
hinc· quasi dicerent potestatem habes nos eiciendi si vis· tamen si eicis nos mitte i. permitte
nos in gregem porcorum· Ex hoc patet quod licet hominibus non possit nocere in persona
appetit tamen ei nocere in substancia et ergo rogabat mitti in porcos si eicerentur· Et ait
illis Ite· hic subditur peticionum exaudicio vbi ponitur primo diuina permissio tum dicit
ite / 2° demoniacorum liberacio ibi at illi exeuntes / 3° demonum in porcos
ingressio i. abierunt in porcos / et ecce magno impetu quia celeriter agitati-
bus demonibus totus grex vel abiit per preceps i. valde velociter in mare scilicet ty-
beriadis quod erat prope et mortui sunt in aquis· secundum Crisostomum quod vbicumque homines in me-
sticiam mittere studet· hoc dicit secundum Crisostomum quia mare illud habet aquas dulces· sed voca-
tur mare more iudeorum· Permisit autem hoc dominus non propter eorum persuasionem vel vt im-
pia eorum voluntatem impleret· sed propter multiplicem causam et vtilitatem· quarum prima
est· quia forte homines illius terre peccatis suis per illud dampnum sic demeruerant / 2a
vt ex euentu iacture et magnitudine / vt appareret hominibus quam sunt crudeles
et nocentes sibi subditis et obsequentibus et quod homines quos magis oderunt plus
affligerent si deus permitteret et eis liceret· Secundum Crisostomum et gressu eius toles furiam
quam contra homines habent demones omnibus demonstrat· et quod multo peiora vellent
hominibus infligere si possent virtute non impediti diuina et quia in hominibus hoc demonstra-
re eius pietas non ferebat· ipsos in porcos intrare permisit vt in illis virus
et furor demonum videatur· Tercia secundum Crisostomum vt discant omnes quia nec ad istos
porcos audent ut possint nisi deus permisit· Quarta propter salutem hominum vt inde
hominibus salutis occasio prebeatur et vt homines regionis illius discerent de virtute
et in eius venirent cognicionem· hac enim occasione pastores fugerunt et
hec omnia hominibus in ciuitate Gerasa nunciauerunt· Quinta propter dignitatem homi-
num ostendendam· scilicet quam dignior sit homo bestijs· tum propter salutem duorum hominum
perire permisit deus duo milia porcorum· Multum ergo patet quod homines perdere
vt mutilare non formidat· Sexta ad contumeliam demonum quia porcus est
animal immundum / elegerunt enim intrare in porcos quia hoc magis sibi putabant
et hoc magis eis competebat· porci enim propter immundiciam et serpentes propter
astuciam magis eis competunt· Vnde Remigius· Ideo non petierunt mitti

sz [illegible] criss que
petit dus [illegible]
[illegible] rogauerunt
tu [illegible] i digni
audiri [illegible]

in homines quia illud cum virtute torquebantur humanam speciem gestare videbantur. Non petierunt
ut in pecora mitterentur quia velut munda animalia in templo dei offerebantur. Petierunt autem
ut in porcos mitterentur quia nullum animal est porco immundius et demones sic in spurci-
tiis delectantur. Septimum misterium. Ita porci qui ad celum non habent facies sed ad terram
et in luto iacere delectantur significant illos qui deum pre oculis non habent, sed viciis sor-
dedantur et hii in potestatem demonum traduntur, et in infernum finaliter cum eis demer-
guntur, et nunc suffocati in aquis et voluptatibus huius mundi tunc suffocabuntur in a-
byssis in puteo inferni. Unde glossa: nisi quis more porci vixerit dyabolus in eo potestatem
non habebit, nisi forte ad probandum non perdendum. Unde Augustinus: Certi misterii gratia
et certa dispensatione dimisit demones in porcos ut ostenderet dyabolum
in eis dominari qui vitam porcorum gerunt. Unde sanctus Ambrosius: Clementiam domini
debes advertere quia nullum prius ipse dampnat sed unusquisque ipse sibi auctor est pene.
Timeant ergo libidinosi castrimergi et immundi qui in sordibus luxurie et volup-
tatum vivunt, ne in potestatem dyaboli etiam viventes deo iubente vel permittente
tradantur, et postea cum eo in infernum demergantur. Dicitur enim quod demones
nobiliores peccata detestantur vilia, quanto magis homo debet detestari ea. Patet autem ex hoc
quam detestabilis sit libido castrimargia sicut et superbia. Non enim legitur dyabolus
in aliquod animalis organum intrasse preterquam porci serpentis et hominis. Unde Crisostomus:
Cum porcini homines sint, facile capi possunt a demonibus. Porcini sunt homines
ande comedentes per gulam, pinguescentes ad luxuriam, in luto iacentes per acci-
diam, rostra facientes per avariciam, spumantes per iracundiam. Per porcos
etiam significantur detractores et referendarii qui depascuntur defectibus et immundiciis
aliorum tamquam porci, et referentes que vident et audiunt, rodunt vitam eorum,
quos etiam demones intrant et demergunt in infernum. Erubescat miser et
qui detestabili officio pacis perturbamento et discordie seminario, et insuper
timere de tanto periculo, quia dyabolus qui in te potestatem accepit cum te ad hoc officium pro-
duxit. Et qui nunc te suffocavit in hoc vicio postea te suffocabit in inferno.
Timeat etiam et caveat auditor ne talibus consentiendo et aures prebendo
eis filius fiat, quia sicut super linguam detractoris sic super aures auditoris dyabolus
sedet, et si non esset auditor, non esset detractor. Unde glossa super id: Ventus aquilo
dissipat pluvias et facies tristis linguam detrahentem, sic dicens: Si tu hylari
vultu detractorem audieris, tu illi das fomitem detrahendi. Si vero tristi,
didicit non libenter audiri. Aufer domine obprobrium talium hominum pestiferorum
a religione fratrum tuorum. Sed hic queritur quare demones elegerunt intrare
porcos. Respondetur: elegerunt non quia hoc esset in arbitrio eorum, sed quia magis sibi
permitti putaverunt, et hoc etiam magis congruebat eis. Item petierunt mitti in
porcos ut adhuc nocerent hominibus. Item ne descenderent ad infernum quod timebant.
Pastores autem hic ponuntur miraculi divulgatores. Pastores autem scilicet porcorum fugerunt timore
perterriti, et venientes in civitatem Gerasenorum nunciaverunt omnia scilicet que acciderunt de
porcis, et etiam de hiis qui habuerunt demonia, quomodo scilicet per Christum curati erant. Et ecce to-
civitas. Hic auditur reverentia Gerasenorum exhibita Christo. Et ecce tota civitas
exiit obviam Ihesu, scilicet ad faciendum ei reverentiam, et viso eo rogabant ex humilitate

reputantes se indignos tanto doctore sic dixit petrus luce 5° Exi a me domine quia
homo peccator sum Et sic mulier que in hospitium helia recepit dicitur 3° regum 17 Ingressus
es ad me ut rememorarentur iniquitates mee et interficeres filium meum Et sic super
dicitur de Centurione Unde glossa rogavit eum non de superbia sed de humilitate indicantes
se indignos ut petrus fecit et vidua de helia / Ut transiret de finibus eorum Cristus
non restitit sed recessit et eos qui se indignos arbitrabantur doctrina eius reliquit
dabit eis doctores liberatos a demonibus et porcorum pastores Unde crisostomus dicit quod
xpus noluit quod ille qui habebat legionem sequeretur ipsum sed magis predicaret
miraculum factum et ita intelligendum est de alio qui erat cum eo Vel aliter potest intelligi
quod isti gerasam expectus suis timebant offendere xpum presentiam et per consequens mereri
maiorem penam perdendi et ideo rogabant eum discedere a finibus eorum / Moraliter
circa istos demoniacos nota tria scilicet miseri dispositionem nocumentum / In primo duo
dicuntur ad significandum duplex genus dyabolice oppressionis opprimit enim per errorem
rationis opprimit per malignitatem voluntatis primum contra fidem secundum contra bonos mores
demoniacus qui est oppressus spiritu erroris prima ad Thimotheo 4° In novissimis temporibus
discedent quidam a fide attendentes spiritibus erroris et doctrinis demoniorum Demo-
niacus etiam est homo oppressus spiritu malignitatis primo regum 16 Spiritus domini recessit a
saul et exagitabat eum spiritus nequam / Circa secundum ad dispositionem dicitur habentes demo-
nia exeuntes de monumentis seu nimis Nota quod significatur triplex dyabolica tenta-
tionis temptat enim violentia potentie astutia scientie simulatione bonitatis Vio-
lentia seniendo terret adquod significandum dicitur seu nimis astutia scientie decipit
quod notatur ibi habentes demonia demon enim interpretatur sciens simulatione bonitatis
illudit hoc notatur per habitationem in monumentis que exterius sunt pulchra interius omni
spurcitia plena / Ratione violentie comparatur dyabolus leoni prima petri ultimo Adversarius
noster dyabolus tanquam leo rugiens etc Ratione astutie comparatur serpenti genesis 3° Ser-
pens erat callidior cunctis animantibus terre / Ratione simulationis comparatur draconi qui
habitat in cavernis ysaie 33 Erit cubile draconum et pascua strutionum Ratione
istorum trium dicitur apocalypsis 20 Apprehendit draconem serpentem antiquum qui est dyabolus
et sathanas ratione violentie dicitur sathanas / Circa tertium ad nocumentum notatur
quod primo fecit nocumentum in hominibus quos obsedit 2° in porcis quos precipitavit
In quo designatur duplex vexatio peccati una est per peccata spiritualia quibus vexantur homines
qui videntur rationales alia per peccata carnalia quibus vexantur porci id est carnales
Utrumque significatur Exodi 9 Erunt in hominibus et iumentis ulcera et vesice turgentes /
Nota etiam quod eiecti ab hominibus intrant porcos quia per gratiam dei fugati a spiritualibus
invadunt carnales quod significatur apocalypsis 12 ubi primo prelium factum in celo / proiecta pictus
in terram / porci sunt carnales 2ª petri 2° Canis reversus ad vomitum et sus lota
in volutabro / Vel porci sunt carnales delectationes luce 15 Adhesit uni civium
et misit illum in villam suam ut pasceret porcos / Vel porci sunt spiritualium contemptores
super 7° Nolite sanctum dare canibus neque mittatis margaritas ante porcos Et nota quod
intraverunt porcos et precipitaverunt et mortui sunt in aquis / Intrat enim dyabolus
porcum cum intrat carnalem animam et gressu precipitat in mare per perpetrationem
peccati que moritur in aquis finali impenitudine etc

marco

Cumq3 ihūs nave ascenderet rogabat eū ex devotione sanati ut cū eo esset qr tertia luna
grati de beneficio collato sibi cū eo volebat. ihūs aut nō admisit eos i. nō re=
cepit eos ad discipulatū propter pitendentis passionis horrorē et ne ascriberet²
demoni qd isti faciunt si ipi discipli eent. Ex hoc loco accipit² qd consuetu est
in ecclia qd demoniaci et furiosi ptq curatoz nō pmovent² ad ecctiasticā sac=
menta seu officia pagenda. Sed dns eū qui curaverat secū durē noluit ut
iactantie tam vitare doceret et propter fructū pdicatōnis ipm ad suos re=
misit ut per eū alijs procuraret² salus et infidelibz eet exm ipe sanatq
Unde eū a sua sequela supplicit nō repulit. sed ipm pdicatore evangelij
dei constituit dicens Vade in domum tuā ad tuos et sibi ex officio tuo pluq
teneris et nuncia illis quanta tibi dns fecit. Non dixit denuncia oīa
et quō tibi misertq sū sanans te in aīa et corpe. Unde theophilus Unde sal
vatoris humilitate Nō dixit denuncia oīa que fecit tibi dns Sic et tu cu
bonū aliquod operaris nō tibi sed deo ascribas. Ubi et Cris licet aut a=
lys sanatis precepit nemi dicere quemet hunc precepit quod annunciet
quia oīs illa regio demonibz detenta sine deo manebat. Ubi et Augq qd
aut ille sanatq cupit iā esse cū xpo. et dicit² ei redi in domum tuam
et narra quanta tibi fecit deus. sic intelligit² ut sic quisq3 intelligat
pq remissiōz pcto reddendā sibi esse in consciaz bonā sic in domū et no
propter eternā salutē et deinde cū xpo neglige pdicatois
ministerio fungi redemptoris accomodatū Et gregorius Cū enim quilibet parz
de diva agtone percipimq, redire iā ad humanaz noluit quiete contemplatois
contenderes. Sed dns precepit ut mens prius exsudet in ope et pq modo refici
debeat per contemplationē. Et abiit nō mente sed corpe separatq a dno et pdicat
in decapoli i. in regione decē civitatū quanta sibi fecisset ihūs magnalia
et oīs mirabant², et per eū ad fidē edificabant². Ecce mutacio dextre
excelsi, qr ex infideli et demoniaco factus est pdicator fidelis et devotq operante
dno et vē fidelis qr ad gloriā dei et utilitate primi factus est talis. Et
vō dicit² de vno intelligenda est etiā de alio qui erat cū eo qr ambo volentes
sequi xpm ad suos missi sunt. et ambo salutē sibi factā et magnalia dei pdi=
caverunt. Hoc quoq3 exemplo docet unusquisq3 suo primo salutē sibi factā pre
dicare et a dyabolo se liberatū esse verbis et opibq bonis demonstrare et alios ad
candā salutē percipiendaz vocare. Studeamq ergo et nos si nōdū liberati
sumq a dyabolo liberari et si iā nos liberatos esse cognoscimq salutē alijs p=
dicemq quia nos obtinuisse gaudemq memores quod scriptū ē Qui audit
dicat veni. Sed multi hoc exemplū minime secunt² et de alijs q ad corpq ptinet
circa amicos suos solliciti sunt et inquirunt. sed de hijs que ad salutē aīarz
ptinet sollicitudinē ullaz gerunt. Hic pnt fieri alique dubitatiōs Prima
utrū isti demones cognoverunt xpm eē dei filium Secunda v. ex pruntia xpi torqueret²
magis quā an. Tercia. v. plures demones in vno corpe possint simul stare

dua

e b porci et serpentes sit aialia magis d'moib; apta / q' b dctes fuit xpm
pmitte d'mones in porcos intre / Ad p'mu est dicedu q' s' btm aug9 no°
1 de ci di / xpus tm inotuit d'moib; qntu voluit / tm aut voluit qntu
opt'uit Nequa aut oportuit q' eis inotesceret sub ro? bestia°? ibi ut ipm
viderent et cognoscerent tanqm lume q' illuiat omez hoiez venietez in hunc
mundu · et ut est vita et'na h'ib; q' apte videt et cognoscut / q' istis se non
ostedit nisi sctis viris et btis angelis / sed btm oportuit q' ondet se d'moib;
per quedam indicia sue divinitatis et sue huanitatis ut n' cent certi eu ee vim
dm q' sic impedisset eius passioz faciens se cor? preda expoliari per eu
n' esset certi eu esse puru hoiez · q' si no timuisset eu · no dimisisset
vexare et tormetare suos fideles quos cu eius adventu qui suos insulta-
bat / quod sic fcm est q' ut dicit bendg? / demones videntes xpi mirac'la
et se per eu torq'ri et a corpib; hoim expelli suspicabant' eu esse deu / sed
postmodu videntes eu ex itine fatigari et esurire et sitire suspicabat' eum
esse hoiez / Vn dicit Jo? sup isto vbo / Quid nobis et tibi fili dei / ex d'mones
amb' suspicioe filiu di xpm magis qm agnosce intelligedi sut / Et aug9 sup
eod' vbo ait / q' d'mones clamates / quid nobis et tibi fili di / magis ex
suspicoe qm ex cognitione dixisse credendi sut / q' si eu per certitudinem
2 dei filiu cognovisset nunqm dnm glie crucifigi pmisisset Ad scdm
est dicedu q' d'mones sp torq'ri et sp cruciari et sp secu portare infnalem
igne dupl' pt intelligi / p° q' illud igne materialez et corpale q' cruciat demones
et aias dapnatorum in inferno portet secu / qm vemut ad nos teptandos
et qm sut gt nos et hunc intellcm puto ee no vm / tu cu ignis sit corporeus
et corpalis / q'burrat q' d'mones existent circa nos / et aliqn int' corpa hoim
qm vexat hoies et hoies no sentiret illius ignis caliditatez et cobustionem
no est vlsimile / nisi sp in talib; vellemus admiracionem ponere / Scdo pt intelligi
q' sicut deus d'mones qm sut in infno cruciat mediato illo corpali igne · ita
qm sut hic nobiscu ipos affligit illo eod' cruciatu sine illo igne · Est em
vm hc vlr in deo · q' quidq' opat' mediate creatura aliq' pt imediate opari
p se ipm · Et si gram confert alicui mediate bapmo / potest si placet sine
bapmo cfere Quocunq; igit' vadut d'mones portat secu igne infnalez
no quidez ipm corpale / sed effcm et opatioz eius · q' cu opatio ignis sit affli-
gere et cburere seu cruciare / sic talez paciut' cruciatu demones in infno
mediate igne · ita ubicunq; vadut paciut' eund' cruciatu immediate a deo
sine igne / Sed qlit' ex pncia xpi tormentati sut dicedu e q' d'mones s' aug9
8 de ci di ca° 22 ad nocendu nobis sut cupidissimi Vnde mag' pena erit
eis per die iudicij retrudi in infno / qm no poterit nos amplius vexare et tep-
tare / q' igit' per xpi pnciam expellebant' ab hoib; · ne eos vexaret et
temptaret / eu h' tormentu sit eis dandu p? die iudicij / ideo q'quebant'
dicendo venisti ante tpus torq're nos / Ante pnciaz go xpi et p9 pnciaz
demones tormenta senserut q' sp cruciant' a deo modo quo dictum est /

o. Notandu q angelus malus siue bonus no e in loco sic corpus cu no h3 dimensiones repletes locu
q hoc est esse co(m)mensuratiue in loco. nec e in loco sicut deus q est vbiq, eo q h3 limitacoe in ista sed
e sit in loco q est in certo situ sit q no in alio et absq occupacoe situ. et hoc e diffinite ee in loco
determinat cu sibi aliq locu ita q no aliud. Ex h pz q dyabo est in q3 pte loci totus et totus
in toto loco q dyab determinat sibi locu ita q no pt ee in loco quocuq mago sed in loco
certe extensionis. et cu sit indivisibilis oz q sit tot in toto et tot in q3 pte. Et ita exponit
Rabanus damascenu dicete q spus no e in loco singulariter sed intelligibilit'. et ydola sut in eod medio et inte spes ^
+ Jte pbat q plures demones pnt ee in eod corpe q limina
Sed q ex psentia xpi expellebant a corpib hoim ne eos vexaret. h' ipi
ppter eo cupiditate nocendi tormentu reputabat. vn dicit Jo q psencia xpi 3
et saluatoris di tormenta sut d'mon. Ad tercia est dicendu q questio e dubia
ppter aiaz q cu sit in toto corpe tota et tota i q3 pte. si d'mones sr plures in
vno corpe hoiz sit cu ipa aia et ppt ipos d'mones q cu sit in corpe vno
sit in vno loco. erut plures d'mones in vno loco quod no grr. dicendu e q
q demones bn pnt ee simul cu aia q sit in corpe vbi e aia no tn
in aia q no illabit' e(ss)encia aie. Aia cu est in corpe sic fr. d'mones vo
sit in loco. et plures d'mones in vno corpe ee pnt tamen in loco pp'o q cu
d'mon sit vbi opat' ideo f'm eunde modu opandi in eod pp'o loco. plures 4
angeli plures d'mones ee pnt + Ad qrtaz e dicendu q f' doctrinaz
sco ista duo aialia sut magis 9formia d'monib q aliq alia. serpes
et porc. serpes ppt astucia et porc ppter immundiciaz. Na nulla at e imu-
dis porco. vnde porc dicit' spurc eo q in spurcicijs delectat'. sic et d'mon
in spurcicijs pcto vt dicit Remigi'. Serpes vo ppter astucia. ideo in for
serpetis elegit dyab pmu hoiz teptare. et credit' q in for serpetis q dicit'
vippera. quod nequissimu gen e bestie. et sup oia que sut serpenciu gnis
e astucior. Jdeo in tali forma serpetis placuit dyabo pmos pntes teptare
vt ei nalis astucie facilius astucie dyabi sibi obediendo applicaret. Sic eni
dyab melius loquet' latinu vel alia linguam mete hoie habete mebra
nalia aptiora et subtiliora ad motu. Unde existes in corpe cuiusda rusti-
ci dixit se no posse loq latine q labia nimis grossa habet. sic facilius 7
potuit pmos pntes decipe per talez astucia illius serpetis taq' cofor
mez astucie sue. Ad qntaz est dicend q quemadmodu fuit d'mones in
porcos mitte. et q nisi pmissi a xpo intrent et pq' intrauerut ipos
porcos intrare. et q nisi pmissi a xpo intrauerut q sut immunda aialia.
Na per h q d'mones porcos intrauerut virtute in eu
ostendebat vt dicit Aug q nisi eis no porci carnalit virtute iniciu
dyab ptatez accipe no pt. et si ad phandu vel teptandu. no tn ad per
dendu vel vexandu. Sm illu publicu fornicatoru q' no porci vincebat
ad corr' sic pz ad Cor. Paulus tradidit sathane vexandu
hndo vxore pris sui. dat' intelligi q d'mo-
nes et per h no q iussi et pmissi a xpo intrauerut. nisi ipe xpus eis
nes aduersus hoies no pnt. qui nec aduersus porcos audet nisi ipe xpus eis
gessit vt dicit Cris. Sed q porcos occiderut fuit ppter errores demonu e
et ppter xpo diuulgacoez. posmut eni q amelio aiaz hois cuius ut ad
aiab porco et brutoz aialiu. quod si ita oet ppt duoz hoim salutez
xpus no pmisisset duo milia porcoz in aquis suffocari vt dicit Jo. ex
dampno eaq quod preceptu est de pdicacone porcoz diuulgatu e nome
xpi per dnos porcoz. per pastores eoz et per illos q a demonib
liberati sunt ut dicit Crisostomus
^ in eada fantasia sn co(n)fusioi. Sed angeli et demones sut nale magis spuales qui
lunt ut ydola vel spes in fantasia. ai' pz per A ppt gnis pspectiue i rue dici-
radius visibilis inspmixte mediu illustrare o

ꝑ tha i q^o libet 3° ar viij

Utrum dyabolus inhabitet substantialiter hominem in quorum peccato mortali. Respondetur dyabolum
inhabitare hominem potest intelligi dupliciter. Uno modo quantum ad animam. Alio modo quantum ad corpus.
Quantum ad animam quod dyabolus non potest inhabitare hominem substantialiter quia solus deus illabitur
menti. Unde dicit beatus Thomas in secundo scripto: Illabi alicui animi importat quod id intimum
sit ei et quod intime videlicet intrinsece operetur in illo, sed nihil tale potest esse respectu anime nisi
solus deus qui est ubique ab intra et ab extra, et ita solus divinus spiritus anime potest illabi.
Nam anima secundum sui intimum et supremum deo appropinquat et ubique est deus. Unde Bonaventura:
Inquantum magis anima redit ad interiora sui et seipsam considerat tanto magis
unitur eternis. Unde beatus Augustinus de fide ad Petrum dicit: Inest singulis spiritibus naturalis
terminus quo a se ipsis distinguitur, sic quod unus in alio non est, sed ex quo creatura humana
spiritus est non potest esse in demone nec demon in ea eque. Et si dicitur quod demones
ingrediuntur animas ut habetur Luce 4 Erat homo habens demonium, ubi glossa: Intra-
verat dyabolus ubi intravit Christus, sed Christus non exivit de corpore sed de anima,
ergo et dyabolus. Dicitur quod non intravit dyabolus secundum substantiam sed secundum effectum quia in
anima operabatur aliquos effectus sicut mala voluntate et inclinationes ad diversa
peccata. Non autem sic quod sit ad intra in anima licet bene in corpore possit esse ab intra
sicut et angeli sunt. Nec ita dyabolus causat culpam sicut spiritus sanctus gratiam.
Spiritus enim sanctus interius operatur sed dyabolus exterius suggerit vel quantum ad sensum
vel quantum ad ymaginationem. Dicitur tamen inhabitare affectum habitantis per affectum malicie
non solum quando ex eius suggestione peccatum perpetratur sed etiam per quodcumque
peccatum mortale, quia ex quolibet peccato mortali homo servituti dyaboli subicitur.
Sed quantum ad corpus dyabolus potest hominem substantialiter inhabitare sicut patet in arreptitiis, sed
hoc magis pertinet ad rationem pene quam ad rationem culpe. Pene autem corporales huius
vite non semper consequuntur culpam quia quandoque eius precantibus non inferuntur ut dicitur
Jo. 9 de ceco nato, et hoc est secundum altitudinem incomprehensibilium iudiciorum divinorum.
Unde non cum qualibet culpa mortali dyabolus inhabitat hominem substantialiter etiam
quantum ad corpus. Dicit tamen sanctus Thomas in secundo scripto: tam angeli boni quam mali
habent proprietatem transmutandi corpora inferiora, et quia ubi operantur alicubi ibi sunt, tamen
hoc sit esse diffinitive in loco, et ita corporibus illabuntur licet non anime, et ita
potenciis habent super potentias affixas organis quia operationes per demones
mutantur ad mutationes organorum, sed illa non perveniunt ad voluntatem
quia voluntas non dependet ex organo. Et ratio quia non repugnat spiritum simul esse
cum corpore ut dicit Durandus. Bonaventura vero: demones per naturam sue subtilitatis
possunt quecumque corpora penetrare et in eis subsistere et ratione sue potestatis possunt
ea commovere et conturbare, et ita quantum est de potestate et subtilitate nature possunt
corpora humana intrare et vexare si non prohybetur a superiori virtute. Et ex

Tho i q° b[?]

pmittut' intre et vexare diabol' obsidere et hoc solu ex pmissione di-
na sit. demon tamen no est tale in hole ut for intrinseca penetrado sed ex-
contentu a corpe. Sed d' et aia unit' corpi ut motor vel ut pfcio. sed ex quingi'
ut pfcio impossible est in eod corpe ee plura nat pfcientes. ergo cu quingit' ut motor
impossible est in eodem corpe ee spus aliu ut moventes. ergo demo in corpe huiano
ee no pt ex u' ut motor n' ut pfcio. Resp' q no e sile de opatione per modu mo-
toris et per modu pfectionis. q unius pfectibilis e una sola pfectio saltem ceteris lib
sed unius mobilis pt ee multiplex motor. et unus motor multa pt movere. maxime
qn illa hnt aliquem ordinem. et ex iudicio di aia pticulariter subicit' demoni obsidenti
sicut tortori et affligenti. et hic est q sn confusione operationum utraq simul in eadem
pte corporis ee pt

Isti sunt tytuli dubitacionum in capitulo primo bti mathei.

Utrum iste liber bti Mathei debeat dici liber ewangelii ihu xpi vel liber generacionis ihu xpi

V. Cristo conveniat esse sacerdotem peccatis expiandis

V. Caro assumpta a dei filio per generacionem temporalem fuerit ex semine ade

V. Cristus secundum humanam naturam quam assumpsit debeat dici filius david

V Cristus magis filius david quam abrahe fuerit appellatus

V. Corpus xpi fuerit formatum de terra sicut corpora aliorum hominum

V. modus narrandi quem ponit math in generacione xpi sit contrarius modo quem tenuit lucas

V. Cristus fuerit in lumbis abrahe decimatus

V. Caro xpi in antiquis patribus secundum aliquid fuerit demonstrative deciminatum

V. Caro xpi fuerit in antiquis patribus peccato infecta

V. Licitum sit pro sacramentis pecuniam dare vel accipere

V. Licitum sit dare et accipere pecuniam pro spiritualibus actibus

V. Licitum sit pecuniam accipere pro eis hys que sunt spiritualibus annexa

V. Habere plures uxores sit contra legem nature

V. Antiqui patres peccaverunt in hoc quod habuerunt simul plures uxores

V. Concubina aliquando uti liceat ex natura vel ex dispensacione divina

V. Consanguinitas et affinitas de iure naturali impediant matrimonium

V. Iudas peccaverit mortaliter cognoscendo thamar nurum suam quam putabat esse meretricem

V. Accipere uxorem non propter prolem sed solum propter delectacionem sit matrimonium

V. Adulterium vel fornicacio sit maius peccatum quam furtum vel homicidium

V. Fidelis cum infideli possit matrimonium contrahere

V. Coniux infidelis conversus ad fidem possit remanere cum uxore infideli nolente converti

V. Fidelis conversus possit uxorem infidelem dimittere nolentem cohitare sine contumelia creatoris

V. Fidelis discendens ab uxore infideli possit aliam ducere

V Divina natura poterit uniri cum humana

V Ad reparacionem humani generis verbum dei necesse fuerit incarnari

V Filii sint nobiliores parentibus

V Melius sit esse nobilem quam divitem

V Decens fuerit xpm nasci ex nobili progenie

V Ydolatria sit peccatum

V Peccata parentum precessorum filiis imputentur vel ad eos transmittantur

V Ysaias quando dixit regi morte morieris prophetice sit locutus

V Omnis prophecia sit simpliciter immutabilis

V Sentencia dei sit revocabilis

V Vita hominis possit augmentari ultra terminum constitutum a deo vel breviari

V Homo in fine vite sue possit vere penitere

V Conveniens fuit deum incarnari a principio generis humani

V Incarnacionis opus differri debuit usque in finem mundi

V Antiqui patres incarnacionem cristi meruerunt

V Beata virgo meruit cristum concipere

v Solempnitas nupciarum sit de essencia matrimonii
v Prohibicio nupciarum a lxx usque ad octauas pasce intelligatur inclusiue vel exclusiue
v Si nupcie celebrarentur tali tempore interdicto impediant matrimonium contractum
v Tempore quadragesime possit contrahi matrimonium secundum statutum ecclesie
v Congruum fuerit christum nasci de femina virgine
v Per talem natiuitatem beata virgo fuerit vere mater christi
v Vere potuit dici mater dei
v Filii dei incarnacio vel concepcio appropriari debeat persone spiritus sancti
v Cristus possit dici filius spiritus sancti
v Cristus possit dici filius trinitatis
v Concedendum sit diuinam naturam esse de virgine natam
v Nasci de virgine proprie dicatur de natura assumpta
v Concedendum sit christum bis natum esse
v Fuerit virgo in concipiendo
v Fuerit virgo in partu
v Permanserit virgo post partum
v Conueniens fuerit christo nomen impositum

Isti sunt tytuli dubitacionum in capitulo . c. 2 . beati mathei . c. 2.

v Cristi natiuitas debuit omnibus esse manifesta
v Cristi natiuitas debuit manifestari magis prius quam pastoribus
v Magi per eorum interrogacionem aperte monstrarent dei filium esse incarnatum
v Congruum fuerit in natiuitate christi nouam stellam oriri
v Conueniens fuerit christi natiuitatem herodi manifestari
v Iudei vere vel ficte turbati fuerint de natiuitate christi
v Proprium sit tyrannorum tristari et turbari de dominio et principatu aliorum
v Congruum fuit locum natiuitatis christi sciri per prophetiam stellam et ducatum
v In hora natiuitatis contingat hominem esse fatatum
v In hora natiuitatis contingat hominem esse bene vel male fortunatum
v In actibus carnalibus contingat vnum esse vnum magis fortunatum quam alium
v Respectu diuine prouidencie contingat aliquem esse fortunatum
v Vtrum magi ab angelis bonis vel malis fuerint edocti hanc stellam significare christum natum
v Magi adorauerint puerum adoracione dulia vel latrie que soli deo debetur
v Ista adoracio magorum conuenienti modo facta sit
v Euangeliste in narracione misterii natiuitatis christi fuerint contrarii vel defectuosi
v Decens fuerit cristum in egiptum fugere
v Licitum sit sompnia obseruare
v Sompnia sint signa et presagia aliquorum futurorum
v Cristus fuerit in templo presentatus ante puerorum interfectionem vel post
v Per talem occisionem pueri isti fuerint martires christi
v Sola confessio fidei sit causa martirii

V Congruum fuit cristum egiptum dimittere et reuenire in terram israhel
V Querentes cristum interficere fuerint plures vel vnus
V Joseph timuit ire in judeam et iherusalem
V Jhesus vocari debuit nazarenus magis quam bethlehemita
.c.3. Isti sunt tytuli dubitacionum in capitulo .3. Mathei.
V Congruum fuit xpm habere Johanem suum precursorem
V Beatus Johanes fuit precursor xpi in vtero matris existens
V Fuerit vox clamantis in deserto
V Ipse parauit vias domini et rectas fecit semitas eius
V Johanes per oracionem patris fuit generatus
V Fuerit sanctificatus antequam circumcisus et baptizatus
V Congruum fuit Johanem sic asperam vitam facere vt dicit ewangelista
V Decens fuit quod baptizaret ante xpm
V Congrua forma baptizandi fuit vsus
V Baptisatus sine dignis fructibus penitencie possit saluari
V Greci qui non baptisantur in forma ecclesie saluentur
V Ficta intencio impediat effectum baptismi
V Penitencia quam predicauit Johanes remitteret peccata
V Posset quis cognoscere se facere fructus dignos penitencie
V Sit gloriandum de nobilitate progenitorum
V In baptismo Johannis dimitteretur peccatum originale
V Baptismo Johannis solus cristus debuerit baptisari
V Baptismus Johannis debuit cessare cristo baptisato
V Baptisati baptismo Johannis essent rebaptisandi baptismo xpi
V Johanes dixit verba mathei de calciamentis xpi vel verba aliorum ewangelistarum
V In presenti vita area cristi possit perfecte mundari
V Congruum fuit xpm baptisari
V Debuit baptisari baptismo suo vel Johannis
V Fuit primus vel vltimus baptisatus ab eo
V Decens fuit quod baptisaretur in Jordane
V Debuit baptisari in tricesimo anno
V Episcopus vel presbiter debeat ante triginta annos ordinari
V In defectu temporis etatis vel sciencie summus pontifex possit dispensare
V Johanes cognouit xpm antequam spiritussanctus in specie columbe descendit super eum
V Cristo baptisato aperti sunt celi
V In specie columbe spiritus sanctus descendit super eum
V Illa columba fuit vera columba vel solum ymaginaria
V Spiritus sanctus solum semel visibiliter super cristum descendit
V In tali visione visibili spiritussancti paterna vox audita sit

721
381

Isti sunt tytuli dubitacionum in capitulo. 4. bti Mathei
c 4

v Conveniens fuerit xpm a dyabolo temptari
v Iustu fuit bellu inter eum et dyabolu vel qui ipse ad bellu contra dyabolu procederet
v Congruum fuit q temptaretur in deserto
v omnis temptacio cristi cu dyabolo facta sit in deserto
v Semel tm vel pluries sit temptatus
v post Ieiunium debuit temptari
v dyabolus per ieiuniu xl^ta dierum potuit suspicari xpm esse filiu dei
v per vicium gule primus homo de paradiso fuit expulsus
v vicium gule sit peccatum mortale
v Sit vicium capitale
v pluribus modis contingat per gulam peccare
v Sine peccato unus homo possit uti deliciaciori cibo qm alius
v fuit temptacio inanis glorie si filius dei es mitte te deorsum
v Inanis gloria sit filia superbie
v Semper sit peccatum mortale
v Sit peccatum capitale
v In sanctis viris magis habeat locum qm peccatum gule vel luxurie
v per solam temptacionem avaricie dyabolus fuit a cristo repellendus
v Semper avaricia sit peccatum mortale
v In momento dyabolus poterat ostendere omnia regna mundi
v dyabolus possit dare divicias cui placet
v dyabolus sponte et voluntarie reliquerit xpm
v dyabolus sponte et voluntarie reliquerit xpm
v propter incarceracionem Iohannis xpus debuit Iudeam relinquere
v Statim incarcerato Iohanne xpus debuit predicare
v Suam predicacionem debuit incipere a penitencia
v debuit predicare simul Iudeis et gentibus
v debuit predicare verbo vel scripto
v debuit predicare publice vel occulte
v fecit aliquos libros in quibus suam doctrinam tradidit
v Solum de gente hebrea apli fuerunt eligendi
v Consanguinei xpi inter se fuerunt eligendi
v propter sequi xpm et introitum religionis sit pater relinquendus in necessitate
v demones possunt facere homines lunaticos
v demones possunt facere homines arepticios
v demones possunt facere homines maleficos
v demones possunt malas cogitaciones immittere
v demones possunt hominum cogitaciones cognoscere
v possunt hominum cogitaciones inflammare
v possunt vere facere animas sanctorum defunctorum vivis apparere

Isti sunt tytuli dubitationum in capitulo .v. beati mathei .

67 v Quanto paupertas maior tanto sibi beatitudo maior debeatur
v omnes modi vivendi in paupertate sint equalis meriti
v mitibus debeatur maior beatitudo quam pauperibus
v donum pyetatis correspondeat secunde beatitudini
v donum sciencie correspondeat tercie beatitudini scilicet luctui
v lugentibus maior beatitudo correspondeat quam mitibus et pauperibus
v donum fortitudinis correspondeat quarte beatitudini
v ad beatitudinem requiratur quod homo omnes iusticias debeat esurire
v regnum vel civitas sine iusticia possit diu durare
v donum consilii correspondeat quinte beatitudini
v donum intellectus correspondeat sexte beatitudini
v in hac vita homo possit habere perfectam pacem
v donum sapiencie correspondeat septime beatitudini
v omnes qui paciuntur propter iusticiam sint beati
v qui paciuntur solum propter non adoranda ydola sint beati
v prelati et doctores ecclesie possint esse sal terre
v si prelatus evanuerit per diffamacionem vite et notorii peccati sit honorandus
v prelato aperte infamato in peccato sit obediendum
v prelatus aperte criminosus et malus alterius criminis possit esse iudex
v per montem possit et debeat intelligi prelatus
v per civitatem supra montem positam debeat intelligi ecclesia
v Cristus solverit veterem legem vel non
v Cristus legem veterem impleverit
v sine lege christi veteris legis precepta quis servare possit
v lex vetus et lex nova debeant dici due vel una
v humana lex debeat observari secundum verba legis
v observacio legis humane obliget hominem in foro consciencie vel iudiciali
v solvens precepta legis minimus in regno celorum debeat vocari
v omnis qui irascitur reus sit iudicio
v omnis qui irascitur fratri reus sit eterno iudicio
v semper ira que nascitur ex prepensione sit peccatum
v ira semper que est accensio circa cor sit peccatum
v ira que est appetitus vindicte sit semper peccatum
v irasci fratri quandoque esset licitum et utile
v ira sit vicium capitale
v adversarius iste cui tenemur consentire in via sit homo vel dyabolus
v minister cui tradidit iudex peccatorem sit angelus bonus vel malus
v de carcere inferni quis possit exire persolutis peccatis
v videre mulierem ad concupiscendum eam sit peccatum mortale

v Non mechari et non concupiscere sint duo precepta
v Ornare se ut a videntibus videri concupisca sit peccatum mortale
v Erucio oculi et abscisio manus intelligatur spiritualiter vel corporaliter
v Abscidens aliquod membrorum suorum sit irregularis
v Si talis moreretur propter abscisionem membri esset censendus homicida
Que fuit causa repudii
v Repudiare uxores fuit peccatum et illicitum ipsis viris
Quare adultera dimittitur a viro
In quibus casibus non licet viro dimittere adulterantem uxorem
v Teneatur vir eam que adulteravit dimittere
v Uxor possit similiter virum adulterum dimittere
v Post divorcium possunt coniuges reconciliari
v Propter aliud quam fornicacionem potest dimitti uxor
v In lege nature repudiacio uxoris potuisset fieri sine peccato
v Talis repudiacio sine peccato potuerit fieri in lege Moysi
v Talis repudiacio sine peccato fieri potuit si ex dispensacione divina
v Uxor repudiata sine peccato potuit alium virum accipere
v Causa repudiacionis in libello scriberetur
v In lege nova talis repudiacio sine peccato possit fieri nisi causa fornicacionis
v Licitum sit per creaturas iurare
v Licitum sit ab aliquo recipere iuramentum
v Iuramentum ex pacto semper sit observandum
v Iurare per creaturas sit peccatum
v Iurare per deum sit magis obligatorium quam iurare per creaturas dei
v Non periurare sit mandatum prime tabule vel secunde
v Periurare sit gravius peccatum quam homicidium
v Requirere iuramentum ab aliquo sit peccatum mortale // mortaliter
v Cristiani requirentes iuramentum sarracenorum et aliorum iuramenta per ydola eorum petentes //
v Liceat fideli sibi ablata iudicialiter repetere
v Liceat repetere superfluum an necessarium tantum
v Lex Moysi omnem penam culpam puniret pena talionis
v Pena talionis per legem evangelicam sit remota
v Sine peccato possit quis sibi iniuriam illatam repellere
v Sine peccato possit rem suam in iudicio repetere
v Cuius sine peccato possit petenti rem quam petit denegare
v Sine peccato quis possit de pecunia mutuata aliquam commoditatem recipere
v Diligere inimicum sit consilium vel preceptum
v Pro omnibus inimicis sit orandum
v Vindictam facere contra inimicos aliquomodo sit licitum
v Ex precepto tenemur omnes benefacere hiis qui nos persequuntur
v Tenemur omnes ex precepto diligere tirannides et peccatores
v Omnes teneamur diligere demones et illos qui sunt in inferno

V Diligere amicum sit meritorium
V magis bonum sit diligere amicos quam inimicos
V Que dilectio est magis meritoria amici vel inimici
In quibus homo debeat esse perfectus
V diligere benefactorem sit maioris meriti quam diligere beneficiatum
V Elemosina sit facienda in occulto vel manifesto
V Sit fienda per dexteram nesciente sinistra
V liberet hominem a peccato mortali vel non
V liberet infidelem ab infidelitate vel non
V liberet hominem a pena purgatorii
V Si fiat ab existente in mortali peccato prosit illis qui sunt in purgatorio

Isti sunt tytuli dubitacionum in capitulo 6. beati Mathei.

V Ad petendum aliquid a deo sit necessaria oracio
c. 6. V orandum sit in publico vel in secreto
V orandum sit mente vel voce
V Terminate sit in oracione petendi vel relinquendi voluntati divine
V In oracione sit multum loquendum vel parum
V Sit orandum stando erectus vel genuflexo
V Ista oracio sit excellencior omnium aliarum
V In hac oracione solum contineantur septem peticiones
V liceat oranti alia petere preter illa que petuntur in hac oracione sine peccato
V Septem peticionibus que hic ponuntur correspondeant septem dona spiritus sancti
V Istis septem donis correspondeant septem beatitudines supra notate
V omnes actiones teneamur referre in deum
V ad hoc quod oracio sit meritoria necessario requiratur quod sit attenta
V In hac oracione convenientius deus invocetur nomine dei quam nomine patris
V Cristiani dicant convenientius pater noster quam filii Israhel
V orans convenientius dicat pater meus quam pater noster
V hoc nomen qui es possit convenire proprie cuilibet personarum divinarum
V orans convenientius dicat qui es ubique quam qui es in celis
V Convenientius orans dicat manifestetur nomen tuum quam sanctificetur
V Convenientius dicat sanctificentur nomina vestra quam nomen tuum
V orans convenientius dicat adveniat iudicium tuum quam regnum tuum
V Nunc regnet cristus in mundo
V In fine seculi cristus regnaturus sit super bonos et malos
V Adveniente regno cristi omnia regna debeant evacuari
V Terminato iudicio xpus sit super bonos specialiter regnaturus
V De istis quatuor exposicionibus Augustini sit melior quam alia
V orans convenientius dicat facias voluntatem tuam quam fiat voluntas tua
V orans convenientius dicat fiat voluntas tua in nobis quam in celo et in terra

V Ex precepto teneamur velle quod deus vult
V Teneamur velle sicut ipse vult et iudicio quo ipse vult
V licitum sit omni die petere panem corporalem
V licitum sit omni die petere panem sacramentalem
V licitum sit omni die petere panem spiritualem
V licitum sit petere pecuniam ~~ad ...~~
V Sanctis qui sunt in patria conveniat hanc peticionem facere
V Cristus indiguerit dicere dimitte nobis debita nostra
V indiguerit dicere beata virgo
V Semper ista peticio impleatur in petenti locucione vel non
V dicens solum debita nostra absolucionem consequatur
V non intendens dimittere debitoribus suis debeat hanc oracionem dicere
V peccata omnia sint debita que nos dei debitores constituunt
V Temptare sit idem quod dubitare
V dyabolus possit nos temptare non permissus a deo
V dyabolus loquatur cum deo quando petit nos temptare
V dyabolus possit nos temptare per se ipsum vel mediante alio
V Si dyabolus esset avinculatus vel in inferno religatus cum esset dicere nos ad ya lo – temptari
V deus semper liberet nos a malo
V deus quandoque citius liberet peccatores quam iustos
V deus liberet hominem a mala morte
V Sit orandum quod deus liberet hominem a mala morte
V Sit orandum quod deus liberet nos a persecucionibus tyrannorum
V frequencius hanc oracionem videre quam alie persone debeant dicere
V Quid sit ypocrita   Quot sunt species ypocrisis
V ypocrisis sit peccatum mortale
V Ex precepto sint aliqua tempora ad ieiunandum instituta
V Non observans illa tempora sit semper transgressor precepti
V ad feriandum vel sollempnizandum tempora instituta sint ad ieiunium ita quod habeant vigilias
V Utentes lacticiniis tempore ieiuniorum solvant ieiunium ecclesie
V Ieiunantes diebus dominicis faciant contra ecclesie ordinacionem
V Ex precepto ecclesie ieiunando sit semel comedere in die
V Cum nativitas domini evenit die veneris sit licitum comedere carnes
V Divicias et paupertates conveniat homini habere ex natura
V Habere possessiones proprias et proprios thezauros sit contra ius naturale
V Esset melius omnia temporalia bona esse communia quam propria
V aliquis per artem et industriam posset se facere divitem et posset divicias congregare
V Thezaurizare et divicias congregare sit peccatum mortale
V Cuius possit divicias et temporalia contempnere tali intencione quod sit peccatum mortale
V Solus deus cristianorum non paciatur coli aliquem tamquam deum aut dominum
V Homo teneatur laborare et suo labore victum et vestitum querere
V aliqui absque transgressione precepti possint a tali labore excusari

V providencia dei magis ad gubernacionem hominum quam aliorum animalium se extendat
V sollicitudo circa victum et vestitum sit per salvatorem prohibita
V ad futuram provisionem victualium judicio astrorum sit licite vtendum
V querentibus primum regnum dei semper ista victualia addiciantur


Isti sunt tytuli dubitacionum in capitulo .7. beati mathei

c 7 V omne judicium per hunc textum sit interdictum et prohibitum
V Eodem judicio quo quis judicat alium debeat judicari
V Judex in judicando possit reum cogere ad confitendum illud de quo suspectus motus sit
V Existens in mortali peccato possit alium judicare et corripere / atque aliorum
V suspicio sit peccatum
V prelati cristianorum sacramenta ecclesie debeant infidelibus ministrare
V Doctores cristianorum infidelibus debeant sacram scripturam predicare
V Infidelibus querentibus de hiis que sunt fidei sit respondendum et satisfaciendum
V omnis qui petit a deo aliquid exaudiatur ab eo
V In omni peticione illa tria observanda sint scilicet petere querere et pulsare
V lex naturalis sit mutabilis
V non facere alteri quod sibi non vult fieri sit preceptum legis nature
V lex naturalis per peccatum possit corrumpi et annichilari
V via eundi ad vitam sit stricta vel spaciosa
V mali cristiani sint dicti prophete mali
V mala arbor et mala voluntas possit bonos fructus et bona opera facere
V per bonos fructus et bona opera homo bonus possit a malo cognosci
V per bonos fructus et bona opera bonus angelus possit a malo discerni
V mali homines possint dicere domine domine
V mali homines possint prophetare
V mali homines possint miracula facere
V mali homines possint demones constringere et eos a corporibus obsessis ex- / pellere
V homo absque eo quod audiat verba dei possit salvari
V In verbis dei et hiis que sunt fidei homo falsomodo possit informari
V falsomodo in hiis que sunt fidei informatus et instructus dampnetur
V audiens verba dei et non faciens possit salvari

Isti sunt tytuli dubitacionum in capitulo 8 beati mathei

c 8 V mundatus a lepra peccati per contricionem teneatur ostendere se sacerdoti et sibi confiteri
V peccator teneatur statim confiteri sacerdoti vel expectare tempus ab ecclesia institutum
V teneatur aliquid offerre sacerdoti cui confitetur
V sacerdos sine peccato pro absolucione possit aliquid petere
V Iste centurio cuius servum christus sanavit sit ille qui viso eius motu in eius passione mi- / ratus est
V fides istius centurionis fuit maior fide apostolorum
V in sumpcione corporis christi sint magis dicenda verba centurionis domine non
sum dignus etc quam verba zachei dimidium bonorum meorum do pauperibus
V In tenebris infernalibus possit esse corporalis fletus

v oracio plus valeat pro se facta quam pro alio
v Cristus debuerit uti in hoc mundo maxima paupertate
v Remouendo discipulum suum a sepultura patris fecerit contra ius naturale
v peccatores sint ecclesiastice sepulture tradendi
v pueri morientes dum portantur ad baptismum sint in cimiterio sacro sepeliendi
v illa tempestas maris ex se vel ex causis supernaturalibus suborta fuerit
v motus et tempestas in mari fiant naturaliter
v mare naturaliter fluat et refluat
v mare naturaliter crescat et decrescat
v naturaliter terra sit supra mare et super aquas fundata
v nauicula petri possit fluctibus maris subiungi et periclitari
v isti demones cognouerunt xpm esse dei filium
v ex presencia xpi torquentur magis quam ante
v plures demones in vno corpore possint simul stare
v dyabolus inhabitat substancialiter hominem in quolibet homine peccato mortali
v Serpentes et porci sint animalia magis [illegible] apta
v. demones fuerunt [illegible] demones in porcos [illegible]



III

IV





1365